Mittit hoc Lusciniæ ouum cuidam lectæ fœminæ, vt Theocritus suam colum. Argumentum hoc est. Mercurius prius vidit ouum procul: quod cum frustra tentasset nido deripere, corpus sæpe in altum saltu subiiciendo, occupauit eum Pan, qui forte fortuna ceruam cum ceruis persequebatur. Itaque alia via præueniens Mercurium, ouum rapuit, quod manu tenens præ lætitia tripudians & iubilans inter greges ouium ostentat. Vide quam dissimilia sunt hæc vulgaribus editionibus.

V. 2. τῇ πόδ' ἀόν. ] Homerus, τῆ Κύκλωψ, πῖε οἶνον.

V. 6. ἔγαζε. ] εἰκάζειν, pro considerare, conücere.

V. 7. ἐκμέτρευ μονοβάμον. ] Saltum singularem, vt Seneca loquitur, vocat μέτρον μονοβάμον. sed hic est saltus in altum,

tum, non in longum, vt intelligit Seneca. vult dicere, Mercurium pleno saltu voluisse corpus subiicere, vt nido ouum deriperet: sed frustra. Itaque eum alia via tentantem hoc facere occupauit Pan.

V. 9. πλίξαζαι.] Quid sit πλίξαντες, quid γυῖα καὶ κῶλα, sciunt, qui poëtarũ lectioni assueuerunt. πλίξαντες κῶλα, Virgilius & Ennius dicũt crura reponere.

V. 10. ἀνὰ ζωὰ ὀρσιπόδων.] ὀρσίποδες iidem, qui ἀερσίποδες. Ordo est: Πάν, ὠμόθυμος καίτης (crudelis interfector hinuli, aut κεμάδος) πάλαι μιθέπων ἀμφίπλαγκτον δι᾽ ἀίδαν κεμάδα ἱεμέναν ποσὶ κραιπνοῖς ὑπὲρ ἄκρων λόφων ζωὰ τεκέεσσιν ὀρσιπόδων ἐλάφων κατ᾽ αἰθμίας ἴχνος πθήνας, αὖθις ἐν κώλοις δεξάμενος κουφότητα, ἄφαρ δίχηλα σείων ὕψη ποδῶν.

V. 16. ῥίμφα πείκοιτο.] Hæc clausula suo loco luxata, quantum caliginis offuderat!

V. 20. ἀβρῶτι πόθῳ.] ieiuno.

V. 23. ἴχνι θεῖον.] Quatiens humum tripudiis, vel potius alternis pulsibus pedum. Hoc enim vocat μονόδυπον ἀυδάν.

V. 24. ἄρρυθμον.] ἄρρυθμον κόμπον, ἀνεμόεντα ῥυθμὸν vocat tripudiationem illam, qua quasi calcibus aërem, & montium iuga lacessere videtur. Propterea dixit, εἰς ἄκρας. Hæc omnia sunt argumenta lætitiæ, ob ouum inuentum.

V. 27. λεπυρωτόν.] ouum.

V. 29. Λίγειά μιν κλαίει.] Ex καὶ κλαίει fecimus. Circumstat eum matrix Luscinia, questubus & fletibus ouum raptum reposcens.

Compara nunc hæc cum editionibus. Ingens commentarius concipi potuisset harum correctionum, si altius nobis ambitio incessisset. sed doctis hæc satis, imo nimis.

## AD ΠΤΕΡΥΓΙΟΝ.

V. 1. Λεύσσε με τὸν γᾶς.] Putant hic Amorem dici, ἄνακτα τᾶς γᾶς βαθυστέρνου. In quo falluntur. Imo hic Amor dicitur, ὁ ἑδράσας τὸν Ἀκμονίδαν τὸν τᾶς γᾶς βαθυστέρνου ἄνακτα, καὶ τὰ ἄλλα. Ἀκμονίδαν Rituales Pontificum vocabant Tellumonem. vt Neptunus Maris, sic Tellumo Terræ Rex, qui Ἀκμονίδης. ἑδράσας igitur τὸν Ἀκμονίδαν τὸν τῆς γῆς ἄνακτα, nihil aliud est, quam ἑδράσας τὴν γῆν.

V. 2. μηδὲ τρέσῃς, εἰ τόσος ὢν δάσκια καὶ λαχνὰ φέρω γένεια.] Inepta lectio. Nam quid est λάχνον? Lege, μὴ δὲ τρέσῃς, εἰ τυτθὸς ὢν δάσκια λάχνᾳ φορέω γένεια. Nam φορέω, non φέρω exigit lex Carminis.

## AD SECVRIM.

V. 1. ᾧ ποτε πύργων θεοτεύκτων κατήρειπεν αἶπος.] Itáne securicula sua mœnia illa, & illas saxorum moles θεοτεύκτους Epeus demolitus est? sane lignarius erat Faber, non lapidum quadratarius. Legendum ὅπλῳ ποτέ. Epeus diruit Troiam ligneo equo quem fabricauit, non autem securi sua.

V. 2. Δαρδανιδᾶν δ᾽ ἐξεφλέξ᾽ ἐκ θεμέθλων ἄνακτας.] Et hæc quoque ἑλικτά, κοὐδὲν ὑγιές. Legendum enim, Δαρδανίδας δ᾽ ἐξεφλέξ᾽ ἐκ θεμέθλων ἀναστάς, h.e. ἀνάστατον ποιήσας.

## AD SYRINGEM.

V. 6. Malim: — ὅν τᾶς μέροπος πόθος Κούρας γηρυόνας ᾆσε.

## In ΒΩΜΙΣΚΩι Σιμμίου τοῦ Ῥοδίου.

V. 1. Εἶμ᾽ ἄρσενος μοὶ σύτας
Πόσις μέροψ δίσαβος.] Legendum: Εἶμ᾽ ἄρσενος μὴ σύτας
Πόσις, μέροψ δ᾽ ἴσαβος.

Sum, inquit, non vtique masculæ vxoris maritus: sed homo æqualis illius, qui erat maritus Andromachæ. Nam Andromachen vocat masculam vxorem, alludens ad nomen ipsius, παρὰ

τὸ ἀνδρεὶ μάχεσθαι. Ἴσαβον se improprie vocat, quod frater esset Hectoris, cum tamen minor esset eo.

V. 3. ἀποδικνύας ἶνις Ἐμπύζας μόρος.] Lege κόρος. ἶνις est filius, non iuuenis, vt vertunt vulgo. Tunc enim esset ἥβης. Filium Cinericubæ laruæ se vocat, id est canis. Nam in canem mutata Hecuba. Cinericubam canem cur vocet, nemo ignorauerit, nisi qui canem nunquam viderit.

V. 4. Ὃ Βύτα καὶ κυνὸς τεκνώματος.]

Lege: Ὃ Βύτα καὶ κυνὸς τέκνωμα, τὸν
(Χρυσοῦς αἴτιας ἄμος εὖτ' ἄνδρα)
Ὃ γυιόχαλκος ἄρος ἐνήραιζεν.

Quem interfecit Thoracatus Dux (Achilles) tunc, cum ego aureolæ illius delitiæ accendi eum amore,

V. 17. ἶνις τ' ἀνδροβῶτος.] Lege: σῖνις τ' ἀνδροβῶτος. Quod oculos Cyclopis læsit, propterea σῖνις τ' ἀνδροβῶτος dicitur.

V. 18. ἰλιοραίσας.] Legendum ἰλλοραίσας· ὁ τοὺς ἰλλοὺς, ἤγουν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ Κύκλωπος λυμηνάμενος.

# AD THEOCRITI
## *Eidyllium XVI.*

V. 4. Ἄμμες δὲ βροτοὶ οἱ δέ. βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες.] non bene interpuncta sunt. ita enim concipienda. ἄμμες δὲ βροτοί· οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες.

## Ex Theocriti Berenice.

Αἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπάγρεσιν ὄλβιόν τε καὶ ὄλβιον
Ἐξ ἁλὸς, ᾧ ζωὴ (τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα)
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθὺν,
Ὃν λευκὸν καλέοισιν (ὁ γὰρ θ' ἱερώτατος ἄλλων).
Καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
Ἔμπλεα.

IOSEPHI SCALIGERI EMENDATIONVM

FINIS.

ISAACI

# ISAACI CASAVBONI

## Theocriticarum lectionum LIBELLVS.

# AVCTORIS

## *de hac editione*

### ΔΕΚΑ'ΣΤΙΧΟΝ.

ὡς ἀπὸ τοῦ βίβλου.

Ὁπλοτέρου τόδε γράμμ', ἄγονος γονὴ, ἥν ποτ' ἔφυσεν
Στοργῆς γλυκείας τεχνικῆς νῆϊς τοκεύς.
Ὅς πάρος ἠλιτόμηνον ἐμ', εἰν ἀβάτοισι βάτοισιν
Ἀτημελήτων εἴα, οὐ φήσας τεκεῖν.
Ἅρπη μὲ κεῖνος ἀνεῖλεν, ἐῷ πήχυνέ τ' ἀγοστῷ,
Ἄλλων παραιφασίῃσι, τῶν ἐμοὶ φίλων.
Οὔπω δὴ κομιδῆς ἔτυχόν τινος· ἀμφὶ δὲ γυῖα
Πατὴρ ἐμ' ἀμφέβαλλε λιτὰ γοῦν τάδε.
Τῷ Σκαλανῷ, καὶ Κομμελίνῳ χάρις· οὕνεκεν ὑμέων
Ἔχει γόνος γονῆα, καὶ γονεὺς γόνον.

ISAA-

# ISAACVS CASAVBONVS
## HENRICO STEPHANO S.

MITTO ad te, vir eruditissime, quæ superioribus his diebus Eustathii Vignonis dignissimi typographi, mihique amicissimi rogatu, in quosdam Theocriti locos scripsi. Is enim quum in animo haberet hunc poëtam denuo edere, non ante conquieuit, quam impetrauit a me vt eum perlegerem, & si quid haberem quo posset ornari eius editio, secum id, atque adeo cum omnibus eius poëtæ studiosis, communicarem. Quod quam ægre ei receperim me facturum, vel ex eo intelligas, quod sæpe postea mutare mihi contigit sententiam. Merito: videbam siquidem haud ita esse facile, in tantis præsertim temporis angustiis, spicilegium post tuam messem in eo poëta colligere, quem tu olim, doctissime Stephane, bis summo studio & diligentia emendaras. Veruntamen diu reluctatus, quum viderem hoc quod mihi ipse intriueram, esse mihi exedendum: cœpi dum ad finem perducitur hæc editio, schedas meas colligere, in queis memineram me nescio quid in hunc poëtam vt & in alios vtriusque linguæ auctores non paucos, aliquando annotasse: non quidem, ita me Deus amet, in eam spem, vt illa vnquam ederentur, sed in priuatum vsum meum. Iis igitur adiutus, atque etiam scriptis duobus exemplaribus, altero Theocriti, altero scholiastæ, quæ in manus meas opportune ante aliquot dies venerant, mox pauca hæc, partim in Theocritum, partim etiam in alios nonnullos auctores, exaraui. Ea qualiacunque sint, volui esse amicitiæ nostræ testimonium. Vale. Ex Museo nostro. VI. Idus Augusti, CIↃ. IↃ. LXXXIIII.

# ISAACI CASAVBONI, Theocriticarum lectionum LIBELLVS.

## CAP. I.

*In Theocriti idyllio primo exposita quædam, alia emendata.* Χολὴ ἐπὶ ῥινί. μένος ἀνὰ ῥῖνας. *Homeri locus*: ῥινοβόλος πάταγος *apud Silentiarium.* καθίζειν ἀκράτισον: deponere vino. *Canon linguæ Doricæ.* δουῦμαι τὶ τινός: περιβλέπεσθαι, *&* περιβλέπειν. *Ælianus varie emendatus, itemque Cælius Aurelianus.* Τυρσίς: *Calydon Aeolis: Hesychius & Stephanus correcti*: Σικελικὰ ἄλλα, *& similia multa. Mos antiquus dirigere corpora morientium.*

VETERVM opinio fuit, vt frontem pudoris, risus lienem, sic & iræ sedem esse nares. Inde illud est suauissimi poëtæ Theocriti, non procul a principio idyllii primi:

> Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

& illud Herodis antiqui item poëtæ,

> Μὴ δὴ κόρη τὺ τὴν χολὴν ἐπὶ ῥῖνας
> Ἔχ' ὀξύθυς, ἤν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πάθῃ.

Persius quoque, *Disce: sed ira cadat naso rugosaque sanna.* & ante illum dixerat Plautus, *Fames & mora bilem in nasum conciunt.* Præbuit occasionem huic sententiæ insimul & dicendi generi, quod in omni grauiore commotione, maxime autem iræ, spiritus concitatus ac velut æstuans, copiosius & vehementius ebullit, naresque erumpendo dilatat. Cernas id maxime in brutorum generosissimis, equo, tauro, leone. Quamobrem placet τοῖς φυσιογνωμονοῦσι nares in homine apertas & patulas, signum esse iracundi. ἀναφέρεται γοῦν, aiunt, εἰς ταύρους καὶ λέοντας. Atque hæc ne nimis rideamus, vetant prisci Hebræi, qui eidem voculæ & narium & iræ significationem tribuerunt. Græcorum tamen antiquissimi, non de ira tantum sic loquebantur, sed aliis quoque grauioribus concitati animi motibus. Nam ille elegantiarum omnium pater Homerus, cum in Laërtæ & Vlyssis ἀναγνωρίσει cecinit,

> Τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς, ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη
> Δριμὺ μένος προὔτυψε, φίλον πατέρ' εἰσορόωντι.

non aliud voluit de Vlysse intelligi, quam quod in simillimo argumento Moses de Iosepho, Geneseos capite XLV. tmemate primo, vsus voce ἐμφραπκωτάτη, quæ τοῦ βιάζεσθαι significationem habet. Et Iosephus apud fratres, & Vlysses apud patrem dissimulabant sese quinam essent: donec tandem vehementia φυσικῆς στοργῆς, quasi vis maior, cogeret ipsos se aperire, & in suarũ necessitudinum amplexus ruere. μένος vocat poëta eam violentiam: quæ nihil minus fuit quam ira. Quare Aristoteles, qui in tertio Nicomacheorum aliter accipit, facit quod & ipse alibi, & cum eo multi sæpe e veteribus, quando memoria sua fisi, auctorum locos libro inconsulto, laudarunt: errat inquam. Norat philosophus vsitatam esse hanc locutionem ad iram exprimendam: putauit & poëtam sic vsurpasse, cuius verba meminerat, verborum

rum sensum, & argumentum loci non item. Paulus Silentiarius inter Græcos epigrammatarios, meo iudicio censendus in primis, ad gestientis lætitiæ indicationem hoc genere loquendi vsus est. Sic enim accipio ῥιγοβόλον πάταγον in illius epigrammate de tabula lusoria libro quarto:

Ἀλλὰ σὺ μὲν λέξῃς τι θυμαλγὲς ὕστατος ἔρπων,
Μηδ' ἀναμορμύρῃς ῥιγοβόλῳ πατάγῳ.

seu vinceris, inquit, ne æstues ira: seu contra, lætitia immodica ne efferaris. Sequitur apud Theocritum luculenta sane descriptio κισσυβίου: quod fuit amplissimi vasis pastoritii genus, quo se illi lacte, vino, aut quocunque alio potu ingurgitabant. Capacitatem eius licet colligere ex cælaturæ multiplici argumento. id poëta ita graphice depingit, vt cum artificis manu ingenii copia, & venæ vbertate certasse videatur. Sed cumulum huius laudis ipse sibi diruit, dum immodica quadam licentia vsus, ingenio suo moderatus non est: vt merito illum pridem censores ingeniorum, non impolitias quidem fecerint: οὐ γὰρ θέμις τοῦτό γε: sed ineptiarum notarint. Nam quid aliud potius quam ineptias ista appelles?

Ἄλλοκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελᾶσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον.

quæ enim tam felix sculptoris pictorisve manus, quæ penicillo aut cælo istum oculorum animique motum exprimere valeat? Atqui stat illud, poëtas esse debere μιμητὰς τῶν ὄντων καὶ γινομένων, hoc est, eorum quæ sunt aut fiunt, fierive possunt. In ea descriptione ait caprarius,

Ἔντοσθεν δὲ γυνά, τι θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται.

Fuit mihi copia manu exarati codicis, in quo vidi scriptum, γυνά τις θεῶν δ. quod non annotassem, nisi viderem & scholiasten quoque eam lectionem habuisse, ac prope solam probasse. in scholiis sane manuscriptis videtur Amerias auctor dici eius lectionis quæ hodie obtinet. In Græca interpretatione scribe, τοῦ δέ τι, θεὸς τὸ δαίδαλμα. non τοῦ δὲ τὸ, vt est editum. Porro Amerias cuius modo mentionem fecimus, grammaticus fuit antiquissimus, Athenæo & Sophocli veteri Apollonii scholiastæ laudatus non raro. Etiam hic versus ex eodem loco varie legitur,

φρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξω.

fere tamen vel καθίξοι vel καθίξῃ. quorum vtrunque est vitiosum: scribendum est enim, vel admonente scholiaste, cui subscribunt & veteres quædam editiones, καθίξῃ. Nam Dores, vt ex Leptine docent Græci, τὰ ἀπαρέμφατα τῶν ῥημάτων ὁμοίως ἡμῖν ἐκφέρουσι: quem canonem, vt alios multos Doricam dialectum χαρακτηρίζοντας, neglexere passim qui hunc poëtam descripserunt. Possumus etiam καθίξει legere: quam lectionem in codice chirographo inueni. Est vero perelegans & Græcorum proprium loquendi genus καθίζειν ἀκράτιστον, pro reddere, efficere, & vt iidem dicere solent, θεῖναι. Sic κλαίοντα καθίζειν, efficere vt aliquis fleat: de tragicis histrionibus dictum sæpius ab Atticissimis scriptoribus. Plato in Ione, ὡς ἐὰν κλαίοντας αὐτοὺς καθίσω, αὐτὸς γελάσομαι ἀργύριον λαμβάνων. Xenophon in Symposio: ὃς ὑποκρινόμενος ὅτι δύναται πολλοὺς κλαίοντας καθίζειν. vtitur & alibi. Non longe abest ab hac elegantia Plauti illud in Aulularia,

*Scio quam rem agat:*
*Vt me deponat vino, eam affectat viam.*

plane *vino deponere*, est καθίζειν οἰνωμένον. Sequitur statim, μέλεται δέ οἱ οὔτι τι πήρας. quæ iam olim varie scribi cœperunt. Scholiastes legi indicat, ἀλλ' ἐπὶ πήρας: malim, οὐδ' ἔτι πήρας. Simile est paullo post ἁ δέ τι κνόος Πάσαις αἰπ'

κρ

ρῳ. vbi legendum censemus, ἁ δέ τε κώρα. Τὲ pro τὶ apud Dores, & vulgo notum, & apud hunc poëtam frequens. est autem ille locus ita connectendus, ἁ δὲ κώρα ζαπιδοᾶ τι φορεῖται ποτί. non minus belle scripseris vel τύ vel γε τι vt apud scholiasten est editum, & quædam editiones habent: sed τὲ malo: quod & in scripto codice inueni, & extat in Florentino. Reperio etiam in membranis Ζαπιδοα· δύσιφας. non vt hodie edunt, Ζαπιο'. ἄδυσ. cum membranis facit scholiastes etiam scriptus. Redeo ad cissybii descriptionem. In eo sermone vtitur poëta genere loquendi pereleganti, δοῦναι τί τινός, quod apud Græcos frequenter occurrit. Aristophanes Pace,

Οὐκ ἄν ἔτι δοίην τῶν θεῶν τριώβολον.

Paullo tamen aliter Theocritus: addit enim vocem ὦνον, quod vulgo nō solet:

Τῶ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα

ὦνον. Recte enim Græcus interpres τῶ explicat, ἕνεκα τοῦ vel τούτου Huius locutionis inobseruantia fecit vt elegantissimus apud Ælianum locus non intelligeretur, ac ne recte quidem legeretur, quem hic obiter emendabo. Is habetur Variæ historiæ libro II. cap. XII. vbi de Themistocle sic scribit: Ἔλεγε πρὸς τοὺς γνωρίμους, τί δ' ἄν ἐμοὶ δοίητε, ὃς οὔπω φθονοῦμαι; ex quibus verbis mirum non est interpretes sensum nullum elicuisse commodum, cum ea sint turpi mendo deformata. Lege, τί δ' ἄν ἐμοῦ δοίητε; *quanti faciendus vobis videar?* Lucianus in Cynico, Καί τοι, τί ἄν δοίη τις ἀνδρὸς τὴν αὐτὴν τοῖς κιναίδοις διάθεσιν ἔχοντος; Sententia Themistoclis perspicua est & acuta: cum enim verissimum sit, inuidiam πρὸς τὸν ἔχοντα ἀεὶ ἕρπειν, eosque solos ab ea tutos, qui nulla re ceteris præstant, dolebat homini gloriæ cupidine flagrantissimo, quod nullos adhuc haberet inuides: hoc est, talem se esse & haberi vulgo, cui nemo inuideret. atque hoc ille pro magno miseriæ argumento habebat. ὁ γὰρ ἀφθόνητος, vt Æschylus ait, οὐκ ἐπίζηλος πέλει. Contra, inuidia proficientis testis est, vt inquit Cælius Aurelianus. Sic ille, *Aiunt Ippassum,* (scribendum *Hippasum*) *Pythagoricum philosophum, interrogatum quid ageret, respondisse, Nondum nihil: nondum quidem mihi inuidetur. Si igitur proficientium testis est inuidia, quæ nobis olim comes est, magna gerimus in his quæ gerimus.* Adiicit Ælianus, quasi interpretans Themistoclis hoc dictum, ὅς τις δὲ ἐρᾷ φθονεῖσθαι, τοῦτο (malim, τούτου) δὴ τι τὸ τοῦ Εὐριπίδου περιβλέπεσθαι ἀδεῖ. ὅτι δὲ τοῦτ' ἐστι κενόν, ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησίν. vbi non est quod longa oratione eruditis saltem viris persuadere coner, legendum esse περιβλέπεσθαι. nam ex vulgata lectione sensum nullum elicias nisi ineptissimum: optimum & planissimum ex ea quam reponimus. Idem scriptor De animalibus lib. VI. cap. primo, καὶ ζῶντα μὲν περιβλέπεσθαι, καὶ ἀποθανόντα δὲ ἀφημεῖσθαι. Locus Euripidis quem alludit, videtur esse hic ex Iphigenia in Aulide,

- οἱ δ' εὐδαίμονες
ἐν πᾶσι κλεινοὶ καὶ περίβλεπτοι βροτοῖς.

ab ea mente apud Demosthenem ἀποβλέπειν est ζηλοῦν: vt in ea De corrupta legatione, τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ἀπέβλεπον, ἐζήλουν, ἐτίμων, ἄνδρας ἡγοῦντο. & apud eundem sæpe περίβλεπτος legas pro ζηλωτός, vel δακτυλόδεικτος, vt in Epitaphio, Erotico, alibi. Emansores sumus, & euagamur nimis longe: repetamus stationem. Addit αἰπόλος ille Theocriti, vt vasis sui pretium magis magisque intendat, dedisse se eius gratia, - τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος: id est, placentam: sic enim appellabant cui erat immixtus caseus: ψαιστὸν cui non erat. vulgo caseum interpretantur, non recte: etsi ita in Græcis quoque

que commentatiunculis. Nolo auctoritate Athenæi vti. Hesychius τυρόεντα, πλακοῦντα. videtur Hesychius hunc ipsum Theocriti locum habuisse in animo, & explicasse, vt alios facit non paucos. Paullo ante probamus vt scribatur, Αἰολικόν τι θάημα, potius quam αἰπολικόν: quanquam γραφῆς vtriusque meminere veteres interpretes. Hesychius, Αἰολικὸν θέαμα ἀντὶ τοῦ Αἰτωλικὸν παρὰ Θεοκρίτῳ. ἡ γὰρ Καλυδὼν Αἰολὶς ἐκαλεῖτο. In libris editis ineptissime scriptum hodie ἀντὶ τοῦ αἰπολικόν. Innuit autem his verbis Hesychius, Æoles vindicasse sibi aliquando Calydonem: quod ex historia notum est. Legimus enim, diu litem fuisse inter Æoles & Ætolos de hac vrbe: tandem secundum Ætolos fuisse pronuntiatum, propter Homeri maxime auctoritatem: qui inter Ætolorum vrbes Calydonem recenset. Veruntamen, si antiquissima tempora repetimus memoria, certum est, Calydonem non solum fuisse Æolum, sed etiam Æolidem nominatam. Thucydides in tertia historia, ἀνεχώρησαν ἐκ τῆς Πελοποννήσου, ἀλλ' ἐς τὴν Αἰολίδα, τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα. Simile illi Hesychiano mendum apud Stephanum reperias, in voce Αἴγινα: vbi loco istorum sensum nullum habentium verborum, ἔστι δὲ πρόπωπον αἰπολικὸν Κραμώτης, scribendum esse, ἔτι δὲ καὶ τρόπον (vel τύπον) αἰολικὸν . . . . . κραμώτης, docebimus cum illum auctorem sexcentis mendis quibus scatet, liberatum, olim, Deo volente, edemus. Cum ait Theoc.

— ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον Τὰν Σικελάν: & alibi
— ἐστρῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.

accipit τὸ πρωτότυπον ἀντὶ τοῦ παραγώγου: alia est enim Græcorum in hac voce, alia Latinorum ratio, qui possessiuum cum gentili, vt sæpe confundunt; Græci hic non faciunt; vt notat Priscianus libro 11. Sed hæc est poëtarum licentia. Sic dixit Æschylus initio Promethei vincti Σκύθην οἶμον, Dionysius Afer Γαλάτην ῥόον, Alcæus in epigrammate Πέρσαν στρατὸν, Argentarius ναύτην δρόμον, & aliquanto durius poëtarum princeps, γυναῖκα μαζόν. Iliadis ῥαψ. ω.

— γυναῖκά τε θήσατο μαζόν.

Id cum Eustathius scribit esse non solum Atticæ consuetudinis, sed etiam Doricæ, illius verba hic attexere operæ fuerit pretium. Τὸ δὲ γυναῖκα μαζὸν, ἀντὶ τοῦ γυναικεῖον κτητικοῦ ὀνόματος. Ἀττικοὶ γὰρ καὶ Δωριεῖς τοῖς κυριωτέροις χρῶνται ἀντὶ κτητικῶν. ὥς φασιν οἱ παλαιοί. οἷον, Ἕλληνα στρατὸν, τὸ Ἑλληνικόν. ἄνθρωπον ἦθος, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινον, Ἑλλάδα διάλεκτον, δοῦλον βίος, Σκύθην οἶμον. Similia his apud Latinos. *Arcadium magistrum* dixit Virgilius: & *laticem Lyæum* pro Arcadico & Lyæio. Horatius, *Stertinium acumen*, & *Sulpitia horrea*, pro Stertiniano & Sulpicianis. Persius, *iuuenes curas*, & *heroas sensus*. quod affine est illi prope παρακεκινδυνευμένῳ dicto veteris scriptoris in superioribus Eustathii verbis, ἄνθρωπον ἦθος. Sub finem quum dicitur Venus voluisse Daphnin cadentem casu nouissimo, quo factus est cadauer, ἀνορθῶσαι, etsi potest simpliciter pro attollere accipi: tamen videtur referri posse ad veterem Græcorum morem: qui solebant morientes summa diligentia ὀρθοῦν, & eorum membra dirigere. Euripides Hippolyto,

Ὀρθοῦτ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν
Πικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπότοις ἐμοῖς.
Χο. Ὄλωλεν ἡ δύστηνος, ὥς κλύω γυνή.
Ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ἐκτείνουσι δή.

Illud etiam non dissimulabo, longe mihi placere magis in hoc versu,

Κὤτοι τί φθονέω·

lectionem quam notat scholiastes Κὤτοι τυκρῃτομέω. ac videntur mihi illa verba habere sententiam paullo meliorem. κρητομέω siquidem ita debes hoc loco interpretari, vt in illo Homeri Ὀδ. γ.

- σὺ δ' ἐχρομένοιο οἴω

Ταῦτ' ἀγγελθέμεναι, ἵν' ὑμὰς φρένας ἐξερεείνοις.

qui locus caprarii hic mentem facile aperiat.

## Cap. II.

*Ψιθύρισμα πίτυος. Locus ex Anthologia emendatus. τυρεῖσδε:: λαψῇ priore breui: μεταμβρινόν: γλύφανος: locus ex Anthologia correctus. Aristotelis emendatio in Homero. Scholia varie correcta. Recentiorum Græcorum notata imperitia. Acis fluuius. confirmata emendatio ex Eustathio hausta. Canon linguæ Doricæ: πλώκας & θοώκς esse scribendum: φωλάδες ἄρκτοι: Thymbris: Ῥίον.*

Etymologicum Mag. emendatum.

IN eodem carmine supersunt adhuc animaduertenda quædam. In primo versu peccant qui distinctionem importunam collocant inter ψιθύρισμα & πίτυς: quod & per se clarum est, & liquet ex Nonno, qui πίτυν ψιθυρίζειν, imitans hunc locum, non semel dixit. libro XII. Καὶ πίτυς αἰάζουσα ζωοίμορος ἤλικι πότμῳ Λεπταλέον ψιθύριζε. Vbi vox λεπταλέον videtur confirmare sententiam eorum qui a ψίω, τὸ λεπτύνω, hoc verbum deducunt. volunt enim ψιθυρίζειν proprie esse in aurem susurrare: quod tenuissima voce fieri solet. iuuat & locus alius eiusdem poëtæ lib. XVI.

Τίπτε μοι εἰς ἐμὸν οὖας ὅσον μὴ Βάκχον ἀκούω Οὐ πίτυς ἐψιθύριζε, καὶ οὐκ ἐφθέγξατο δάφνη; Meleager in epigrammate,

Πταίης μοι κώνωψ, ταχὺς ἄγγελος, οὔασι δ' ἄκροις

Ζηνοφίλας ψαύσας προσψιθύριζε τάδε.

Alibi sæpe de foliorum strepitu sonoro eam vocem Nonnus vsurpat, lib. XL. - ἔβρεμεν εἰν ἑνὶ χώρῳ Φλοῖσβος ἁλὸς, μύκημα βοῶν, ψιθύρισμα πετήλων. libro primo, εἰ φυτὸν αἰθύσσοιτο νόθον ψιθύρισμα πετήλων. lib. III. Καὶ δρύες ἐψιθύριζον. Mox ὄχθη τ' ἀγλαόκαρπος ὁμήλικι σύμφυτος ὄχθη Ὄρθριον ἐψιθύριζε. dicitur & de auium minuritionibus: quod eo dico, vt obiter istum ex Anthologia locum emendem, sub finem libri VII,

Ὄρνιθες ψίθυροι, τί κεκράγατε; τί μ' ἀνιᾶτε,

Τὸν ζυφερῆς φρυθέντα σαρκὶ χλιαινόμενον;

scribe Τὸν τρυφερῆς Τρυφερῆς σαρκὶ χ. Tryphera puellæ nomen est; vt initio eiusdem libri, Ἔστι καὶ ἐν μορφαῖς ἁ Τρυφερὰ τρυφερά. Mox placet nobis scriptura quæ extat in Græcarum annotationum farragine, Τυρεῖσδες, pro Συρεῖσδες. nam illud constat esse Δωρικώτερον. Sequitur non longo interuallo, Ἄρνα σὺ σακίταν λαψῇ γέρας: ad quem locum obscura mihi, puto & aliis multis, nota interpretis scribentis, ἐκτέταται τὸ λα διὰ τὸ εἶναι Δωρικὸν, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης. ἐπεὶ φασὶν ὅτι καὶ βραχύ ἐστιν. non solum videtur superuacuum sed etiam absurdum & ridiculum quod notat de modulo syllabæ λα: quam ideo solum ait produci, quia sit vox Doricæ dialecti, cum sit alias breuis. an legit λαψῇ non λαψῇ; nam λάζεσθαι dicunt poëtæ significatione eadem. Sed puto verius, hoc voluisse Asclepiadem notæ illius auctorem: fuisse olim in vsu vulgo, remansisseque apud poëtas, & λήβω & λάβω: istud tamen λαψῇ non esse ab eo communis dialecti λάβω, vnde restat adhuc tritum vsura ἔλαβον: sed a λήβω factum, Dorica mutatione τοῦ η in α longum, vt in ἅλιος pro ἥλιος, & similibus. En λεπτολογήματα, & molestas grammaticorum nugas. Præterea fallitur hic magister, si capio hoc illius tam subtile: nam quod in ἔλαβον non idem sit syllabæ λα modus, alia caussa est, vt norunt quicunque literarum Græcanicam attigerunt, nec sunt Ἱπποκράτεος παῖδες, βλήχρα τὰ τέκνα. Caprarius Thyrsin affatur, & ait,

Οὐ θέμις, ὦ ποιμάν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν
Συρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες.

at vetus poëta cuius extat epigramma in Panem libro IIII. in contraria sententia nostrum poëtam imitatur,

Χ' ὁ ποιμὴν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἄγχόθι παγᾶς
Συρίσδει.

quo in loco μεσαμβρινὸν pro τὸ μεσαμβρινὸν positum, vt apud nostrum in Thalysiis,

- πᾷ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις.

Γλύφανος est γλυφὴ cum dicitur cissybium - νεοτευχὲς, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον: significat & γλυφεῖον, scalprum scalptoris: etiam pro graphio vsurparunt. In veteri epigrammate e libro sexto auctoris incerti, quo recensetur supellex notarii, scribe,

Καὶ γλύφανον καλάμου πλατέος γλωχῖνα σιδήρου.

nam male vulgo editum γλυφανοῦ. Philippus dixit γλυφίδα eodem sensu, Καὶ σμίλην δονάκων ἀκροβελῶν γλυφίδα. Paulus Silentiarius ξυστῆρα. Καὶ πλατὺν ἐξυστῆρα μεσοσχιδέων δονάκων. Iulianus γλυπτῆρα σιδήρεον.

Δέχνυσο καὶ γλυπτῆρα σιδήρεον, ᾧ θρασὺς ἄφης
Σοὶ μούσαις ἰδίην δῶκε διακτορίην.

qui omnes loci confirmant superiorem emendationem. Cissybii descriptionem ita orditur ingeniosus ille αἰπόλος,

Τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσὸς,
Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος.

Imitatus est eleganter hunc locum vt alios multos, poëta μεγαλοφωνότατος Nonnus, de cratere quodam loquens, Dionysiacorum libro XIX.

Τοῦ μὲν χείλεος ἄκρον ἐπ' ἀμπλοίῳ κυκλώσω
Κισσὸς ἕλιξ, χρυσέῳ δὲ πέριξ δαιδάλλετο κόσμῳ.

nisi plane constaret nobis de integritate vulgatæ lectionis in superioribus Theocriti verbis, merito suspicari aliquis posset legisse Nonnum,

Κισσὸς ἕλιξ, χρυσῷ κεκονισμένος.

Sic alibi sæpe nihil erubuit vates ille maximus multa ex Homero mutuari, & palam sibi sumere vt ex publico fonte aquæ haustum. Quæ notant veteres ad illa verba Καλὸν ἐθειράζοντες, ea sic scribi debent: ἔθειρα ἡ τῆς κεφαλῆς θρίξ. ὅθεν Ἀριστοτέλης ἐν Ὁμήρῳ ἔγραψε

Κναῖσαι δ' ἐγένοντο ὑπηνάδες ἀμφὶ γένειον.

ἐκ ἐθειράδες. locus est in Odyssea ῥαψῳδ. π. sed in nostris libris vulgata lectio quam Aristoteles exibilauerat, adhuc locum occupat. Eustathius vero ὑπηνάδες pro genuina scriptura amplectitur potius quam ἐθειράδες. Sed mirum, tacuisse illum de hac Aristotelis emendatione. quod igitur id sciamus, debemus eam gratiam illi grammatico, qui primus ad istum locum annotauit, siue is est Amarantus, siue quis alius. Amarantum edidisse in Theocritum commentarios, constat ex Etymologico: præter quem, etiam Asclepiadem, Nicanorem Coum, Ameriam, Munatum, Neoptolemum & alios nobiles criticos video laudari. ex eorum omnium & aliorum plurium doctissimis scriptis collectus est iam olim commentarius in hunc poëtam: de quo Eustathius intelligit, cum τὰ εἰς τὸν Θεόκριτον laudat. Vtinam extaret illa prior collectio mera & integra: ea quidem lege, vt quæcunque recentiorum imperitia illi de suo appinxit omnia delerentur. Nam quæ hodie circumferuntur quid sunt aliud, quam πολλὰ μὲν ἐσθλά, πολλὰ δὲ λυγρά; illa, antiquis iis de quibus diximus, accepta ferri debent, vere γνησίοις criticis & eruditis: ista, recentioribus, quorum stupenda plane inscitia, imperitia, negligentia, vanitas etiam & impostura. Non dicimus hoc temere: sed experti sæpius rem ita habere. Vidimus enim, partim etiam habemus

bemus quamplurimas hominum istorum ἐξηγήσεις, & scholia in plerosque omnes poëtas antiquos, etiam in Græca epigrammata, & in Oppianum: quæ omnia olim a nobis discendi cupiditate inflammatis, auidissime comparata, lectione deprehendimus esse plane quod Theocritus ait, ἄπαν ῥύπον, λῆρον ἐπὶ λήρῳ, aliud nihil. Porro ad hunc Homeri versum refero quod in Etymologico magno scriptum est, γυναῖκες αἱ κατὰ τῶν γυναικῶν γινόμεναι τρίχες. τινὲς κακῶς ἐθειράδες. ita lego illum locum. Acis Siciliæ fluuius Theocrito nominatus versu isto,

*Οὐδ' Αἴτνας σκόπαν οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.*

is est, opinor, de quo Eustathius non semel: certe quidem, is de quo Vibius Sequester: *Acis*, inquit, *ex monte Ætna in mare decurrit, ex cuius ripis Polyphemus saxa in Vlyssem egisse dicitur.* Silius Italicus:

*Quique per Ætnaos Acis petit æquora fines.*

E veteribus Græcis qui eius meminerint præter Theocritum in mentem mihi nunc quidem venit nemo. geographis quoque contemtus & indictus est. Ideo videtur Nymphodorus cum de Sicilia scriberet, dubitasse de isto Theocriti loco. Arguunt illius verba in ζυναγωγῇ scholiorum, quæ ita putem corrigenda. θαυμάζομεν ὅτι ἐπὶ Δάφνιδος Ἄκις ποταμὸς Σικελίᾳ ἐστίν. Non est autem dubitandum recte hunc versum

*Ἦ δή γ' ὁ φρόνδη πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδυκεῖν;*

ex Eustathii commentariis in Iliadis ῥαψῳδ. χ. sic esse emendatum. Nam quod ille paullo aliter eum profert, frustra viros olim doctos ea diuersitas impulit vt de huius loci emendatione, suspensa manu, quasi alio pertinerent Eustathii verba, pronuntiarent. Veterum siquidem grammaticorum mos est in proferendis auctorum locis, id vnicum cuius gratia eos laudant, spectare, neglecta interim sententia. Ex eo est, quod multa sæpe apud eos aliter scripta inueniuntur, quam in ipsis auctoribus habentur. Ne longe exemplum petam, similis eiusdem Eustathii securitas vel incuria, cum in Ὀδυσ. κ. de Lipara insula loquens, scribit, ἐξ ἧς καὶ σέλας λέγεται παρὰ Θεοκρίτῳ Λιπαραῖον, διὰ τὰ ἐκεῖ ἀναφυσώμενα πυρά. neque enim σέλας Λιπαραῖον vsquam dictum a poëta, sed Λιπαραῖος Ἥφαιστος. locus est idyllio secundo,

*- ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίω*
*Πολλάκις Ἀφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.*

dixit & ὄσσων λιπαρὸν σέλας in Dyserote: sed nihil id ad Eustathium: cuius aliud simile μνημονικὸν ἁμάρτημα indicamus infra capite quinto. Cæterum, ex iis quæ docent nos interpretes ad ista verba, Καὶ πῶκας βάλλε, colligimus, mutato accentu scripsisse veteres grammaticos ex idiomate Dorico πώκας, & θώας (sic scribendum in scholiis) & similiter alia id genus. Eum linguæ Doricæ canonem refert Eustathius ex commentariis in Theocritum. Ita ille in hæc verba ex Ἰλιάδ. ῥαψ. ε.

*- ἡ δ' ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατέρα ἥν.*

Ἰστέον, ait, ὅτι ὡς καὶ ἐν τοῖς Θεοκρίτου φαίνεται, αἱ μὲν εἰς αι λήγουσαι ὀξεῖαι τῶν πληθυντικῶν συστέλλουσι τὸ α τῶν αἰτιατικῶν παρὰ τοῖς Δωριεῦσι· αἱ δὲ εἰς ες ἐκτείνουσιν ἀπ' ἐναντίας τῇ κοινῇ διαλέκτῳ. ex isto canone scribendum oda quarta, τρώκας σπίζεται vt habent libri antiqui, non τρῶκας, vt alii codices ideo corrupti, quia emendati. Meminerint tamen tirones, non semper huic canoni esse locum in scriptis τῶν δωριαζόντων: idemque sentiendum de cæteris omnibus quæ huic dialecto propria esse traduntur. simile potest obseruari in Herodoti & Hippocratis τῶν ἰαζόντων scriptis. Vrsas cur appellet poëta

poëta φωλάδας ex Ariſtotele, Theophraſto, Sopatro, Plinio, obſcurum non eſt: illud obſcurius, quid ſecuti e veteribus criticis nonnulli φωλάδας expoſuerint κατασίκτους. ſed cum φωλάδα nominari certum morbi genus, Suidæ teſtimonio cognoſcamus; ſuſpicor ita aliquem fuiſſe appellatum ex iis quibus cutis affici deturparique ſolet: vt non male transferri ea vox potuerit, ad rem indicandam variis maculis diſtinctam. Thymbrin cuius meminit poëta ibi,

— χαῖρ' Ἀρέθοισα
Καὶ ποταμοὶ τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ·

interpretibus fluuii nomen eſſe placet. Cæterum ita dubia & incerta eorum traditio, vt prope ipſis aqua hic videatur hæſiſſe. non minus dubia quæ ſcribit alicubi Euſtathius in ſummum vatem de iſta voce: quin etiam commentarius in Dionyſium de hoc Theocriti loco ſic notat idem. Σημείωσαι ὅτι παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ φαίνεται ἔν τινι ἀμφιβαλλομένῃ γραφῇ καὶ Σικελός τις εἶναι Θύμβρις ποταμός. Mihi non diſpliceat Thymbrim iſto loco montis potius eſſe nomen, vnde plures fluuii oriantur, & in mare præcipitent. Poſtremo ſcribit ſcholiaſtes, & probamus nos Ἑλίκας δὲ λίπε Ῥίον. non ῥίον. Scio ῥίον appellari omne promontorium, aut etiam collem: vt in Hercule λεοντοφόνῳ:

Αὐτὰρ ἐγὼ θάμνοισιν ὑπὸ σκιεροῖσιν
ἐκρύφθην.
Ἐν ῥίῳ ὑλήεντι.

ſed hic alia notione accipiendum, de Rhio promontorio in ea ora Peloponneſſi, vbi Helice fuit, omnibus geographis celebrato.

## Cap. III.

*Idyllium ſecundum percurritur. Locus ex hypotheſi vetere.* Κελέβη: *Athenæus emendatur, itemque Stephanus. Ritus Romanus in ſacris notatus. Iynx Suadæ filia:* Δέλφιος, Πάρειος: *Æris vſus in re diuina. Dia, Dium. Stephanus varie correctus:* φυτόν: *Heſychii locus: Plauti & Theocriti ſimiles loci:* καλεῖσθαι *pro* eſſe. *Sophocles corrigitur. Bacchus pomorum auctor. Philetæ locus:* ἐχθές.

In argumento ſecundi idyllii ſcriptum eſt, τὴν δὲ Θεστυλίδα Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετενήνεγκε μίμων. mirum vero ecquam hic cenſor ἀπειροκαλίαν in elegantiſſimo poëta notare voluerit. equidem quorſum ille id ſcripſerit non ſatis aſſequi coniectura poſſum. fortaſſe illi parum viſus ſeruare decorum Theocritus, dum imitatione Sophronis, ancillam Simæthæ tribuit: quod vrbanæ potius quam ruſticæ conueniat perſonæ. Sed profecto Simætha iſta, meretrix fuit vrbicaria, non mulier ruſticana. Non defuerunt, qui iſtum nodum ſecare mallent quam ſoluere, & tollerent vocem ἀπειροκάλως: quam nos in optima quaque editione & chirographis quos vidimus, inuentam, temere reiicere non auſimus. Sed accedamus ad rem. Athenæus libro vndecimo vocem κελέβην explicans, hunc profert verſum Theocriti, qui initio idyllii iſtius habetur:

Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ.

incertum autem eſſe ait, vtrum id ſit proprium quoddam poculi genus, an generalis omnium appellatio. Verba Athenæi ſic lego, ἄδηλον δὲ εἰ ποιὸν εἶδός ἐστι ποτηρίου, ἢ πᾶν ποτήριον κελέβη καλεῖται, ἀπὸ τοῦ χέειν εἰς αὐτὸ τὴν λοιβήν. vel, ἄδηλον δὲ ποῖον εἶδός ἐστι ποτηρίου, ἢ εἰ πᾶν. adducit deinde χρῆσιν Euphorionis, quam exiſtimo ſumptam ex eius carmine cui erat index Ἀραὶ ἢ Ποτηριοκλέπτης, vel Ποτηριο-

περιογλύπτοις: nam vtramque lectionem agnoſcunt libri calamo exarati. moueor ita cenſere, argumento ſimilis loci inde allati a Stephano, Ἀλύβη.

> Ὅς τις μιν κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπηύρα.

Sic enim ſcribendum, cum vulgo ineptiſſime legatur is verſus. Cæterum κελέβη apud Nicandrum in Theriacis eſt pila in qua aliquid pinſitur:

> -ποτὶ δ' αὖ δίχα πίνεο θρύψας
> Ἐν κελέβῃ.

quo modo hic interpretari nihil, opinor, vetat: nam veteres interpretes iſto loco nihil certi habent quod ſequamur, aliis *caput*, aliis *poculum*, aliis aliter exponentibus. Eſt vero animaduerſione haud indignum, Virgilium cum idyllium iſtud totum ſtudioſiſſime imitaretur, maluiſſe dicere,

> -*cinge hac altaria vitta*;

quam, *cinge hac pocula vitta*, aut aliud quid cum Theocrito. Nam aut ego vehementer fallor, aut ritum Romanum nobis more ſuo, poëta doctiſſimus indicauit. Is fuit, vt ſacra quædam facturi, aram vitta cingerent: & eo referendũ quod ait Propertius libro IIII.

> *Coſtum molle date, & blandi mihi thuris honores,*
> *Terque focum circa laneus orbis eat.*

& quod Ouidius v. Faſtorum,

> *Araque gramineo viridi de ceſpite fiat,*
> *Et velet tepidos nexa corona focos.*

& libro ſexto ex eodem more illud eſt,

> *Hac ſecum Tanaquil ſacris de more peractis*
> *Iuſſit in ornatũ fundere vina focum.*

etſi poſteriores hi loci de verbenis accipi etiam poſſunt. De iynge ſcribit ſcholiaſtes, tradidiſſe quoſdam, eam fuiſſe filiam Ἠχοῦς. addit vero codex vetus, οἱ δὲ Πειθοῦς. In eodem exemplari ſcriptum eſt,

> Ἄλφιτά τοι πρῶτον πυρὶ τάκεται.

non περὶ τάκεται. atque eam lectionem videtur annotare voluiſſe vetus interpres. Non probo quod quidam tradunt, ἀλλ' ἐπίπασσε, ideo eſſe ſcribendum, quia integrum ſit non ἀλλὰ ſed ἄλλα. mihi aliter videtur: qui ſciam ſexcentis locis apud Græcos poëtas vocem ἀλλὰ ſic vſurpatam reperiri. Sequitur,

> Θέστυλι δειλαία πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

& in Cyclope

> ὦ Κύκλωψ Κύκλωψ πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

ſimile eſt Homeri in Odyſſea,

> -σὺ δέ τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί.

& apud Herodotum, φρενῶν ἀγαθῶν παραπλάζειν. Scripſerim mox,

> -τὰ Δέλφιος ὀστέα πάσσω. &,
> -ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιϊ δάφναν αἴθω.

ita potius Dores quam Δέλφιδος, vt Πάρος potius quam Πάριδος. eſſe autem in hac oda exquiſite ſeruatam linguam Doricam priſci tradunt magiſtri. Verſum iſtum,

> χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας.

Aliter veteres diſtinguunt, aliter recentiores libri, & interpretes. liquet ex editis ſcholiis: & magis adhuc ex iſto interpretamento codicis manuſcripti: ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας, ὁ ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς Ἀφροδίτης κατισχαζόμενος. Porro ſcholiaſtes editus iſta verba,

> ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;

ſine interrogatione legit: non editus vero cum interrogatione ſcribit & explicat: & ita etiam ſequenti idyllio,

> -ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ὔμμεν;

aliter tamen habebat vetus Theocriti codex: vbi etiam recte

> Κεντήσαις ῥ' ἀδάμαντα

ſcriptum offendi, non Ῥαδάμανθα. Sequitur deinde,

> -τὶ δὲ χάλκεον ὡς τάχος ἄχει.

ad quem locum quod notant ſcholia,

multum apud veteres fuisse æris vsum in re diuina, maximeque πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποκάθαρσιν: confirmatur valde istis Macrobii verbis lib. v. cap. xix. *Omnino autem*, ait, *ad rem diuinam pleraque ænea adhiberi solita, multa indicio sunt: & in his maxime sacris in quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut denique exigere morbos volebant.* Recte etiam notatum in iisdem, solitos veteres delinquente luna æra pulsare. Caussam cur id vulgo fieret, aperit Plutarchus in libello de facie quæ in orbe lunæ apparet. Plerique tamen aliter acceperunt, quos vanitatis arguit Ouidius merito,

> *Et quamuis aliquis Temesæa remouerit æra,*
> *Nunquam luna suis excutietur equis.*

Vide iterum Plutarchum in Æmilio Paulo, Liuium lib. xxvi. Tacitum lib. i. Manilius,

> *Vltima ad Hesperios infectis volueris alis,*
> *Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra.*

Ait Theocritus,

> Ἐν Δίᾳ λαθοίμεν εὐπλοκάμω Ἀριάδνας.

vetus codex habebat Δίῳ: sed aliud Dium, aliud Dia: nec quicquam mutandum. Dia namque est Naxus. Callimachus,

> Ἐν Δίῃ τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ.

& ita apud Homerũ, Apollonium, Catullum aliosq. in fabula Ariadnes. Adi, si lubet, Stephanum: & lege apud eũ, ἡ πρὸς Ἀμόργῳ, nõ πρὸς Σαρμοσῷ. claret ex iis quæ scribit hic scholiastes. Notabis etiã Δίαν πρὸς Μιλήτῳ esse Stephano, quæ isti est, ἡ περὶ Μῆλον. quarum lectionũ vtra sit verior, alias viderimus. Sane ex iis quæ hoc ipso loco interpres ait de voce Μωΐδιος, non dubito rescribere apud Stephanum in Μωΐδος, Ἀρκαδίας pro Κρείας alterutro loco: quod & aliis rationibus probare possem, si id ageretur. Placet autem mihi vehementer vt cum dicit Theocritus Ἱππομανὲς φυτὸν ἔστι, φυτὸν exponamus φύμα. φύμα autem est πᾶν τὸ φυόμενον, vt ἀκρόαμα τὸ ἀκροώμενον, & alia id genus. Ita ab aliis quoque reperies vsurpatam vocem φυτόν. Callimachus de ferro loquens,

> Γειόθεν ἀντέλλον τι κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.

Hesychius, φυτοῦ, φύματος. respicit Hesychius, nisi vehementer fallor, locum illum ipsum Archilochi quem profert scholiastes. Solet enim ille Grammaticus difficiles quosque locos principum poëtarum in suos commentarios transferre & explicare. quod tamen videas sæpe (vt hoc obiter dicam) etiam doctissimos viros non animaduertere, & eo falli. Exemplo sit is qui ex illo Hesychii loco vbi explicantur hæc Homeri Ἰλιάδ. ο.

> ὢ πόποι, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει
> δαίμων ἡμετέρης. & Ἰλιάδ. π.
> ... ὄφρα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρῃ.

prouerbium nescio quod, omnibus hactenus inauditum, & ipsi in primis Hesychio, confinxit. Sed ad rem. Scribo, τὰ δὴ τήνῳ πολλὰ μὲν ἄλλα. non πόνῳ. alibi hunc locum explicamus contra interpretes. Eo versu,

> Κἠμφὶς ἐπλασάμαν τὰν ξυστίδα τᾶς Κλεαρίστας.

Satyrico aceto defricatur mulierum illiberalis ambitio, in aliena veste sese venditantium. Iuuenalis,

> *Vt spectet ludos cõducit Ogulnia vestem.*

Quid sibi vult vetus nota ad hæc verba? ἀλλά με τίς καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε. nota hæc est: χάρεται καὶ ἐξάλαξεν· ἵν' ᾖ ἐξήλιπα. ego qui hæc ita scripta non intelligerem, sic scribebam, vt ea intelligerem, χάρεται καὶ ἐξηλίαξεν. ἵν' ᾖ ἐξηρίμως. notum verbum ἐξηλιάζω, insolo, sicco. Valde autem similis est apud Plautum Silenii narratio narrationi Simæthæ quæ ibi incipit:

> — τίς μοι κακὸν ἄγαγε τοῦτο;

Plauti locus est in Cistellaria,

Quo

*Quo is homo insinuauit pacto se ad te?*
*S. per Dionysia.*
*Mater. pompam me spectatum duxit: dum redeo domum,*
*Conspicillo consecutus est clanculum me vsque ad fores:*
*Inde in amicitiam insinuauit.*

Sed Theocriti imitationem vel potius ζωίμπλωσιν in dicta paria & similia, non vno loco deprehendas in Plauto. Ne longe abeam: prouerbium quod in hoc ipso idyllio extulit noster,

- αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα. & εἰδ. δ
τὰς πόρπας αὐτὰ λέλειπται Τῶ σία.

non semel expressit Plautus. Aulularia,

Me. *Volo ex te ego scire quid sit agnus curio.*
Eu. *Qui ossa atque pellis totus'st, ita cura macet.*

Captiueis: - *ego qui tuo mœrore maceror, Marcesco, consenesco, & tabesco miser: Ossa atque pellis sum, miser a macritudine.*

Sic Apollonius, - ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. Veteres Latini *scutilum* dixerunt qui totus esset ossa & pellis, vt docet nos Festus. Simætha paullo mox cum ait,

Ἀλλ' ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν· ὁ δὲ χρόνος ἄνυτο φεύγων·

videtur alludere vetus prouerbium, ὁ χρόνος ἀμφὶς θεός. Scribe deinde χ' ὡπώ, non, χ' ὅπω. nec aliter in scholiis. Ait Delphis, - καὶ γὰρ ἐλαφρὸς Καὶ καλὸς πάντεσσι μετ' ἠιθέοισι καλεῦμαι. καλεῖσθαι hic ita accipio, vt τὸ εἶναι potius quam τὸ κατηγορεῖσθαι vel λέγεσθαι significet: vt & apud Romanos verbum *appellor* nonnumquam. Varro, De re rustica: *Sequitur secundum illud, quali terra sit solum fundi, & a qua parte vel maxime bonus aut non bonus appelletur.* hoc est, καλοῖτο siue εἴη. Notat hoc loquendi genus apud Homerum eius interpres Eustathius sæpissime: quod in sacris literis ex idiomate Hebraico plurimis locis inuenitur. Plato De republica lib. VIII. μηδὲν ὄντα τῶν τῆς πόλεως μερῶν, μήτε χρηματιστήν, μήτε δημιουργόν, μήτε ἱππέα, μήτε ὁπλίτην, ἀλλὰ πένητα καὶ ἄπορον κεκλημένον. & paullo post, πάντες ὅσοι κέκληνται κακοῦργοι. Sic & princeps tragicorum Sophocles sæpe. In Electra, Ἄνευ τέ μ' αὐτὴ παράγουσι·
Ταῦτα γὰρ ἄλυτα κέκληνται.

Philoctete,
Ἀλλ' οἰκτίσαντές ἄνδρα δύστηνον, μόνον
Ἔρημον ὧδε κἄφιλον καλούμενον.

In Trachiniis, - τοιάδ' Ἡρακλῆς
ὁ πρὸς ἡμῖν κἀγαθὸς καλούμενος.

vbi tamen perperam editum πλέμενος: quum Aldi editio habeat καλούμενος: recte. Contra in Oedipo Colon. isto versu, - μόνας δὲ τὸ καλούμενον ξένον Σώζειν οἵας τε. verius fortasse scriberetur κακούμενον, vt & Aldus edidit, & habet Suidas δόξα: etsi vulgata lectio mihi non displicet. Posuerunt inuicem *esse* pro nominari veteres, vt ad Phormionem adnotat Donatus. Scriptores Attici εἶναι & καλεῖσθαι nonnunquam iungunt. Isocrates Panathenaico, τὸν διὰ σωφροσύνην μόνον ἀξιωθέντα Διὸς γενέσθαι καὶ κληθῆναι κηδεστήν. Aristoteles Politicorum lib. VIII. μὴ καλόν, ἀπτόμενον φαίνεσθαι μηδαμῇ μηδαμῶς, ὅπου ἂν ᾖ καὶ προσαγορευθῇ πόσις. Mala Dionysiana cur appellet poeta, explicat Athenæus libro tertio; cuius ecce verba: Ὅτι δὲ καὶ τῶν μήλων εὑρετὴς ὁ Διόνυσος, μαρτυρεῖ Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος, οὑτωσί πως λέγων,

Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων·
Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος.

deinde addit Neoptolemi Pariani locum; quo & pomorum, & omnium aliorum ἀκροδρύων inuentio Baccho tribuitur. Philetæ locum qui adducitur in hunc versum ab interpretibus, ita scriptum inuenimus,

Μᾶλα

Μᾶλα φέρων κόλπωσι, τά οἱ ποτὶ Κύπρις ἔλοῖσα

Δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

Ἐχθὲς siue χθὲς sæpe idem valet ac χθὲς καὶ πρώην: neque hesternum diem præcise notat: sed latius multo extenditur: vt in fine huius carminis minimum ad dies duodecim, illo versu,

Κυτὸ τὸ τλῶ ἐμὸν ἐπεμέμψατο, μίζονα τοι ἐχθές.

dixit enim initio,

Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' οὗ τάλας οὐδέποθ' ἥκει.

& ait iterum sub finem,

Νῦν δ' ἐστὶ δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τέ νιν οὐδέποκ' εἶδον.

## CAP. IV.

### *Callimachi fragmenta quædam apud varios auctores emendata.*

PHILETÆ locus de quo egimus modo, admonet me aliquot Callimachi fragmentorum quæ in scholiis corrupte scripta, operam nostram desiderant. Neque vereor ne fraudi mihi sit apud amantes harum literarum, si occasione ista paululum a proposito aberrauero. Verba interpretis ad superius idyllium secundum hæc sunt: Εἰώθασιν οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων πλείονας κυάθους ἐπιχεῖσθαι. Καλλίμαχος· Ἔγχει καὶ πάλιν εἰπὲ Διοκλέος, οὐδ' Ἀχελῷος τῶν ἱερῶν αἰσθάνεται κυάθων. de isto veterum amantium more notamus aliquid ad XIIII. idyllium. Sed versus Callimachi sic sunt scribendi ex membranis,

Ἔγχει, καὶ πάλιν εἰπὲ, Διοκλέος· οὐδ' Ἀχελῷος

Κείνου τῶν ἱερῶν αἰσθάνεται κυάθων.

Iterum scholiastæ verba sunt ad carmen IIII. τὴν σαγόνα τοῦ ἀρόζοντος πρῶτα λέγεσθαι ἀπὸ τοῦ πρωὶ πέμπεσθαι. καὶ Καλλίμαχος. ὥσπερ κεῖναι πρῶκας ἐέρζει πισῦζαι, προίκιον ἐνδυκέως εἶδαρ ἔδων. scribo, vt sententiæ simul & versui consulam,

— ὥσπερ ἐκεῖναι πρῶκας ἐέρζει πισῦζαι

Προίκιον ἐνδυκέως τέτλιγος εἶδαρ ἔδων.

προίκιον εἶδαρ, dapes inemtæ, vel cibus pauperum, miserorum. Hesychius, προικός, πονηρός, πτωχός. Homero & poëtis προίκτης est mendicus. Legere memini προΐα pro mendicitate. nisi mendum est in his verbis Dionis Chrysostomi oratione De non capta Ilio, φασὶ τὸν Ὅμηρον ὑπὸ προΐας τε καὶ ἀπορίας πεζεῦσαι τεῖν ἐν τῇ Ἑλλάδι. Verba interpretis fere adduxerant me vt scriberem Πρώϊον ἐνδυκ. sed repugnat scriptus codex: in quo scriptum inueni πισύεται pro πισῦζαι· & ἐκ δίκης ἔρως εἶδαρ. fortassis an scribendum προίκιον ἐνδυκέως εἶδαρ ἔρωτος ἔδων. Deprehendimus ibidem, & alium Callimachi locum, valde obscuratum: nam & auctor eius scholii nomen poëtæ reticuit: & scribarum imperitia plurimum ausa est in illo deprauando. Ita igitur scriptum, quo loco verbum πάλλεται explicatur. πάλιν ἔλεγεν τὸ λεπτόπαπον τοῦ ἀλεύρου· παρ' ὃ καὶ φάλιον λέγεται τὸ λευκόν. Ἡδὺ αὖ φάλιον ἀλεύροις ἐν τοῖς ἐσθίεσθαι. manifesta vitii lectio. In libro scripto qui in Geneuensi bibliotheca seruatur, reperimus, ἡδὺ αὖ ἀάφαλον ταῦρον. nihilo melius. nisi quod indicio vocis ταῦρον, quæ in vulgatis deest, latentem Callimachi versiculum sumus odorati: Scribendum enim putamus, Εἶδυῖαν φάλιον ταῦρον ἰηλεμίζαι. extat iste Cyrenæi poëtæ pentameter in Etymologico magno, in voce ἰάλεμος. In ipso fine eiusdem carminis, habet dictus liber, Ὅτι οἱ σάτυροι καὶ οἱ πᾶνες καὶ ὀπήφοροι (scribo, δειπήφοροι) πρὸς τὰς συνουσίας καταγελοῦντες (fortasse, κατ' ἀρχὰς ὄντες) καὶ Καλλίμαχος φησί. At locus ab interpretibus ad primũ idyllium productus in explicanda voce σκῶπες, sumptus est ex libro Callimachi De auibus: cuius præter Suidam & Athenæum meminere

 commen-

commentator Apollonii & auctor Etymologici. Ex eiusdem Choliambis sumtus est hic versus, qui in scholiis legitur ad septimam eclogam, ἐς τὸ περὶ τεῖχος ἱρὸν ἀλέεις δεῦτε. Extant & in Etymologico magno, vt alia multa huius auctoris, quædam non sine mendo. Eorum partem superioribus adtexam, simul vt emendem. Scribit auctor in ἀμορδῶ. ὁ μὲν Καλλίμαχος κυρίως ἐπὶ τοῦ ἐλκειν ἔλαβε τὴν λέξιν. οἱ δ' Ἄνδρ' ἐλαιοὶ δ' ἐκ λειόθεν ἀμορδῶντες. Scribo, Ἄνδρες δείλαιοι δ' ἐκ λήοθεν ἀμορδῶντες. loquebatur de vbertate messis, & συγκομιδῆς frugum. ἐκ λήοθεν valet, ἐκ τοῦ λῄου, ex aruo vbi seges. qui λειόθεν retinent, & ἀμορδεῖν explicant *vitam trahere*, refelluntur satis ab ipso auctore, qui ait κυρίως hic verbum illud accipi. Similis vox ἀχθόθι in alio eiusdem versu,

Ἔντ' αὖ ὠπτήγια, φέρε τ' ἀχθόθι νόσιμα πάντα.

In ἀπάργυρος scribo, οὐδὲ τὸ ἀπάργυρόν τοι ἔδωκε. non δέδωκε. Ita extulit prouerbium Homericum quo & Theocritus est vsus, οὐδ' ἄλα δοίης. nam ἀπάργυρος est τέλαχιστον, vt apud Latinos, ciccus, pilus, hetta, nauci. Scribit idem: Δανάκης, νομίσματός ἐστιν ὄνομα βαρβαρικὸν πλέον ὀβολοῦ· ὃ τοῖς νεκροῖς ἐν τοῖς στόμασιν ἐτίθεσαν. Καλλίμαχος, Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔτι φέρονται Μούνη ἐπὶ πτολίων, ὅτι θυμιοτυρ(?)εύμενοι. Ἀλλ' οὐ ζαύοις ἐν στόμασιν νεὼς Ἀχερουσίας ἐπὶ βάθρον δανάκης. Mos Græcorum quem notat, omnibus iam notus est. vt Iuuenalem aliosque plurimos taceam, quoties mentio apud Lucianum eius oboli quem mortuis in os indebant veteres, vt esset vnde naulum soluerent? Versus Callimachi ab aliis parum feliciter tentatos, sic scribendos censemus:

Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔτι φέρονται
Μούνη ἐνὶ πτολίων, ὅ γε τέθμιον οἰσέμεν ἄλλοις
Ἐν στομάτεσσι, νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον.

Proferuntur hi versus, non quod in illis voce δανάκης esset vsus poëta: sed ad confirmationem eius moris quem diximus. nec potuit ab eo grammatico locus illustrior & dilucidior eligi. Loquitur autem Callimachus de Hermione vbi fuit Ditis ostium, siue terræ hiatus altissimus: vulgo ψυχοπομπεῖον dicebant: putabant enim animas fato functorum per illud foramen recta ad inferos peruenire. ideo nauli gratia obolum non inserebant ori suorum mortuorum. Strabo, παρ' Ἑρμιονεῦσι δὲ τεθρύλληται τὴν εἰς ᾅδου καταίβασιν σύντομον εἶναι. διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τὸ ναῦλον. Ex his intelligimus quo pertineat illa verba, μούνῃ ἐνὶ πτολίων. sed notanda vox μούνῃ: nam etiam alibi fuere ψυχοπομπεῖα & viæ ducentis ad inferos compendia: quod ex geographis & Hesychio certum est. Cætera vt sunt a nobis correcta difficultatem non habent: nec obscuræ emendationum rationes. οἰσέμεν vel οἴσειν pro φέρειν etiam Andocydes orator aliique posuere, nedum poëtæ. monstrum lectionis ἀλλ' οὐ ζαύοις natum ex imperitia scribæ, qui in describendo vocem adiecerat a poeta omissam, & ita notauerat ἄλλοις αὐτοῖς vsitatissimo in libris veteribus compendio. In voce δίκρον scribe: Καλλίμαχος, δικρόον φιτρὸν ἀειραμένη. non autem φιλτρὸν furcam intelligit. De notatione nominis ἐρωδιὸς ita scriptum ab eodem: Ἐρωδιὸς ἐτυμολογεῖται διαφόρως· οἱ μὲν παρὰ τὸ ἔαρ, ὃ σημαίνει τὸ αἷμα, ὡς παρὰ Κυρηναίῳ, Αἷμα δὲ λύχνου τοὔλαιον τί ἔλειξας ἔαρ. mutilata esse Callimachi verba satis liquet. Integer versus hic est: Πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλεξας ἔαρ. reperi apud Nicandri interpretem in Alexipharmaca. Scribo in λάκπε,

Αὖθις ἀπωτίζουσιν ἐμὴν δ' ἔργα λάκπειν.

nam ἴκρον nihil est: ἔκιον a κεάω non satis conuenit. λάκπη, est trua, vt in simili loco Nicandri, — λάζεο πυκτὴν Εὐβοΐη λάκπην. Omnino mapalia faciam isto capite, vt in curia senatores persæpe: quocum-

quocumque me rapiet memoria, eo deferar hoſpes. Igitur in Arati vita quæ Achilli Statio adiecta eſt, Callimachi extat epigramma in eũ poëtam: quod quia corruptiſſime ibi ſcriptum eſt, nec viri docti cum inde illud deſcriberent, quicquam emendarunt, apponam id, atque ex animi ſententia corrigam. Ita autem editum eſt:

> Ἡσιόδου δ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος οὐ τὸ ἀοιδὸν
> Ἔσχατον, ἀλλ' ὀκνείομαι μήτο μελιχρότατον
> Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο χαίρετε λεπταὶ
> Ῥήσιες Ἀρήτου σύγγονος ἀγρυπνίης.

prius diſtichum multifariam deprauatum eſt. Scribo,

> Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα, καὶ ὁ τρόπος οὐ τὸν ἀοιδὸν
> Ἔσχατον· ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
> Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο· χαίρετε λεπταὶ
> Ῥήσιες Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

Præiuit ex parte ad hanc emendationem, quod in eiuſdem vitæ initio eſt ſcriptum. Aſclepiades, inquit, Ταρσέα φησὶν αὐτὸν γεγονέναι, ἀλλ' οὐ Σολέα, Καλλιμάχου πλείστου ἀνδρὸς καὶ ἀξιοπίστου Σολέα λέγοντος αὐτὸν γεγονέναι διὰ τούτων· ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον (ita emendo vulgatam lectionem, quæ eo loco deprauatiſſima eſt) τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. Heſiodi carmen de ſideribus laudant veteres grammatici: Theon in Aratum ἀστρικὴν βίβλον vocat. Arati librum aſtronomicum vocat Callimachus ῥήσιας λεπτὰς, vt Strabo τὰ κατὰ λεπτὸν libro decimo. Δηλοῖ γὰρ τὰς ἀπορείας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν. Plinius libro v. epiſtolarum: *Vides vt Aratus minutiſsima etiam ſidera conſectetur & colligat: modum tamen ſeruat.* Ptolemæus rex in epigrammate quod in eadem illa vita legitur,

> Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρητος ἔχει.

Poteram plura iſtis adtexere, quæ ex hoc poëta apud varios auctores vitioſe ſcribi obſeruauimus: ſed hæc ipſa vereor ne nimis multa multis videantur. Hic igitur pauſa eſto.

## CAP. V.

*Percurritur idyllium tertium. παρακλαυσίθυρον carmen: τῆθεν & τηνῶθε: παραιβάτης, & ἐριθακίς: τὸ παιὰν λίθος: Superſtitio veterum in ſternutatione, & oculi palpitatione.*

ECLOGÆ tertiæ inſcriptio eſt Κῶμος in libro manuſcripto. Eſt autem hoc carmen exemplum elegantiſſimum παρακλαυσιθύρου: nam ita proprie appellabant, vt alibi explicamus pluribus: cauſſam eius appellationis declarat poëta idyllio XXIIII. cui index Ἐραστὴς ἢ Δύσερως: eſtque id alterum nõ minus elegans παρακλαυσιθύρου exemplum. Ait ibi poëta,

> Ἀλλ' ἐνθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις
> Καὶ κύσε τὴν φλιάν. οὕτω δ' ἀνενείκατο φωνάν.

Thynnorum piſcatores olim in altas rupes mari imminentes ſoliti ſpeculas collocare, vt inde thynnos obſeruarent, ſicut author eſt Strabo, qui θυννοσκοπεῖα vocat. Propterea canit Theocritus,

> – εἰς κύματα τηνῶ ἁλεῦμαι
> Ὧπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς.

Sed videtur poſtulare ſententia vt ſcribamus, εἰς κύματα τῆθεν ἁλ. & ita putarim legiſſe auctorem huius interpretamenti non editi, εἰς κυμ. τ. ἁλ. ἀπὸ τούτου, ἐκεῖθεν ἁλοῦμαι. Τῆθεν Doricum a τῆνος, vt κεῖθεν a κεῖνος. paullo ante τηνῶθε dixit, pro eodem. τηνῶθε καθεῖλον ὦ μ' ἐκέλευ. Scribit Scholiaſtes in explicatione vocis Ἀχροιῶ, οὐδέπω γὰρ τὴν χροιὰν οὕτω φασίν. ex quibus intelligimus lectum olim a quibuſdam fuiſſe ἀχραιῶ. cuius γραφῆς etiam in ſcriptis ſcholiis

obscura mentio similiter habetur. Illa igitur siue Græce, siue Agræo, Ἁ πρᾶν ποιολογεῦσα παραιβάτις, muliercula fuit solita ad sarculandum operas locare. nam ita potius verba illa interpreter. Videntur & παραιβάτις & ἐριθακὶς Dorum propriæ voces fuisse: neque assentior iis qui putant esse nomina propria. Eustathius Ἰλιάδ. σ. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ λέγεται ἡ μισθώτρια ἐριθακὶς λεγομένη. & Ἰλιάδ. γ. Ὅτι δὲ Θεόκριτος τὴν παρ' αὐτῷ ἐριθακίδα, ἤτοι μισθώτριαν, παραιβάτιν καλεῖ, καὶ διὰ τί, ζητητέον ἐκεῖ. quanquam Eustathio hic iterum imposuit memoria: non enim de eadem ambæ istæ dictiones, quod ille ait, vsurpantur. Notabis obiter elegans loquendi genus illud, τὸ πᾶν λίθος. quo etiam alibi vsus. idyllio XV.

πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθὲς, ἅπαν ῥύπον.

Sophocles in Philoctete, Ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα. Aristophanes Acharnensibus,

ΒΟΙ. Μικκός γα μᾶκος οὗτος. ΔΙ. ἀλλ'
ἅπαν κακόν.

Latini eandem sententiam voce *meri* exprimunt, vt cum dicunt, *rus merum*, *scelus merum*. & Æschylus quoque in Agamemnone, ἄκρατος ὀργὴν, id est, *mera bilis*. Notabis etiam in hoc idyllio, quod alicubi obseruat Eustathius: veteres Græcos bonum existimasse omen τὸν ἐκ δεξιῶν παλμὸν, & τὸν παλμὸν τοῦ δεξιοῦ ὀφθαλμοῦ. ac profert ille Theocriti istum versiculum,

Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δέξιος.

Plautus in Pseudolo,

*Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.*

De sternutatione exempla sunt passim obuia. Cereri genus hoc μαντικῆς ascribebant. Hesychius, Συμβόλους τοὺς διὰ τῶν παλμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον· ἀνετίθεντο δὲ οὗτοι Δήμητρι. Scripsisse autem reperio etiam Posidonium de ratione captandi ominis ex palpitatione: Suidas enim auctor est, edidisse eum παλμικὸν οἰώνισμα. Extat vero hodie Melampodis hierogrammatei Ægyptii, ad Ptolemæum regem missus libellus, cuius argumentum & titulus Περὶ παλμῶν μαντική. In eo cum alia multa, tum quod ad hunc locum facit, de oculo dextro sic scriptum: ὀφθαλμὸς δεξιὸς ἐὰν ἄλληται, κατὰ Φημονόην, καὶ Αἰγυπτίους, καὶ Ἀντιφῶντα, ἐχθροὺς ὑποχειρίους ἕξει. ex his verbis cognoscimus qui fuerint vetustissimæ huius artis primi & præcipui auctores. Testatur etiam Suidas editum olim a Xenocrate Οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, id est, de signis domi apparentibus: exempli gratia, si in tecto felis aut serpens apparuerit, quid hoc portendat. de fele habes exemplum apud Aristophanem, Terentium, & in LVII. Dionis. de angue apud Plautum, Terentium atque alios.

## CAP. VI.

*In quarto idyllio notata quædam:* ἔλαιον οὐκ ὀπώπη: *nemus oleastrorum ad Olympiam:* στομάλιμνον: ἁρμοῖ· μῆλα & σκαπάνη *cur Ægoni tribuantur eunti ad sacrum certamen. Arrianus emendatur: Plutarchus illustratur. Milonis Crotoniatæ ætas: Milones plures: Lucillii epigramma expositum:* ξιάσσειν. *Olympionicarum* ἀναγραφαί. *Pindari librorum* ἐπιγραφαὶ *genuinæ.*

SED veniamus ad quartum idyllium. Eius principio Battus audito bubulcum Ægonem ad certamen Olympicum esse profectum, stupefactus rei nouitate, ait,

Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν
ὀπώπη;

ita scribunt Dores, non ὀπώπει. est autem dictum ἐμφατικώτατα: nam vt efficiat Ægonem sacro certamini nun-

quam præpitaſſe, negat eum vel vidiſſe vnquam oleum: ſine quo exercitatio non fiebat in palæſtra & tyronum ludo. Nimis ingenioſi fuerunt, qui iſta aliter acceperunt, partim etiam ſcripſerunt, vt interpretes nos admonent. In eorum verbis non ſunt prætereunda hæc, ἥτις ἀπέχει σταδίων ὀκτὼ ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Loquitur de corona Olympica, & oleaſtro vnde ſolita ſumi. hunc ait afuiſſe ſtadia octo, auctore Ariſtotele. ſed huius interualli ecquem alterum terminum intelligit? Piſamne an Olympiam? an locum illum vbi certamina celebrabantur? etſi iſtud quidem non poteſt: nam ſtadium in ipſo oleaſtrorum nemore collocat Strabo. Philoſophi extant verba hæc in Ariſtophanis Commentariis: Ἐν τῷ πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία· καλεῖται δὲ καλλιστέφανος· ταύτης δὲ ἔμπαλιν τὰ φύλλα τῶν λοιπαῖς ἐλαίαις πέφυκεν· ἀφίησι δὲ τοὺς πτόρθους ὥσπερ ἡ μύρτος, εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρους· ἀπὸ ταύτης λαβὼν Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν Ὀλυμπίασιν· ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθληταῖς δίδονται· ἔστι δὲ αὕτη περὶ τὸν Ἰλισσὸν ποταμὸν, σταδίοις ξ΄ τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα. περιῳκοδόμηται δὲ, καὶ ζημία μεγάλη τῷ θιγόντι αὐτῆς ἐστιν. ἀπὸ ταύτης ἕτερον λαβόντες Ἠλεῖοι τῶν ἀθλητῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς στεφάνους. Aliquanto poſt occurrit in omnibus quas videre licuit editionibus, mendum turpiſſimum. Sic enim vulgo legitur hic verſus,

Καὶ μὰν ἐς τὸ Μάλιμνον ἐλαύνεται.

cum ſit omnino ſcribendum ἐς στομάλιμνον. Στομαλίμνη & στομάλιμνον voces quæ hactenus in tenebris delituerunt, pluribus a nobis, Deo volente, in noſtris Animaduerſionibus in Strabonem ſcriptorem præſtantiſſimum, explicabuntur & aſſerentur. Nunc ſatis erit Euſtathii locum afferre, ne quis poſtea de veritate huius lectionis dubitet. στόμα δὲ, ait, ἔστι καὶ ἐπὶ λιμένων λέγεται. καθὰ καὶ ἐπὶ ποταμῶν, ἔστι δὲ καὶ λιμνῶν, ὡς δηλοῖ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ στομάλιμνον, δῆλον ὅτι. Locus eſt in decimo Ὀδυσσ. commentario. Sequitur,

Χ' ἁ ζύγιξ δ' ἐρῶντι παλαίεται αὖ πιτ' ἔπαξα.

vbi ſcribendum ἐπάξα, pro ἔπαξα: quod minus recte quidam libri habent. Illo autem loco,

– ἁ γὰρ ἄκανθα
Ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν.

ſi ſequimur ſcholiaſten, male ſcribitur ἁρμοῖ pro ἀρμοῖ. Statuitur enim ab illo inter hæc differentia: ſed eam Euſtathius non admittit, qui Syracuſano more διαζώεδξ hanc vocem annotans, exponit ἀρτίως. Æſchyli quoque ſcholia ἁρμοῖ explicant νεωστὶ, cum hac adiectione, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἁρμάτων τῶν ζωπηθευμένων καὶ ἁρμοζομένων νέον. Omitto quæ de iſta voce diſputantur in Etymologico. tantum monebo, verſum iſtum, qui ſine auctoris nomine ibi adducitur,

Ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέβρεχε λεπτὸς ἴουλος,

videri vel Apollonii eſſe, vel ex iſto Apollonii libro primo manaſſe, aut contra,

Ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ὑποσταχύεσκον ἴουλοι.

Iam vero cum dicat Corydon de Ægone quem Milo Olympiam abduxerat,

Κ' ᾤχετ' ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα,

quæri iam olim cepit quid hic μᾶλα poëta appellet: & quorſum oues, quorſum etiam σκαπάναν ſecum Ægo in Elidem detuliſſet. Paucis omnibus ſatisfaciemus. Qui Olympicæ coronæ cupiditate ducti in Piſatidem veniebant, ii ante legitimum certamen, quod erat dierum quinque, triginta ipſos dies ab epiſtatis, & ludorum magiſtris exercebantur. Iſacius Tzetzes in Lycophronem, τὰ δὲ Ὀλύμπια πέντε ἡμέρας ἐτελεῖτο, ἀπὸ ιά τῆς σελήνης, μέχρι δ' ὅλης ιε΄. προεγυμνάζοντο δὲ πρώην, ἡμέρας τριάκοντα. Philoſtratus De vita Apollonii libro quinto, Ἠλεῖοι τοὺς ἀθλητὰς ἐπειδὰν ἥκῃ Ὀλύμπια, γυμνάζουσιν ἡμερῶν τριάκοντα ἐν

αὐτῇ τῇ Ἤλιδι. Ita fiebat vt XL. fere, vel minimum XXXV. dierum mora athletis in Elide esset facienda. Propterea oues XX. secum deducit Ægon, vt illarum carnibus toto illo tempore alatur. nam peregrinantes olim de cibo sibi solitos prospicere nemo non hospes & peregrinus in literis potest ignorare. De σκαπάνῃ siue ligone aut rastro, vt exponitur in Glossario, notauimus iam olim, fuisse genus exercitationis Græcorum epheborum, quod explicat Festus Pompeius. *Rutrum*, inquit ille, *tenentis iuuenis est effigies in Capitolio, ephebi more Græcorum harenam ruentis exercitationis gratia.* Fuit hoc inter præludia quibus athletæ præparabantur ad cætera certamina: eratque inter eos contentio quis socium suum in puluere palæstrico ruendo præuerteret, quod παρορύττειν Græci dicunt: ideo ligonem vel rutrum domo aufert Ægon, hoc ipso athletam sese profitens. nam & pictores sculptoresque, vt declarat superior Festi locus, athletas vel certe ascetas rutrum tenentes effingebant. Hæc nobis ex veterum lectione comperta satis & certa. At vir doctus nuper in Agonistico suo veterem hanc nostram notam & Græcorum quoque interpretationem loci huius conatu magno refellere aggressus est. Placet illi μῆλα hic esse poma, non oues: σκαπάνην mulctram, non δίκελλαν aut ligonem. quarum sententiarum prior ex antiquis repetita, explosa pridem est & refutata peritioribus criticis, vt videre est in scholiis: altera plane recens ac noua: prorsusque, vt nobis quidem videtur, ἀμφότερον, καινή τε καὶ κενή. Quæram enim ego ab eruditissimo viro, apud quem vel poëtam, vel poëtæ interpretem, vel cuiuscunque generis scriptorem Græcum, σκαπάνην pro mulctra aut alio quo simili vase positum obseruauerit. Proferat aliquid stabiliendæ huic ante inauditæ interpretationi istius dictionis: tum videbimus vtra significatio isti loco magis conueniat. Nam quod σκαφὶς & σκάφιον indidem ortæ voces, & vas interdum & instrumentum fodiendi designant, nihil hoc ad verbum σκαπάνη. de illis præter auctorum χρήσεις plurimas, quæ sunt ad manum, etiam ratio afferri potest, cur varias significationes habeant: de hac, neutrum potest. At inquiet, nonne alia multa vocabula apud optimos scriptores noue vsurpata reperiuntur, quorum exempla frustra requiras? Sic est sane: meminimus enim eorum quæ vel ipsi obseruauimus, vel apud veteres grammaticos, Eustathium maxime, super istis ἅπαξ εἰρημένοις, & vt ita dicam, μοναδικοῖς verbis olim legimus. Sed quid opus insolentes & nouas interpretationes fingere cum optime quadrent notæ & certæ? Verum σκαπάνην vsitata notione posse hic accipi negat idem. cui, si recte mentem eius capio, prorsus non placet fuisse vllum veteribus athletis cognitum aut vsurpatum ὀρυχῆς in palæstra certamen. Id igitur probemus. Athenæus libro XII. Ἐν Κρότωνι δὲ σκάπτοντί τινι τὴν ἀθλοῦσιν κόνιν, ἐπιστάντες τινὲς Συβαριτῶν ἐθαύμαζον λέγοντες, εἰ τηλικαύτην ἔχοντες πόλιν, οἰκέτας μὴ κέκτηνται τοὺς σκάψοντας ἑαυτοῖς τὴν παλαίστραν. Laërtius in Diogene cane: ἔλεγέ τε ἐπὶ μὲν τοῦ παρορύττειν καὶ λακτίζειν ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους· ἐπὶ δὲ καλοκαγαθίας, οὐδένα. Arrianus Dissertationum Epicteti libro tertio cap. XV. εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι δεῖν. ἔστιν ὅτε χεῖρα ἐκβαλεῖν, ὀσφὺν στρέψαι, πολλὴν ἁφὴν καταπιεῖν. ita scribendus iste locus, male vulgo & scriptus & ab interpretibus acceptus. de quo alias plura, vt speramus. Iam ergo liquet cur auctores & quo sensu σκαφεῖα ponant inter athletarum instrumenta. Plutarchus in commentario,

rio, An seni capessenda sit Respublica: οὐδὲ γὰρ τὰ σώματα παντελῶς ἀκίνητα καὶ ἀγύμναστα περιορῶμεν, ὅτι μὴ δυνάμεθα σκαφείοις μηδὲ ἁλτῆρσι χρῆσθαι. non est dubium σκαφεῖον hic esse quod est apud Theocritum σκαπάνη. quare etiam in Arato eiusdem Plutarchi sic interpretabimur hæc verba: ἐπιφαίνεται δὲ ἀμέλει καὶ τῆς εἰκόνος ἀθλητική τις ἰδέα· καὶ τὸ συνετὸν τοῦ προσώπου καὶ βασιλικὸν οὐ παντάπασιν ἀρνεῖται τὴν ἀδηφαγίαν καὶ τὸ σκάφιον. qui aliter accipiunt, errare omnes mihi videntur: quod pace virorum eruditissimorum, quos hic locus habuit exercitos, dictum sit. Pæne exciderat mihi lectorem admonere turpis mendæ quæ in argumento huius carminis continetur, quo loco scriptum est: ἀρχαιότερος δὲ Μίλων Θεοκρίτου· ἐπεὶ ὁ Μίλων τῇ ἑβδόμῃ πάλην νικᾷ· ὁ δὲ Θεόκριτος κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα (inst. ὥσπερ ἐδείξαμεν κατὰ τὴν ρδ ὀλυμπ. vide vltimo capite.) ἤκμασεν. Falsum est Milonem Crotoniatam vicisse olympiade septima. constat fuisse eum Pythagoræ discipulum, qui post quinquagesimam demum olympiadem docere cœpit in Italia. auctor Halicarnasseus Dionysius libro 11. Puto igitur emendandum, τῇ ἑβδομηκοστῇ ἑβδόμῃ πάλην νικᾷ. nam per illa tempora & multis adhuc annis post, præcipua laude per vtramque Græciam celebres fuerunt Pythagoras & Milo: ille studiis philosophiæ, hic arte athletica. argumento sit vel id vnum quod de vtroque narrat Diodorus Siculus in anno secundo olympiadis LXXXIII. vt valde mirer hoc mendum repertum mihi etiam in duobus scholiorum MSS. exemplaribus. Sed nulla necessitas cogit nos de illo celeberrimi nominis athleta Theocriti locum interpretari: nam potest & de alio qui ipsius poëtæ fuerit æqualis intelligi, plures enim variis temporibus fuisse antiquo Miloni & ὁμοτέχνους & ὁμωνύμους ne dubitandum quidem est. Verum Crotoniatæ illius ea claritudo fuit, vt quicquid de vllo Milone agonista diceretur, id omne quasi de se dictum sibi vindicaret. Feramus sane: fit enim sæpe. at doctos viros quis ferat alterius nescio cuius Milonis contumeliam in huius gloriam μετασχηματίζοντας; Extat enim antiquum Lucillii epigramma, quo miser quidam athleta, Milo nomine, salse ridetur: quod homines doctissimi, decepti nominis homonymia, ad Crotoniatam Milonem retulerunt, & in contrariam partem acceperunt. absurde prorsus & contra auctoris mentem. Id sic habet Anthologiæ libro 11. cap. 1.

Εἰς ἱερόν ποτ᾽ ἀγῶνα Μίλων μόνος ἦλθ᾽ ὁ παλαιστής·
Τὸν δ᾽ εὐθὺς στεφανοῦν ἀθλοθέτης ἐκάλει.
Προσβαίνων δ᾽ ὤλισθεν ἐπ᾽ ἰχίον. οἱ δ᾽ ἐβόησαν,
Τοῦτον μὴ στεφανοῦν, εἰ μόνος ὧν ἔπεσεν.
Ἀνστὰς δ᾽ ἐν μέσσοισιν ἀνέκραγεν, οὐχὶ τρί᾽ ἐστίν;
Ἓν κεῖμαι, λοιπὸν τ᾽ ἄλλα μέ τις βαλέτω.

Milo iste cum sine antagonista in stadium prodiisset, quasi esset nemo qui certamen cum ipso non recusaret, vocatur ab athlothetis coronam accepturus: sed cum accedens ad illos cecidisset, statim abiudicatur ab eo præmium. ille tendit contra, iure deberi id sibi, vtpote τριάξαντι: erat enim lex agonistica, cuius Apollodorus, Suidas, aliique multi meminerunt, quæ τριάσσειν iubebat eum qui ad præmium aspiraret. inde pendet omnis epigrammatis huius argutiola, quæ in illis verbis est sita, οὐχὶ τρί᾽ ἐστίν; ea tantundem valent ac si diceret οὐχὶ ἐτρίαξα; stabam, cecidi, surrexi: hæc tria sunt. Vide igitur quam longe a vera sententia aberrarint viri in hoc genere literarum maximi, qui nobilem illum Crotoniatam athletam putarint a poëta laudari.

Atqui

Atqui vel Lucillii nomen debuerat eos sui erroris admonere: nam quæcunque illius extant epigrammata, omnia fere sunt σκωπτικὰ & διασυρτικά. accedit eo quod titulus ille totus in ignauos & infelices agonistas est compositus. Cæterum Ægonem Olympia non vicisse, ex eo colligit scholiastes, quod in Olympionicarum catalogo ab Hippia Eleo primum edito, deinde ab aliis aucto & recognito, nomen Ægonis non inuenisset. Hoc sibi ista verba volunt, οὐκ ἀναγέγραπται δὲ ὁ Αἴγων νενικηκὼς Ὀλύμπια. quisquis fuerit huius notæ auctor, eum oportet antiquissimum grammaticum fuisse, qui catalogum illum Olympionicarum viderit: eius meminit in Numa Plutarchus. paris argumenti fuit, vt ad Laërtium docuimus, Aristotelis liber cui indicem fecerat Πυθιονικῶν ἔλεγχος. neque dubito aliorum similiter in colligendis Isthmionicis, & Nemeonicis fuisse occupatam industriam. qui omnes libri si hodie extarent, non leue in iis dubio procul præsidium haberemus ad dirigenda Græcæ historiæ tempora, & alia multa intelligenda quæ in Græcorum libris hodie intelligunt vel duo vel nemo. Quoniam autem de Olympionicis, Pythionicis, Isthmionicis ac Nemeonicis mentio incidit, aperiam obiter amantibus harum literarum suspicionem quandam meam: puto enim voces illas in fronte singulorum Pindari librorum esse reponendas: pro eo quod vulgo legimus Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea. male, opinor: non enim ludos ipsos laudare summus vates προηγουμένως instituit: sed victores eorum agonum. nec aliter in suis veteribus codicibus Aldus videtur inuenisse. Et vero, quod me magis mouet, non aliter laudatos reperies Pindari illos libros ab antiquis grammaticis. id quod ego admonitus quondam ab optimo & doctissimo viro Francisco Porto, diligenter postea obseruaui. Exempla cum sint passim obuia eorum scripta voluentibus, pauca proferam de multis. Athenæus libro XIIII. ὅτι γὰρ ἦσαν καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις αἱ δάπραι τράπεζαι πολυτελῶς μεμιμημέναι παρίστησι Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις. Apollonius grammaticus, libro II. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν Ἰσθμιονίκαις Πινδάρου ἐτάραξε τοὺς ὑπομνηματισαμένους. Sophocles in secundum Argonauticorum Apollonii, περὶ δὲ Κυζίκης ἱστορεῖ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις: nec aliter ille, quoties Pindarum laudat: laudat autem ascripto operis nomine bis tantum quarto commentario. Zenobius, Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ· μέμνηται ταύτης Ἀνακρέων καὶ Πίνδαρος ἐν Νεμεονίκαις. Eustathius in III. Ἰλιάδ. λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις. & ita semper Eustathius, nisi labor memoria: quod non arbitror hic quidem. Pindari interpretes, ὅτι καὶ περὶ ἐσθῆτος ἠγωνίσαντο, καὶ Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις. ad odam IIII. Pythionic. Iidem, καὶ ἐν Πυθιονίκαις, σκιᾶς ὄναρ φησίν. ad odam sextam Nemeon. item ad quintam Isthmion. οὗ καὶ ἐν τοῖς Νεμεονίκαις μνημονεύει. Quid quod Suidas ait scripsisse Pindarum Ὀλυμπιονίκας, Πυθιονίκας, Ἰσθμιονίκας, Νεμεονίκας; non Ὀλύμπια, Πύθια, Ἴσθμια, Νέμεα. nec mouet me quod recentiores nescio qui scholiastæ vulgatam lectionem sequuntur & explicant: neque enim tanta est, aut debet esse eorum apud me auctoritas.

## Cap. VII.

*Animaduersa quædam in idyllio quinto.* Ἀμὸν ἔρειδε. διεζῶσθαι βοῦς. διάλεσθαι. *Plutarchus & Stobæus emendati.* πὸτ τῶ: *Panici terrores:* ζῶντα ἄφες: *Doricæ voces*

τεῖνδε,

τεῖνδε, τηνεί, τουτεί, πεί, κάλως, σάφως, σόφως, ὠρανὸς, ἔςτι.

IN primo verſu idyllii quinti videtur ſcholiaſtes aliter legiſſe ac nos hodie legimus. Quum enim vulgo huius poëtæ interpretes putent Sybaritam ibi appellari paſtorem qui alio nomine Lacon dicitur, exiſtimo Græcum interpretem aliter hunc locum accepiſſe, & legiſſe,

— τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίτα
φεύγετε τὸν Λάκωνα.

Non legitur id quidem in editis ſcholiis: neque nos ſane in manuſcriptis inuenimus: ſed facile colligi ex eo iſtud poteſt, quod in ſimili mox loco, vbi poëta ait,

— τὺ γὰρ πόκα δῶλε Συβάρτα.

vocem Συβάρτα ita accipit, vt non ſerui ſed domini ſit nomen. quod ſi ibi facit, hic quoque ſimile feciſſe quis dubitet? Et ad me quidem quod attinet, facile ei aſſentior: nam quod mouere aliquem fortaſſe queat, accipi τὸ ἐθνικὸν loco proprii, idem quoque perſpicue fit infra, vbi Lacon ſic ait,

Μή τύ τις ἠρώτη πὸτ τῶ Διός, αἴτε Συβάρτα
Αἴτ' ἐμὸν ἐστὶ κάκιστε τὸ ποίμνιον.

vbi vides Laconem manifeſto vocem Συβάρτα pro heri ſui nomine poſuiſſe. Sed quin ita ſenſerit ſcholiaſtes, dubitandum non eſt, quum vel hoc vnum id euincat. Adnotat ille Laconem fuiſſe appellatum de nomine patriæ: morem enim veterum fuiſſe, vt ſeruos a loco vnde erant, nominarent: quod & Strabo non ſemel obſeruat. Si igitur Lacon hic ſuæ patriæ nomen gerit, qua obſecro ratione Sybarita dicetur? non enim puto, quia hero ſeruiebat Sybaritæ. Verſu ſexto ſcripſerim lubens Ἐκτάκα σύριγγα, potius quam ἐκτάσω. ſicut idyllio ſuperiore ἐπάξα non ἐπάξω habent integræ fidei codices. fortaſſe etiam ille Doricus typus participiorum in αις pro ας quem multis locis in ſcriptis Pindari exemplaribus deprehendimus, Theocrito fuerat vſurpatus, & mox in ἐκκλέψαις & alibi in aliis. Decimo verſu ſcribitur in membranis, Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρα. cuius lectionis admonet nos ſcholiaſtes. affertur iiſdem in membranis & tertia lectio Εὐμάρα caſu gignendi. quod non video qua ratione defendi queat: non ſane magis quam quod reperi ibidem paullo poſt, εἰ κατὰ τηνώας. nam verum eſt ἤ. Miror autem adeo nouam locutionem eſſe viſam ſcholiaſtis κατὰ πέτρας ἀλλιᾶς· cum certum ſit non aliter locutum eſſe elegantiſſimum quemque e veteribus. Pro ἀλοίμαν autem vel ὀλοίμαν (nam ita quoque legi adnotant ſcholia) codex chirographus habuit ἀλοίδμαι. Idem cum libris editis conſentiens, ἔρειδε habebat in hoc verſu,

Ἀλλ' ἄγε, καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ἔρειδε.

nec probo quod cenſent quidam reponendum, ἔεισδε: quum expoſitio quam affert interpres φέρων κατάθες, & ita legiſſe illum arguat, & ſit recta. Non nego Græce dici poſſe ἀμνὸν ἔεισδε: nam etiam Athenæum dixiſſe ſcio Δειπνοσοφιστῶν lib. x. ſed illud ἔρειδε longe eſſe aio elegantius. eſt enim quod nos diceremus, ***mettes la***. genus dicendi frequens in contrahenda ſponſione. Dicunt quidem Græci & καταθεῖναι ἄεθλον eo ſenſu, vt infra in VIII. χρήσδεις καταθεῖναι ἄεθλον; & θεῖναι ἀμνὸν ibidem. Sed verbo ἐρείδειν eximie impetus exprimitur qui ſolet eſſe in prouocantibus inuicem. quicquid enim ſubito fit, de eo Græci ἐρείδειν vſurpant. facetiſſimus poëtarum Ariſtophanes de comedone non ſemel poſuit, & alibi ſimiliter ἐπὶ τοῦ συντόμως τὶ ποιεῖν, vt doctiſſimus eius commentator explicat. Ælianus plane ea notione vſus hoc verbo, cum Theocrito,

si recte apud eum hæc scripta De animalibus lib. XII. capite XXIIII. ποιοῦνται ἔριδας ἐπὶ χρυσίῳ παμπόνῳ καὶ ἀργυρείῳ· καὶ οὐχ ἥττον αἰσχρὸν ἐστι ἐρείδεσθαι ὑπὲρ τῶν ζώων. id est, *sponsione inter se certare.* Omnino autem in hoc rustico prouerbio, — τίς δὲ παρδάσας

Αἰγὸς πρωτοτόκοιο κακὰν κυνὰ βύλετ' ἀμέλγειν;

reponenda elegans & antiqua vox Dorum δήλεται. cuius quum scholiastes quoque faciat mentionem, miror nondum fuisse eam in suum locum restitutam. Atqui Hesychius quoque eam vocem agnoscit & interpretatur. δήλεται, ait, βούλεται, θέλει. extat & apud Timæum Locrum δηλόμενος pro βουλόμενος. legere memini & apud Archytam quoque. Sic accipe in illa vere Laconica scytali Brasidæ apud Plutarchum, pessime ab omnibus, quos vidi, Apophthegmatum interpretibus accepta, Ἐξελθὼν, ait Plutarchus, ἐπὶ πόλεμον ἔγραψε τοῖς ἐφόροις, Ἃ ἐγὼ δήλομαι πράξω τὸν πόλεμον, ἢ τεθναξοῦμαι. id est, *Ego quod opto bello perficiam vel moriar.* Scribo etiam in elegantissimo Hippodami fragmento apud Stobæum sermone XLI. καὶ γὰρ ἃ τοιαῦτα παράδοξα τοῖς ἀνθρώποις ὅσαν ἀφροσύναν καὶ ἀδικίαν ἐντίκτει, οὐδ' εὐπετὲν δηλομένοις ἀμπέσεν. hoc est, *ne cupientibus quidem sit facile.* In XLIIII. versiculo scribunt veteres,

— καὶ ὕστατα βωκολιαξεῖς.

quod malo quam ὕστερα. Illo autem loco,

Μή τύ ποκ' ἠρώτα ποτὶ τῶ Διός.

scribit Eustathius ποτ τῶ. cum vide ad Iliad. ρ. & λ. hac ratione & κὰτ fuerit fortasse scribendum. vt infra, Κὰτ τῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος. non κατὰ τῶ. & sic de aliis id genus. Non prætermittam quam legi in χελίων exemplari Geneuensis bibliothecæ notulam ad hæc verba,

οὐ μὰ τὸν τὸν Πᾶνα. οὐ μάταν

τὸν Πᾶνα ὄμνυσιν εἰώθασι γὰρ οἱ ἐν ποίαις καὶ μανίαις καταχρηματίζειν μέλλοντες ····· πάντα γὰρ εἶναι ταῦτα Πανὸς δείματα. Idem docet & Euripidis scholiastes. Inde ὁ καλούμενος πανικὸς θόρυβος, Diodoro Siculo aliisque Græcorum historicis, & Panica Ciceroni. quod pluribus explicat Polyænus. Suauem vero interpretem vocis ζῶντα in hoc elegantissimo loco:

Εἶα λέγ' εἴ τι λέγεις· καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖτις

Ζῶντ' ἄφες.

vult enim ζῶντα a ζέειν deducta voce, pro ταχὺ posse accipi. cuius commenti vanitatem, ne pluribus refellam, optimus mentis poëtæ interpres Plautus arguit: qui posteriorem huius loci expressit sententiam, vt Virgilius priorem, cum dixit, *Quin age si quid habes.* Verba Plauti sunt in Milite,

*Iamiam sat amabo est: sinite abeam si possum viua a vobis.*

parilis venustatis est apud Theophrastum in charactere garrulitatis, ὅς τις ἀπυρεῖ γος βούλεται εἶναι. vbi plura congessimus. At illud non negligendum quod in iisdem scholiis legimus: scribi nimirum, τεῦς δ' ὑπὸ τὰν κότινον. quod videtur δωρικώτερον. itaque infra quoque scribendum

ὄκκα μὰν τεῦς τὺ δάζας.

& est non semel isto modo in hoc poëta peccatum. Nam in illo quod mox sequitur, οὐχ ἑρψῶ τηνεῖ· τούτω δρύες. interpres non τούτω sed τεοῦ agnoscit: vt & infra legit idem,

τεοῦ ἐστὶ κυναίδεε περὶ ἀντλάς.

Similis πᾶς vocula Doricæ πεῖ, quæ apud illos significat τὴν ἐν τόπῳ κίνησιν. Mirum vero & in manu scriptis, & in editis quoq. nonnullis, vt apud scholiasten, legi constanter λυκαδεῦς non λυκιδεῦς: nam analogia potius exigit λυκιδεῦς, vt ἀετιδεῦς & πελαργιδεῦς. Legit præterea interpres,

τὰς αἶγας (aut αἶγας ex more Dorico) σπεῦ-

παρελῶσα. non παρελῶντα. id videtur ex eius interpretatione posse colligi, quæ hæc est: ἤγουν παρήλασι καὶ παρέδραμ. sed nihil mutandum censeo. & hanc lectionem confirmat valde similis locus εἰδ. η.

Κ' ἄμ' ἐκ πο(τ)αύτρω ζωίοφρις κόρα ἰχθῦς ἰδοίσα

Τὰς δαμάλας παρελῶντα. Eumedes quem nominat Lacon, is est, quem Cratidam ante appellauit. vide scholiasten ad Thalysia de voce Σιμιχίδας differentem. Is mihi videtur legisse versu huius xc. Κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδα: non ὁ Κρατίδας. inde enim, ni fallor, habet Eumedis patrem Cratidam fuisse appellatū. similiter etiam versu LXXXVIII. ἁ Κλεαρίστα veteres quidam exposuere *filia Cleariſta*, vt ex scholiis discimus. Paullo ante, Εὖ ποτικυγκλίζῃ non ποτὶ κιγκ. ita in scholiis: ac placet. & interiecto versu, κάλως μάλα τοῦτ' ἴσαμι. nisi putemus frustra notatum antiquis grammaticis Doras dicere ζάφως, σόφως, κάλως, non σαφῶς, σοφῶς, καλῶς. Quod ait Comata sub finem, Ἀνυζάμαν τὸ ἀμνόν, id scholiastes interpretatur τὴν νίκην ἔλαβον: rem dicit, verba poëtæ parum illustrat. nisi fortasse legit iste, Ἀρνυζάμην τὸ ἄεθλον. sed nihil muto: nam alium vidi qui sic explicabat, πλέονας τὴν νίκην ἔλαβον. Scribe eodem versu ex veteribus grammaticis & MSS. ἐς οὐρανὸν ὔμμιν ἁλεῦμαι. Postremo illud sciendum quod admonet Eustathius, legisse quosdam e veteribus criticis, ἀδύ τι πεπτηλιάσδει· non ποππυλιάσδει· ipse autem Eustathius legit, & omnino scribendum est, ἔστι κ' ἀπείπης, vel ἀπείπω: non ἔστι. Verba eius sic eduntur extremo commentario ad Ἰλιάδ. α. Τὸ μέν τοι ἔστι αὐτὶ τοῦ ἔως, μόνον αὐτὸ καθ' αὑτὸ κείμενον· οἷον παρὰ Θεοκρίτῳ ἔστι κ' ἀπείπω, ἤγουν μέχρις ἂν ἀπαγορεύσης, συγκοπὴν ἔπαθεν, ἐκ τοῦ ἕως, διὸ καὶ δασύνεται. ipse scripserat ἔστι. idem mendum in illius παρεκβολαῖς ad Ἰλ. η. vbi sequitur Eustathius alteram lectionem ἀπείπης. In magno quoque Etymologico scriptum, Doras ἔστι aspirare contra morem cæterorum. quare ita posthac scribamus in δωριαζόντων monumentis. vt in primo, ἔστι κ' ἀμέλξῃς. in septimo, ἔστ' ἐπὶ πάχνῃ. & ita semper.

## CAP. VIII.

*Saltuatim notata quædam in sexto idyllio. Alcmanica figura: remedium contra fascinum: mores varii antiquorum. κλασσώ.*

IN codice manu exarato, scholia ad sextum idyllium sic incipiebant: Δαμοίτας καὶ Δάφνις· ἐναντίως ἔχει τοῦτο τῷ λεγομένῳ Ἀλκμανικῷ σχήματι. ἐνταῦθα γὰρ ἑνικὸν ἐπάγεται ἐπὶ τοῖς δυσίν· ἐκεῖ δὲ πληθυντικὸν λέγεται μετὰ τὸ ἕν. οἷον, εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης, ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων. λύεται δὲ ἐκεῖνο μετὰ ὑπερβάτου· οἷον, εἰ δέ κ' Ἄρης καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων ἄρχωσιν· τοῦτο δὲ, ἀπὸ κοινοῦ λαμβανόμενον τὸ ὁ βουκόλος. Apparet legisse qui hæc scripsit, versu secundo, ζυνάγαγον, non ζυνάγαγεν. quod notat de Alcmanica figura, quæ etiam παρεντίθεξις dicitur, idem apud Eustathium leges non solum ad Ἰλ. ψ. vnde est allatus in scholiis versus: sed etiam ad istum ex Ἰλ. ε.

Ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος.

Aratus quem affatur poëta, plerisque visus esse is cuius extant φαινόμενα. non defuere qui aliter sentirent: ideo additum in MSS. scholiis, ἄλλοι δὲ φασὶν [ὅτι διαλέγεται] πρός τινα οὕτω καλούμενον. Δαμοίτας quomodo dictum sit a δαμότης, ἐπενθέσει τοῦ ι, vt a θυμός Θυμοίτης, studiose notat Eustathius ad Ἰλ. α. γ. & μ. Porro inter varia antiquorum remedia quibus se a fascino defendi posse arbitrabantur, fuit & illud quod commemoratur hoc versu,

 Ὡς

Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. cuius rei alii quoque poëtæ multi Græci Latinique post Theocritum meminerunt. Quid autem veteres mouerit vt putarent vim aliquam habere ad amoliendum oculorum fascinum, sputi in sinum coniecti fœditatem, declarat Plutarchus. Ait ille res turpes & obscœnas ideo aduersus fascinum adhiberi, vt harum intuitu eludatur vis mali oculi nocere cupientis. Plutarchi verba hæc sunt, Sympos. v. probl. VII. διὸ καὶ τὸ τῶν προβασκανίων γένος οἴονται πρὸς τὸν φθόνον ὠφελεῖν, ἑλκομένης διὰ τὴν ἀτοπίαν τῆς ὄψεως· ὥστε ἧττον ἐπερείδειν τοῖς πάσχουσι. Vocat προβασκάνιον, quod Latini amuletum vel murinum. quare recte auctor Glossarii *mutinum* explicat προβασκάνιον, vel προβασκάνιον. ἀτοπίαν appellat, rei appensæ fœditatem, vt sputi, vel Priapi: nam & Priapos in eum finem appendere fuit moris. πρὸς γὰρ τοὺς βασκαίνοντάς τι τῶν καλῶν, τοῦτον κολαστὴν παρεισήγαγον, inquit Diodorus Siculus libro quarto. Nec dubium est quin eandem ob causam Romanis olim moris fuerit pudenda pro amuletis e collo puerorum suspendere. Varro De lingua Latina lib. VI. *Potest vel ab eo quod pueris turpicula res in collo quadam suspenditur, ne quid obsit, bonæ scæuæ caussa.* Similiter apud Græcos, artificibus quibusdam moris fuit ante officinæ fores ridicula quædam arcendæ inuidiæ appendere vel affingere. Pollux libro septimo, cap. XXIV. Πρὸ δὲ τῶν καμίνων τοῖς χαλκεῦσιν ἔθος ἦν γελοῖά τινα καταρτᾶν, ἢ ἐπιπλάττειν, ἐπὶ φθόνου ἀποτροπῇ. ἐκαλεῖτο δὲ βασκάνια. Fecimus autem libenter, vt Plutarchi locum obiter explicaremus: quem nullus doctissimorum interpretum quos vidimus, intellexerat. Vide amplius Turnebum libro IX. cap. XXVIII. Scribendum autem χλαφῶ aut χλαξῶ cum subscripto ι, & ἔστε, non ἔστι, in hoc versu,

αὐτὰρ ἐγὼ χλαφῶ θύρας, ἔς τ' κ' ὄμβρος.

## CAP. IX.

*Thalysia percurruntur.* χαὸς, χάϊος, χαῖος: *φαίνειν pro facere:* ostendere: *Homeri locus.* ἀρβύλαι· ἕτερος *&* ἄλλος. *Oromedon.* κόνυζα, ἄγνος, πρόμαλος: *Apollonius emendatur. Caucasus* ἐσχατόεις.

LAVDANS Theocritus in Thalysiis Phrasidamum & Antigenem, quum vellet significare, eos cum paucis eius æui antiquum obtinere, ait,

καὶ Φρασίδαμος
Κ' Ἀντιγένης, δύο τέκνα Λυκώπεος· εἴ τι
περ ἐσθλὸν
Χαῶν τῶν ἔτ' ἄνωθεν.

quo etiam modo dixit de Anacreonte in epigrammatibus,

Ἀνακρείοντα εἰκόν' ἴδετ' ἐν Τέῳ,
Τῶν πρόσθ' εἴ τι περισσὸν ᾠδοποιῶν.

χαὸς autem appellat viros bonos & ἀγαθοὺς καὶ ἀρχαίους, vt exponunt scholia. estque ea vox Dorum propria: qua & Aristophanes vtitur in Lysistrata: vbi sic loquitur Lampito mulier Lacedæmonia,

— χαία μὰ ναὶ τὼ σιώ.
Κορινθία δ' αὖ.

quem locum enarrans Suidas, χαία, ait, ἀντὶ τοῦ ἀγαθή: καὶ χαοὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις τὰ ἀγαθά. apud Hesychium scribitur χαία. quod autem videtur Suidas hanc vocem παρὰ τὸ χαίνειν deducere: id pertinet ad sequentia apud Aristophanem Lysistratæ verba, quæ comica petulantia, in alium longe diuersissimum sensum hanc vocem detorquet. Ait Theocritus,

ταὶ δὲ παρ' αὐτὰν
Αἴγειροι πτελέαι τε εὔσκιον ἄλσος ἔφαινον.

φαίνειν hic, vt scholiastes etiam explicat, est ποιεῖν, facere, reddere: quomodo sæpe accipi notum est ἀποδεικνύειν & δεικνύειν: interdum & μηνύειν, vt in Laërtii epigrammate de Democrito. Latini quoque

quoque recentiores scriptores *ostendere* nonnunquam sic vsurpant. Eutropius de Tacito, *vir reipublica gerenda idoneus: nihil tamen clarum potuit ostendere.* Imperator in Instit. *& vosmetipsos sic eruditos ostendite.* Repone verbum φαίνειν in isto Homerico versu Ἰλ. γ.

ἀλλ' ὅτι δὴ μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ἔφαινον.

perperam enim hactenus ὕφαινον pro ἔφαινον est editum. Scholia, ἔφαινον, φανερὸν ἐποίουν. in iisdem tamen alterius quoque lectionis extat expositio. Eustathius vero ἔφαινον explicat, spreta vel ignorata altera scriptura. quam tamen putamus nos esse potiorem ac poëtæ menti conuenientiorem. Sic Herodotus Κλειοῖ. οὔπω δὴ ἔφαινε τὸν ἐόντα λόγον. Apollonius,

ἡ δέ μιν ἄψορρον ἑοῖο παρειπὲ ... φαῖνε τὸν μῦθον.

Theocritus quoque idyllio IX. Βουκολικαὶ μοῖσαι μάλα χαίρετε, φαίνετε δ' ᾠδάν. At ὑφαίνειν apud poëtam, vt cum dicit, μῆτιν ὑφαίνειν, aliud est: vt sciunt qui tantum vatem πεπατήκασιν. Assentior Eustathio, βουκολικὴν inesse ἀφέλειαν; imo rus merum, istis verbis quæ sequuntur non longe — ὥς τοι ποσὶ νισσομένοιο

Πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.

Locus Eustathii est ad Ἰλ. ε. alibi vocat audax dictum, loquens de voce ὀχλεῖν Ἰλ. φ. Τοῦτο μὲν, ait, σωφρόνως τέθεικεν ἐπὶ ψηφίδων. Θεόκριτος δὲ θρασέως ἔφη τὸ πᾶσα λίθος ἀείδει. Puto autem ἀρβύλην esse hic calceamentum rusticum clauis ferreis suppactum: vel sculponeas, quæ inter eundum lapidibus illisæ sonitum edunt. præter Theocritum etiam Euripides illud indicat in Oreste, quo loco ait chorus,

σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης
τίθετε· μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος.

Non metuit sibi Simichidas a ferula grammaticorum, cum mox cecinit,

— τύχ' ὥτερος ἄλλον ὀνασεῖ.

Atqui vapulat poëta eo nomine a scholiaste: cuius verba ita legi supplerique debent. ἡμάρτηκεν ὡς ἐξενηνοχὼς τὸ ὥτερος· ἕτερος γὰρ ἐκ δυοῖν· ἄλλος ἐκ πλειόνων· ἔδει οὖν, ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ὠφελήσει. cæterum quanti æstimanda sit hæc censoria nota, periti intelligunt, qui sciunt Atticos ipsos differentiam inter ἄλλος & ἕτερος facere non tanti. In quadragesimo sexto versu,

ἶσον ὄρος κορυφαῖ πελάσαι δόμον Ὠρομέδοντος.

probo eam interpretationem quæ Oromedontem esse montis nomen statuit. videtur namque mons ille a gigante ibi occiso & obruto sic esse dictus. Oromedon gigantis est nomen. Propertius,

*Te duce, vel Iouis arma canam, cæloque minantem*
*Cœum, & Phlegræis Oromedonta iugis.*

Quod de cunilagine scribit interpres ad hunc versum,

χ' ἁ στιβὰς ἑσσεῖται πεπυκασμένα ἕστ' ἐπὶ πᾶχυν

Κνύζα· Thesmophoriis matronas Atheniensium castitatem custodientes, illa sibi cubitus solitas sternere: idem alii quoque tradunt, & de eadem conyza, & de agno. Non tamen propterea debent κόνυζα & ἄγνος confundi: differunt enim genere toto: κόνυζα est herba: ἄγνος est frutex aut arbor potius: est quippe vitex. quod liquet ex Plinii libro XXIV. cap. IX. vide & Nicandri interpretes ad hunc locum in Theriacis:

Φράζεο δ' ἐν λεχέεσσι χαμαιζήλοιο κονύζης
Ἄγνου τ' ἠβρύα λαχνεί.

At grammatici putarunt licere sibi in istis esse minus acutis: qui etiam πρόμαλον interpretati sunt ἄγνον: est sane πρόμαλος non frutex, sed affinis salici & vitici arbor: docet clare Apollonius, narrans libro tertio solitos Colchos, mares mortuos suspendere a summis promalis & salicibus: quod Ælianus

in eadem historia dixit, ἐκ τῶν δένδρων αὐγῶν. Apollonii versum ita scribe,

Ἐξείης πρέμνοισί τε καὶ ἰτέαι ἐκπεφύασιν.

nam πρέμνοισι, quod vulgo editum est, mendam continere non ambigo: quum & Hesychius ita scriptum habeat: & Hesychii lectionem confirment Erotianus in Dictionibus Hippocratis, & Theopompi Colophonii versus apud Athenæum libro v. Sed ad pensum nostrum redeamus, & reliqua huius carminis percurramus. Ait,

ὡς πάις τᾶς Ξενέας ἠράσσατο Δάφνις.

vide scholia ad sequentis idyllii finem. Mox

Ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα.

cur Caucasum ἐσχατόεντα dicat, non ignorant qui vetus illud dictum a Strabone aliisq. relatum, recordantur,

Ἐς Φᾶσιν ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος.

& ab eadem opinione dictum est ab Apollonio,

— αἶα δὲ Κολχὶς

Πάντῃ καὶ γαίης ἐπικέκλιται ἐσχατιῇσιν.

Vetus poeta apud Ciceronem,

*A sole exoriente supra Mæoti' paludes.*

& certum est ex eodem Tullio, adhuc eius ætate magnum fuisse Romæ, ostium Ponti vidisse. Ait,

— ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύσμορος οὐκ ἐλεεῖ με.

Lego, ἐλεεῖ μοι. non enim de se poëta loquitur, qui in illa insula erat peregrinus: sed de amico & hospite suo. Ait,

— ὁ δέ μοι τὸ κατωβλέπον ἁδὺ γελάσσας.

scholia ἐμειδίασε, γελάξας. modo tamen, γελάσσαι. sed ita sæpe peccatur.

## Cap. X.

*In octauo & nono carptim quædam animaduersa. στοίχημα. ὁ συνεικτά, ἰσπόοντα φηρός, πολεμιστὰ σίδηρον, βοῶν ἀρότας. Concha veteribus pro tuba. Superstitiosæ veterum opiniones.*

DVBITARI scio a multis quid sibi velit Theocriti scholiastes cum scribit ad idyllium octauum, illa enarrans, καταθεῖναι ἄεθλον; ἄεθλον esse quod vulgo appelletur στοίχημα. Græcorum recentiorum ea vox est, qui στοιχεῖν sæpe pro pacisci, & συναινεῖν vsurpant: estque id verbum non infrequens in scriptis iurisconsultorum Græcorum. Hic tamen interpres στοίχημα appellat, non ipsam conuentionem: sed id in quod facta est conuentio. In hoc versu,

Πῆ ποχ' ὁ συνεικτὰς περόσφιλος ἄστε μάλος.

antiquissimæ editiones Romana & Florentina præferunt συνεικτὰ, non συνεικτάς: sicut paullo ante, λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας. mutarunt hunc locum qui existimabant tantum ob metricam necessitatem poëtas ea formatione vti. quod falsum esse ex Homero & Eustathio certum est. Vsi sunt etiam in patrio casu, & in quarto, contra Homeri consuetudinem, vt notat Theon in ista Arati verba, πόδες ἱσπόοντα φηρός. Orpheus de lapide magnete,

— οὐκ ἐθέλεις μοι μὲν πολεμιστὰ σίδηρον.

Sic in hac lege Demonassæ Cypriorum reginæ Μὴ ἀποκτεῖναι βοῶν ἀρότα, apud Dionem Chrysostomum oratione altera De Fortuna. Omnino autem scribendum est,

Ὦ τράγε ταῖν λευκαῖν αἰγαῖν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας

Μυρίον· ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι.

non vt in omnibus reperimus editionibus ὦ βάθος. facit nobiscum scholiastes, vt ex eius editione, atque interpretatione constat. Sic ille, ὦ βάθος ὕλας, ὅπου ἐστὶν ὑψηλὴ δασύτης. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, δεῦρο. quasi diceret Menalcas, ὦ τράγε δεῦρο ἐνθάδε, ὦ βάθος ὕλης μυρίον. Initio noni cum ait poëta Μόσχος ἐσὴν ὑφέντης, placet Eustathio sumtum id esse ab Homero, qui Ο. ι. dixit,

— καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ.

Lego

Lego in eodem,

— ἔχω δ' οὔ τι, οὐδ' ὅσον ὥραν,
Χείματος, ἢ νωδὸς καρύων ἀμύλοιο παρόντος.

non vt est editum, ἢ νωδὸς κ. ἢ valet, quemadmodum: & οὐδ' ὅσον, accipiendum δεικτικῶς, pro οὐδ' ὀλίγον: vt & Latine *non tanti*. hæc confirmantur auctoritate scholiorum non editorum, quæ locum sic explicant: οὐκ ἔχω δὲ οὐδὲ μικρὰν φροντίδα χειμῶνος, ὥσπερ οὐδὲ νωδὸς ἀνὴρ καρύων καὶ καρυδίων, παρόντος αὐτῷ ἀμύλου, ἤγουν πλακοῦντος. ἐν γὰρ τῷ πλακοῦντι εἰσὶ καὶ κάρυα.

Sequitur, — ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ, vbi non probo scholiastæ expositionem, ὅτι τούτῳ ἥδετο καὶ ἐγέλασε, nam concha accepta lætum intonuisse illum, significat. Sic alibi de Amyco,

Ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκήσατο
κοῖλον.

& Lycophron, Στρόμβων τ' αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον. & passim poetæ. Apparet autem veterum fuisse hanc superstitiosam opinionem, vt eos quibus in naso vel lingua tubercula, vt fit, aut alia huiusmodi cutis vitia in aliqua eius parte orirentur, putarent vel mentitos esse, vel depositum non reddidisse, vel aliquid denique fraudis admisisse. Nam & in hoc idyllio eam religionem tangit Theocritus cum ait,

Μηκέτ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα
φύσῃς.

& iterum in XII. siue Aïta,

— ἐγὼ δ' ἐπὶ τὸν καλὸν αἰνῶν
Ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιᾶς οὐκ ἀναφύσω.

Tenuit hæc religio & Romanos, vt notatum est ad Propertium, eruditissimo Scaligero. Ouidius:

*Esse deos credamne? fidem iurata fefellit:*
*Et facies illi quæ fuit ante manet.*
*Quam longos habuit nondum periura capillos,*
*Tam longos, postquam numina læsit, habet.*
*Candida candorem roseo suffusa rubore*
*Ante fuit: niueo lucet in ore rubor.*

Horatius II. Carminum:

*Vlla si iuris tibi peierati*
*Pœna Barine nocuisset vnquam,*
*Dente si nigro fieres, vel vno*
*Turpior vngui.*

Similis quoq. fuit δεισιδαιμονίας, quod, teste etiam Strabone, eos viros qui subito morerentur, Apollinem: mulieres, Dianam dicto factove offendisse, credebant. Persas quoque ait Herodotus credidisse, si quis vitiliginem aut lepram haberet, cum ἐς τὸν Ἥλιον ἁμαρτεῖν τι ταῦτ' ἔχειν.

## CAP. XI.

*Ad decimum idyllium.* βουκος & βουκαῖος: ὄρδινον: ἀποτρώγειν τὰς αὔλακας. *prouerbia quædam notata. Euphorionis locus emendatus, & alter Sapphus.* σχῆμα: schema. αἴτωλος. πιαίνεται ὁ στάχυς. παῖσδα.

INITIO decimi, non scholiastes tantum de vocis βουκαῖος expositione ambigit: sed & Hesychius, cuius hæc sunt, βουκαῖος, βουκόλος, οἱ δὲ θεριστής. Nicander initio Theriacorum,

— σὲ δ' ἂν πολυεργὸς ἀροτρεὺς,
Βουκαῖός τ' ἀλέγοι.

Vetus enarrator, βουκαῖος, θεριστής, βουκόλος, ζεύγεσι βοῶν ἑπόμενος, ἢ γεωπόνος ἁπλῶς. At Eustathius in Il. ν. & βοῦκον & βουκαῖον generaliter ἄγροικον explicat. In secundo versu scribendum, Οὐθ' ἑὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνᾳ. hæc scriptura est antiqua, elegans & vera. Interpres ad illud, τὰς αὔλακας οὐκ ἀποτρώγεις. exponit αὔλακα, ὄρδινον, voce eius semibarbari seculi, e Latino detorta. plane idē est ac *versus*. quare etiam ἀντίστιχοι ea sunt vsi. Eustathius, ὀξιλὸς ἐξαμαμή τὰ ἄλθεα, προπηδημένη μὲν εἴχων, ἤγουν ὄρδινον ἔξω. est autem venustissime dictum ἀποτρώγειν τὴν αὔλακα: vt apud Latinos *depasci* de igne, & לחם apud Hebræos

Hebræos *pugnare*. a לחם quod est *comedere*. Scribe etiam mox cum veteribus, — χαλκεῶν χρείω καινὰ γνῶσι. sine causa recentiores mutarunt in χρεῖον, reclamante scholiaste. Planius extulit hoc prouerbium Lucianus in libello πρὸς ἀπαίδευτον. οὐδὲ γὰρ κύων ἅπαξ παύσαιτο ἄν, σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα. alii aliter. Affine adagium in epigrammate Platonis, κυσὶν ἑστία μένειν. quod & libro VII. Anthologiæ in alio epigrammate extat: affine item aliud apud Diogenem cynicum in epistola quadam, ὥσπερ περίβατον οὐκ ἂν ἀποσταίης τῶν ἀερίων. Legit etiam interpres,

τίς δέ τυ τᾶν παίδων λυμαίνεται. &

μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἁ καλαμαία.

Euphorionis versus de hyacintho, qui sunt apud scholiasten valde corrupti, sic lego,

Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν
Ῥοιτειῆς ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο,
Εἴαρος ἀντέλλειν γεγραμμένα κωκύουσαν.

confirmantur correctiones istæ manuscripti auctoritate, in quo ita scriptum, paullo minus, inueni. recte etiam idem liber in his Sapphus verbis quæ proferuntur ad sequens idyllium, γλυκύμαλον οἷς ἐρεύγεται ἄκρῳ ἐπ' ὕσδῳ, scribit ὕσδῳ. arbitror etiam ἐρεύθεται scribendum esse non ἐρεύγεται. Vt ad Theocritum reuertar, etsi non est plane ineptum quod in scholiis χεῖμα pro σχῆμα legitur isto versu,

Σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας·

eam tamen lectionem non probo, rectumque pronuntio esse σχῆμα. Sensus est: Si mihi opes suppeditarent, Veneri consecrarem & tuam & meam imaginem. ac tu quidem tibias tenens, sertis redimita stares: ego autem, non habitu isto hominis rustici & pauperis: sed vel habitu citharœdi cum syrmate, vel vt aliquis procerum palliatus, & eleganter calceatus. Σχῆμα est vestis exterior quæ induitur quoties opus εὐσχημονεῖν· opifices fere nullam gestabant, erantque tunicati: ne ditiores quidem intra ædes, aut in remissione. Alciphron in epistolis, ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπινοήσας, σεμνός τις ἐγένου. καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας· εἶτα σχῆμα ἔχων καὶ βιβλίδιον μετὰ χεῖρας, εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς. Sic in Περὶ ἀποχῆς Porphyrii, δεῖ δ' αὐτὸς τὸ σχῆματος χεῖρας. & apud Eusebium in vita Constantini, ἐκπομπεύοντες τὸν μακάριον ἐγκεκαλυμμένον τὴν κεφαλὴν τῷ σχήματι. Legi etiam in historia miscella, de Carolo Magno libro XXIII. *quem illi susceptum, vt Romanorum tenebant imperatorem, coronabant eum incassum, & ocreis eum & schemate induentes.* Præterea scribendum sub initium, — ἄλλον ἔτους Ἐργεξεῖ· & sub finem, παίνεται ὁ στάχυς ἔτως. Eustathius Ἰλιάδ. ζ. Δωριεῖς κατὰ τὸ καλῶς, σοφῶς, δυνατῶς φασὶ καὶ ἔτως. ὅθεν, παίνεται ὁ στάχυς ἔτως. Pertinet ad hunc locum quod Columella ait, *Frumenta si tempestiue fuerint decisa, postea capere incrementum.* id enim est quod Theocritus παίνεσθαι dixit. & eam ob caussam in epigrammate Bacchylidis Zephyrus dicitur πιότατος ἀνέμων. Auctores habeo veteres grammaticos, Dores non παῖδα scripsisse, verum παῖσδα. quare scribo in hoc carmine, συναείσατε τὰν ῥαδινάν μοι Παῖσδα. & ita alibi restituendum. Legenti mihi aliquando scholia in hunc versum,

Τοιγάρτοι περὶ θυρέῳ μὲν ἀπὸ πρόθυρα ἄσταλα πάντα·

oborta erat suspicio, deesse hic alterum versum in hanc sententiam,

περὶ δὲ δ' ἐμὴν τὰ θύρεθεν ἀπὸ προθύρου ἦς καλὰ πάντα.

Ait enim scholiastes, πάλαι, φησὶν, ἀπὸ τοῦ προθύρου πάντα μοι ἦν καλὰ οὐ μόνον τὰ ἔνδον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀπὸ θυρῶν. quæ verba etiam scripti libri agnoscunt. Sed muto sententiam, neque deesse quicquam censeo. At interpretis paraphrasis hactenus

nus vera est: sequentia in libris editis falsa, οὐδὲ τὰ περὶ τῶν θυγατρῶν μου εἰσὶν ἐσπαρμένα, ἀλλ' ἄσπορα μένουσι. non erant ista in exemplaribus M S S. sed eorum loco hæc, ἀπὸ τοῦ σπόρου ἀτημέλητά μοι πάντα.

## C A P. XII.

### *Sosibii versus de Lityersa luce donati, ac partim etiam emendati.*

PRIVSQVAM vlterius progredior, longiusve recedo ab hoc Theocriti idyllio, vbi de Lityersa fit mentio, volo gratiam inire ab erudito lectore, & huiusmodi elegantiarum studioso. Proferam enim hoc loco quosdam Sosibii veteris poëtæ versus, in quos forte incidi: qui & elegantissimi sunt, & lucem adhuc (quod quidem, re diligentissime quæsita, scire potuerim) non viderunt. Est vero horum mentio apud Athenæum: ne quis putet esse commentitios. quanquam ille Sositheo ascribit: sed locum illum arbitror corrigendum: quum & in codice vnde ista descripsimus discrte scriptum sit Σωσίβιος, & ita quoque legatur apud Græculum grammatistam Iohannem Tzetzem: qui & ipse horum versuum meminit, & quosdam describit. Quoniam autem non leuiter corrupti quidam illorum erant in nostro exemplari, repræsentabimus eos cum fide & cura quales inuenimus: quo possint acutiores, vestigia veteris lectionis rimantes, facilius tutiusque verum in tenebris sagaci coniectura olfacere. Theocriti verba sunt hæc,

Θᾶσαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶ θείω Λιτυέρσα.

Scholiastes adnotat: Λιτυέρσης Μίδου υἱὸς νόθος, ὃν Ἡρακλῆς ἀνεῖλεν ὄντα κακόξενον. ἠνάγκαζε γὰρ τοὺς ξένους συνθερίζειν αὐτῷ· εἶτα δειχῶν ἀποκεφαλίζει· τὰ δὲ σώματα ἐνείλιζεν ἐν τοῖς δράγμασιν ὡς προσαλγομένων· ἱστορεῖ ταῦτα κατὰ μέρος Σωσίβιος ἐν Δάφνιδι λέγων οὕτως·

Οὗτέ οἱ Κελαιναὶ πατρὶς ἀρχαία πόλις
Μίδου γέροντος, ὅστις ὦτ' ἔχων ὄνου,
Ἤνασσε· καὶ νοῦν φατὸς δ' εὐήθους ἄγαν.
Οὗτος δ' ἐκείνου παῖς πεπλασμένος νόθος.
Μητρὸς δ' ὁποίας ἡ τεκοῦσ' ἐπίσταται.
Ἔσθει μὲν ἄρτους τρεῖς ὄνους κανθηλίους.
Τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας· πίνει θ' ἅμα.
Καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον.
Ἐργάζεται δ' ἐλαφρὰ πρὸς τὰ σιτία.
Ὄγμον θερίζει· τῇ μιᾷ δ' ἐν ἡμέρᾳ
Δαίνυσί τ' ἔμπης συντίθησιν εἰς τέλος.
Χ' ὤταν τις ἔλθῃ ξένος, ἢ παρεξίῃ,
Φαγεῖν τ' ἔδωκεν εὖ καὶ προὐχόρτασεν.
Καὶ τοῦ ποτοῦ προὔτεινεν ὡς ἂν ἐν θέρει
Πλέον· φθονεῖν γὰρ τοῖς θανουμένοις ὀκνεῖ.
Ἐπὶ σατῶν οἴδημα Μαιάνδρου ῥοαῖς
Καταρδεύματον ἀρδᾶτα δαψιλεῖ ποτῷ
Τὸν ἀνδρομήκη πυρὸν ἠκονημένῃ
Ἅρπῃ θερίζει· τὸν ξένον δὲ δράγματι
Αὐτῷ κυλίσας, κρατὸς ὀρφανὸν φέρει.
Γέρων θερισθεὶς ὡς ἂν οὐκ ἠρίστησεν
Ὅτι δ' ἀπέθανεν ὑφ' Ἡρακλέους, δεῖ λέγων.
Θανὼν μὲν οὖν Μαιάνδρου ἐρρίφη ποδὸς
Σοφός τις ὥσπερ δίσκος. οὗ δ' ὁ δισκεύσας
Ἀνὴρ πόθεν· τίς γὰρ αἴθ' Ἡρακλέους.

Hæc est, vt dixi, nostri exemplaris lectio: cuius mendas vt abstergeamus, in primo versu scribe Αἱθ' οἱ Κ. πατρὶς, ἀρ. π. Nam Celænæ vrbs Phrygiæ, etiam Athenæo teste, Lityersæ patria fuit. Tertius stabit si legas, καὶ νοῦν φατὸς εὐήθους ἄγαν. intelligenda autem ista ex mente loquentis. qui videtur fuisse aliquis Midæ regis subditus vel cliens. In quarto reperio apud Tzetzem in Chiliadibus, ὑπόπλαστος. In sexto scribo, Ἔσθει μὲν ἄρτων τρεῖς ὄνους κανθηλίους: vel ὅλους κ. vt apud Athenæum & Tzetzem. τρεῖς ὄνους ἄρτων dictum pro τριῶν ὄνων φορτίον: vt pr. Samuelis capite XVI. חמור לחם *asinum panis*. In octauo præfero lectionem nostram & Tzetzæ, ei quæ est apud Athenæum, καλῶν μετρητήν. & est locus elegans: nam quum metretes capiat duas tantum amphoras, Lityersa tamen, ait poëta, cum do-

lium decem amphorarum exhauserat, metreten se bibisse dicebat. In nono habet Tzetzes, πρὸς τὰ φορτία* quod non probo. Vndecimum ita restituo, Δεκάγυον ὄμπνην συντίθησιν εἰς τέλος· conuenientissime ad sententiam. Vno die, inquit, aruum decem γύας (id mensuræ est nomen) habens metit, & mergites in aceruum congerit. In duodecimo lege ξεῖνος. Decimumtertium ruentem destina fulci, ac scribe, φαγεῖν τ' ἔδωκεν εὖ, καὶ εὖ τε χορτάζει. In decimoquinto peccatum transpositione: rescribe, – φθονεῖν γὰρ ὤκνει τοῖς θανουμένοις. XVI. ita fortasse constituendus: Ἐπεὶ δ' ἄγων ἔδειξε M. hoc sensu: postquam hospitem suum satiauit Lityersa, opes ostentans suas, ducit eum per arua, quæ ad Mæandrum sita largiterque rigata, segetem ferunt vberrimam. ibi tum ille eorum capita falce demetit, instar culmorum. itaque scribendum ἠκονημένῃ ἅρπῃ. In XXI. γελῶν non γέρων. & ἀείσζει omnino, ab ἀείσζω. De vicesimo secundo dubitaui diu, essentne poëtæ verba an interpretis: atque hoc quam illud verius. Postrema sic lego, vt metro consulam:

> Σόλος τις ὥσπερ· ἦν δ' ὁ δισκεύσας ἀνὴρ
> Τὶς πυθιονίκης. τίς γὰρ αὖθ' Ἡρακλέους;

sed isti duo versus videntur fuisse personis distincti. Est enim totus hic locus ex tragœdia sumtus, vt docet nos Athenæus.

## CAP. XIII.

*Obseruantur nonnulla in idylliis* XI. *&* XII. *φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς: νεβροὶ ἀμνοφόροι an μαννοφόροι: κιγκλίζειν, & κιχλίζειν.*

NON probo quod interpretes vocem φιαρωτέρα, exponunt στιλπνοτέρα, in vndecimo Theocriti: vbi de Galatea ait Cyclops,

> Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα ἀρνός,
> Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.

omnia ista in laudationem τῆς ἐρωμένης effutit insanus amator: neque in istis verbis vlla asperitas aut sæuitia illius notatur, vt putant illi. φιαρὸν, est splendens, nitens, λαμπρὸν, vt interpretantur veteres grammatici, quorum potius auctoritate nitendum. Callimachus, φιαρὴ τῆμος ἀνέσχεν ἕως. ea voce commendat Cyclops in Galatea sua cutis bene curatæ nitelam & gratiam. interpretes mouit sine caussa similitudo vuæ immaturæ: nam Græci poëtæ ita solent exprimere id quod in mammis turgentibus & sororiantibus adeo mirantur formarum spectatores. Nonnus libro XLVIII,

> Δέρκεο πῶς σφριγόωσι βραχίονες· ἠνίδε μαζοὺς
> Ὄμφακας οἰδαίνοντας ἀθηλέας.

Idem poëta alibi vocans ἀκλινεῖς, ferme idem significat. libro VII.

> ἀκλινέων προχέουσαν ἴτυν μηλώπα μαζῶν.

Ouidius in XIIII. Metamorph. vbi plurima de hoc poëta mutuatus est manifestissime, alio simili vsus idem dixit Theocrito. Ait ibi Polyphemus Cyclops,

> *Splendidior vitro, tenero lasciuior hædo.*

omnino φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς valet, si rem potius quam verba spectes, *Splendidior vitro.* Ne illud quidem probare possum, quod in isto eiusdem idyllii loco,

> – βόσκω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς
> πάσας ἀμνοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων.

consentiunt Latini interpretes & emendatores priores in damnanda altera lectione quam affert scholiastes, & præfert vetus editio Romana, πάσας μαννοφόρως. mihi enim hæc potior videtur

tur scriptura: nec dubitauerim secundum eam contra alteram litem addicere. absurdum est, νεβρὸν, quæ nondum est τοκεία cerua, dici fœtam. durum est, ceruæ embryonem vocari ἀμνόν. At poëtæ in proprietate dictionum obseruanda, parum sæpe sunt religiosi. id quidem verum: sed ne hic νεβρὸν ceruam interpretemur, impedit quod sequitur iunctim de vrsæ catulis. vetat & Virgilius qui *capreolos* imitans hunc locum dixit:

*Præterea duo nec tuta mihi valle reperti*
*Capreoli, sparsis etiam nũc pellibus ambo.*

Ouidius quorsum spectaret hoc munus pluribus exponit:

*Inueni geminos qui tecum ludere poßint,*
*Inter se similes, vix vt dignoscere poßis,*
*Villosæ catulos in summis montibus vrsæ.*

quanto sunt habiliores ad colludendum hinnuli, siue capreoli, cerua fœta, tanto vulgatæ lectioni & interpretationi præstat scriptura altera, & quæ ex illa elicitur sententia. Quid significet vox μαννοφόρος, recte in scholiis explicatur. Pollux quoque μαῖος vel μαννος pro *torque* Doricam esse dictionem scribit: quod facit non parum stabiliendæ isti γραφῇ. Iuuat nonnihil & Virgilianus Polyphemus, qui etsi non idem, simile tamen dicit de suis capreolis, cum canit, — *sparsis etiam nunc pellibus ambo.* Latinus poëta ἔμφυτον κάλλος commendat. Græcus cultum & ornatum. solita autem varie ornari animalia quæ animi caussa alerentur, alibi fuse notauimus. Sunt apud Græcos duo verba & sono & significatione affinia, κιγκλίζειν & κιχλίζειν. ambo orta sunt ab auibus: prius quidem a cinclo, qui numeratur ab Aristotele inter aues assidue caudam motitantes. inde ergo κιγκλίζειν, obscœnum vocabulum, quo vsus Theocritus in quinto. Κιχλίζειν a turdis deductum minus turpem apud Atticos significatum habet. eo enim gulæ & cupediarum vitium notabant. Persius eleganter expressit, *turdorum nosse saliuam.* apud alios scriptores non multo honestius sonat hoc verbum quam τὸ κιγκλίζειν. eo enim vtuntur ad procaces nequitias amantium designandas. nec sunt audiendi viri docti qui hac notione κιγκλίζειν semper scribi volunt. nam ita accipit Cyclops in fine idyllii huius,

Πολλαὶ συμπαίσδεν με κόραι τὰν νύκτα κέλονται·
Κιχλίζοντι δ' πᾶσαι. vel κιχλίζοισαι, vt in quibusdam. Confirmat hanc scripturam Macedonius epigrammatarius poëta, qui τὸ κιχλίζειν quid sit, venuste explicat.

Κιχλίζεις, χειμέριον μάλα γάμου σκοπέλοισιν ἴσον·
Η᾽ συχὰ μοι νδσεις· πάντα μάτlω ἐρέθεις.

Mox; παῖζε μόνη τὸ φίλημα· μάτlω σπάτιζε σεαυτῇ. declarat & Athenæi referendarii alterum epigramma.

Ο᾽μματα δινήεις χρυσίων ἰνδάλματα πυρζῶν,
Χείλεα δ᾽ ἀκροβαφῆ λοξὰ παρεκτανύεις.
Καὶ πολὺ κιχλίζουσα σοβεῖς ἀβόστρυχον αὐχlω.

Macedonii versum profert Suidas in κιχλίζειν: vt de ea lectione dubitare nemo queat. Transeo ad sequens carmen: cuius initio etsi non improbo vulgatam distinctionem,

Η᾽λυθες ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἀοῖ
Η᾽λυθες· sequar tamen potius alterutram duarum quas notaui in veteribus libris. prior interrogationis notam ponebat post ἀοῖ; altera post sequens ἤλυθες. Est illi simile, *Teneone te mea Antiphila?* In decimoquarto versu manifestum est ἀνακόλουθον: nam τὸ ἕτερον ἀΐταν posuit, cum orationis series postularet ὁ ἕτερος ἀΐτης.

Δοιὼ δή τινε τώδε μετ᾽ ἀμφοτέροισι γενέσθlω

φῶθ'· ὁ μὲν ἧς εἰαπτιλος, φαίη χ' ὁ 'μυκλαΐζων·
Τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὄζειν ὁ Θέσσαλος εἶπαι, αἶται.

## Cap. XIV.

*XIV. idyllium leuiter percurritur. Hylæ parentes: Cupidinis incertus pater. εἰσορᾷν pro viuere: ἀληθινὸς ἀνὴρ: ἀφ' οὗ ποτε. ποτὲ δ' ἄλλο μὲν ἄλλο δέ: ἐσχατιές. Locus Apollonii emendatus.*

FALSVM eſt quod de Hylæ parentibus tanquam ex Apollonio promtum legitur in ſcholiis ad principium decimitertii. Apollonius ſiquidem nec Philodamo, nec Ceyce natum facit Hylam, ſed Theodamante. Is de Hyla & Hercule ſic canit in primo,

— πρῶτα δόμων ἐκ πατρὸς ἀπηύρας
Δῖε Θειοδάμαντος.

Scholiaſtes, τὸν Ὕλαν ὁ μὲν Ἀπολλώνιος Θειοδάμαντος φησὶν υἱὸν εἶναι· Ἑλλάνικος δὲ Θειομένους. Cum ait poëta, ᾧ τινι τοῦτο θεῶν τόκα τέκνον ἔγεντο· de patre Cupidinis intellige, qui incertus eſt, vt refert Seruius. Meleager,

— πατρὸς δ' οὐκ ἔτ' ἔχω τίνος· οὔτε γὰρ αἰθὴρ
Οὐ χθὼν φησὶ τεκεῖν τὸν θρασύν, οὐ πέλαγος.

Idem alibi de Cupidine, γνώτης δ' οὔτέ τις οὔτε τινός. Sed & mater incerta: variant enim hic quoque auctorum ſententiæ, quas vide apud interpretem Apollonii in tertium, & interpretes Heſiodi. Ait, — τὸ δ' ἄμειον οὐκ ἐσορῶμες· εἰσορᾷν ſeu *videre* pro in viuis eſſe non male accipit ſcholiaſtes. ſic apud Tragicos βλέπειν ſæpe: & Homerus

οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.

nam δερκομένου quidam interpretantur βλέποντος & ζῶντος. alii aliter; vt Priſcianus, qui eum verſum vertit, *Non me viuo & in terra videndo*. Deinde ſequitur, Καί μιν πάντ' ἐδίδαξε. Apollonius,

Δὴ γάρ μιν τυτθὸν ἐν ἤθεσιν αὐτὸς ἔφερβε.

Addit,

Αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων ἐς ἀληθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.

interpres legit αὐτῶ pro αὐτῷ, & explicat αὐτόθι, hoc eſt, iam in illa ætate. de quo ſuum eſto vnicuique iudicium. ἀληθινὸν ἄνδρα idem interpretatur, vere virum, ἀνδρεῖον. potes & pro iuſto & probo accipere. Priſcianus libro XVII. *Iuſtum pro vero, & verum pro iuſto, frequenter tam nos quam Attici ponimus.* & paſſim exempla: ſic etiam apud Hebræos. Ait,

Παζῶν ἐκ πάντων πεφυλαγμένα ὧν ὄζολός τι.

Apollonius, — ἀγειρόμενος πολυχαίδος εἴπ ἑτέαστον. Ait Theocritus, — ἀφ' οὗ ποτε χοιράδες ἔσαν. Apollonii verba inſtar commentarii erunt,

Πέτραι δ' εἰς ἕνα χῶρον ἐπισχεδὸν ἀλλήλῃσι
Νωλεμὲς ἐρρίζωθεν· ὁ δὴ καὶ μόρσιμον ἦεν
Ἐκ μακάρων, εὖτ' ἄν τις ἰδὼν διὰ νηὶ περήσῃ.

in quibus verbis niſi accipias ἰδὼν pro βλέπων, hoc eſt, ſine pernitie, viuus, legi malim ἰών & obſerua φράσιν Theocriticam, ἀφ' οὗ ποτε pro ἀπὸ ποτε, vel ἀπὸ τοῦ ποτε χρόνου. cuius mihi aliud exemplum non ſuccurrit. vt nec huius quam in eadem voce ποτε apud Apollonium notabamus: qui dixit, ποτὲ δ' ἄλλο μὲν· ἄλλο δέ, pro ἄλλοτε μὲν ἄλλοτε δέ. locus eſt libro IIII. vbi canit de Sirenibus,

— ποτὲ δ' ἄλλο μὲν οἰωνοῖσιν,
ἄλλο δὲ παρθενικῇσιν ἐναλίγκιαι ἔσκον ἰδέσθαι.

Sequenti verſu, caue erres cum interpretibus, qui ἐσχατιάς, de neſcio quibus agrorum extremitatibus interpretantur. Verba Theocriti,

— ἐσχατιαὶ δὲ
Ἄρτια νέον βόσκοντο, τετραμμένα εἴαρος ἤδη.

appellant Græci ἐσχατιὰς ſingulorum agros ſuis finibus diſtinctos & ſeparatos. recteque doctiſſimus gloſſographorum Heſychius expoſuit ἀγρόν. ita

hic

hic accipiendum, & in isto oraculo apud Plutarchum, Ἐσχατιὴν προφύλαξο Λύκω καμάκεσσι δοκεύων. Aristides Sacrarum secunda, καὶ προσελθεὶς ὁ Ῥοῦφος εἰς ἐσχατιάν τινα τῆς αὐτοῦ, ἀεὶ ζῆν τετοκυῖαν οἶν αὐτοτυχί. Sed in ea voce apud elegantissimos auctores interdum aliquid inest contemtus. Alciphron in epistolis, Κρεῖττον ἐπαινήκειν ἐκ Βοαστόρμ καὶ Προπεπτίδος νεόπλουτον, ἢ καθήμενον ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχατιαῖς λιμώδεις καὶ αὐχμηρὸν ἐργάζεσθαι. ita loquitur, quoniam Attica erat λεπτόγεως, nec vber solum. dicitur & de aedibus similiter ἀπολισμοῦ χάειν. quia gurgustia pauperum in extremo oppido esse solent, procul ab omnibus locis celebrioribus. Basilius Olymp. οἷα πάντες ἂν θαυμάσαι τὴν φίλων ἡμῖν πενίαν καὶ φιλοσοφίας τροφὸν τῆς ἐσχατιᾶς ἀπολαυόντων. Talem ἐσχατιὰν intelligit Praxinoa in Adoniazusis,

> Τῆνθ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γῆς ἔλαβ' ἐνθὼν
> Ἰλεὸν οὐκ οἴκησιν.

Sequitur apud Theocritum,

> ὡς δ' ὁπότ' ἠϋγένειος ἀπόπροθι λῖς, &c.

qui locus ita placuisse Apollonio videtur, vt in eodem argumento, hoc est, in raptu Hylae, bis eum sit imitatus. & ἑτοιμοτάτην δαῖτα Theocriti respexit, nisi fallor, cum dixit, — ἄγεσσι δ' ἀνίδ' ἑτοίμην. Atque haec hactenus. Volui autem tironibus, velut ad fontes intenso digito, indicare, quam poëtae huius, aequalis propemodum sui, studiosus fuerit Apollonius. cuius quia toties facta hic est mentio, lectorem monebo ἰδὲ πάρεργον, de mendo quod dum haec scribo apud illum animaduerti. Verba eius sunt lib. III.

> — δεινὲ δὲ κόλποις
> Ἄλληκτον δακρύοισι· τὰ δ' ἔρρεεν ἀστεγὲς αὔτως.

Legendum est enim ἀσταγὲς, non ἀστεγὲς: quae vox isto quidem loco est inepta: neque dubium est ita vt emendamus legisse doctissimum scholiasten, qui notat τὸ α hic esse ἐπιτατικὸν, vt in illo Homeri, ἄξυλος ὕλη. Hesychius, ἀσταγὲς, πολὺ καὶ λάβρον. Nicander Theriacis, — ἐξ ὀνύχων δὲ κατείβεται ἀσταγὲς αἷμα. ita autem dictum Apollonio ἀσταγὲς ῥέεν τὰ δάκρυα, vt ab aliis multis ἀστακτὶ δακρύειν. quod ad Oedipum Coloneum exponitur in ἐξηγήσει Sophocleis, πλυσακτί· Latini poetae, *guttatim*. Ennius Hecuba, *hinc meae lacrymae guttatim cadunt*. Male etiam ζυγὰ de nauium transtris accipiunt ibi, κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο. est enim a re militari ductum. sed de eo plura alias.

## CAP. XV.

*Ad idyllium XIV.* Αὐαλέοι κίκιννοι, αὔη ψυχή: ἄσυχα ὀξύς: *mos amantium.* ἐλαύνειν πὺξ ἐπὶ κόρρας: pugnam ducere. *alia nonnulla.*

VENIAMVS ad idyllium decimumquartum. Αὐαλέους κικίννους poeta vocat, oleo & vnguento non delibutos: his opponuntur πλόκαμοι λιπαροὶ saepe apud poetas. Ita autem Graeci illuuiem, squalorem, & austeritatem vitae siccitatem appellant: estque vetustissimum dictum Heracleti, αὔη ψυχὴ σοφωτάτη. pro quo hodie scriptum apud Clementem Alexandrinum & Plutarchum αὐγή: vt alibi pluribus explicamus. Versu septimo suauis iocus est in Pythagoristam illum qui Athenis venerat in Siciliam,

> Ἤρατο μὰν καὶ τῆνος (ἐμὶν δοκεῖ) ὀπτῶ
> ἀλεύρω.

tu, inquit, macer es, horridus & squallidus, amore mulieris: & iste quoque ossi erat ac pellis propter amorem, non mulieris quidem, sed panis. vult dicere, famelicum fuisse, & ex inopia necessario abstinentem: quam autem ista Platoni conueniant, cuius splendida semper vita, luxui propior quam sordi-

loidibus, nemo est quin videat. Quare valeat illorum acumen, qui perstringi hic Platonem a poëta diuinarunt. In versu decimo legit scholiastes, & reperimus nos in scripto codice,

Τοιῆτος μὲν ἀεὶ τὺ φίλ' Αἰσχίνα ἄσχα ὀξύς.

quod ita explicat, ἐκ τοῦ ἐγχειρήματος καὶ τοῦ σιωπᾶν ὀξυνόμενος. ἢ ὅς οὐ πάντη σιωπηλὸς ὑπάρχεις, ἀλλ' ἔχεις τι καὶ ὀξύτητος· ἢ ἄσχα ὀξύς, αἴτιον αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἔσω λυπούμενος καὶ τηκόμενος ἐν ἡσυχίᾳ καὶ μὴ ἐν φανερῷ. Etiam horum verborum interpretationem quæ affertur a scholiaste:

Ἠδη ἢ προϊόντος ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον
Ὧτινος ἤθελ' ἕκαστος, ἔδει μόνον ᾧτινος
Εἰπεῖν·

cur ineptam censeant quidam, rationem non video: nam certum est in commessationibus fieri solitum, vt ad nomen τῶν ἐρωμένων biberent. & quos cyathos alicuius gratia educebant, de eius nomine eos appellabant: puta, Glycerii, vel Laïdis. ideo ait, ᾧτινος. id est, cuius esset id poculum quod postularetur. Sic loquitur Callimachus in eo loco quem ante attigimus: Ἔγχει καὶ πάλιν εἰπὲ, Διοκλέος. Interdum etiam tot cyathos siccabant, quot literis constabat τὸ ἐπιφημιζόμενον nomen. Epigrammatarius Latinus,

*Naeuia sex cyathis, septem Iustina bibatur.*

versu XXII. probo valde hanc lectionem & interpretationem, quam inter alias affert scholiastes,

Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν.

Traiectione locus nonnihil obscuratur. Sunt autem priora verba Æschinæ: posteriora vnius e conuiuis, qui Cyniscam alloquitur conscius eius erga Lycum amoris. Sensus est: Tacente Cynisca, ego grauius commotus, Non loqueris? dixi. tum aliquis de iis qui intererant conuiuio, ita per iocum Cyniscam est affatus: Vidisti nimirum Cynisca lupum, vt vetus est dictum. ita accipit interpres illa verba, ὡς σοφὸς εἶπεν. in voce autem λύκον suauissima est ἀμφιβολία. Scholiastæ verba sunt hæc, σιγώσης αὐτῆς, ἔπαιξέ τις εἰς αὐτὴν εἰπών. paullo post, ὡς σοφὸς εἶπεν, ἤγουν, ὡς ὁ παροιμιαστὴς εἶπεν. Sequentis versus,

Χ' ἤφθη δ' ἐμπρέως κεν ἀπ' αὐτῆς καὶ λύχνον ἅψαις.

sententiam expressit poëta incertus hoc epigrammate lepidissimo,

Αὐτό τι πῦρ καίειν διζημένος, ἄστυ ὁ νύκτας
Τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναλογίσαι,
Δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας· ἔνδοθι γάρ μου
Καιόμενον, πολλὴν ἕξαι ὑπὲρ φλόγα.

Non longe post, ἐλαύνειν πὺξ ἐπὶ κόρρας, ita fere dictum, vt Latine *pugnum alicui ducere*, vel *colaphum*. Vlpianus, *Si, cum seruo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem percussero.* Quintilianus, *Colaphum tibi ducam, & formulam scribam, quod durum caput habeas.* Claudit poëta hoc idyllium ita,

— ποιεῖν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν.

Horatius in re dissimili simillime est locutus, — *dumque virent genua*

*Et decet, obducta soluatur fronte senectus.*

Sic apud Ciceronem, *viriditatem habere*, pro vigere.

## CAP. XVI.

*Adoniazusæ percurruntur.* ἔχει κάλλιστα, ἐπαινῶ: recte: benigne: ἠλέματος: ἀδάματος: θαύματα τὰ ἔργα: σήματα τὰ ἄστρα: σκηνή: κατέθα ἀφ' ἱστῶ: καθαιρεῖν ἱστὸν, deponere, detexere. ἐμπεριστατεῖς: ὤνασθε μεγάλως: o bene. ἀπείλωσα. ἐκ ὥρας: φλίβειν & φλίβεσθαι. κόμμα ἀπομάττειν. ἰάλεμος! μαλακώτερος ὕπνου: *alia multa.*

VERSV tertio si ista verba ἔχει κάλλιστα, non Eunoæ ancillæ tribuerentur, sed Gorgoni, quæ suam visebat amicam Praxinoam; haberent eam significationem, quam apud Aristophanem notat eius interpres: quando videlicet oblato beneficio non vtentes, gratias agimus. eam vim habet *recte* apud Terentium. *Rogo, numquid velit? Recte: inquit: abeo.* apud Horatium *benigne.*

*Mirari secum tacitus: quid multa? Benigne*
*Respondet.* & alibi,
*— at tu quantumuis tolle: Benigne.*

Græci hoc sensu, vt Plutarchus etiam est auctor, dicunt κάλλιστα, vel ἔχει κάλλιστα, ἐπαινῶ. id quam belle huic loco conueniat, facile quiuis intelligat. nunc tribuuntur ancillæ: vtrum rectius, docti iudicent. Sequens versus etiam doctissimis viris negotium facessit.

Ὦ τᾶς ἀδεμάτω ψυχᾶς! μόλις ὔμμιν ἐσώθην.

quid enim est ἀδεμάτω? Scio in promtu esse responsionem, e Corintho illo cuius circumfertur de Dorica dialecto συρρητάδης quædam collectio. In ea scriptum, Dores ἀδέματον ψυχὴν vocare τὴν νεκρὰν, οἱονεὶ ἔξω σώματος. Sed mirum præter istum neminem e veteribus, vocis huius vllam facere mentionem: non Hesychium, non Suidam, non Eustathium, non vllum vllius poëtæ interpretem. Ego vero isti grammatico fidem arbitrari pridem desii: planeque mihi persuadeo vocem esse corruptam: in qua sententia vehementer sum confirmatus, postquam in antiquis scholiis manu exaratis reperi hanc eius vocis (quæ tamen ibi scripta non erat, sed exciderat) interpretationem, ἤγουν τῆς ὑπομονητικῆς. tam enim dubitari nequit aliter lectum ab auctore huius glossulæ, non ἀδεμάτω: quam certum est legisse eum ἀδαμάτω. Quare ita posthac emendemus. ἀδάματος poëtæ dicunt pro ἀδάμαστος ob metrum. Hesychius, ἀδάματος, ἀδάμαστος, ἀνυπότακτος. Multa de hoc poëtarum more veteres critici notant: Eustathius præsertim ad Ὀδυσ. π. qui profert ex Pindaro θαυμακτὰ pro θαυμαστά. poterat ex Homero: cuius est hic versus in Mercurii hymno,

Ἄρξας ἤδη αἴοντα διέπλεκε θαυματὰ ἔργα.

Refert etiam Theon commentariis doctissimis in Aratum, scripsisse quosdam σήματα ἄστρα pro σημαντά, non vt alii scribunt (& melius) — σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν Ἄστρα διακρίνας. Accedit huc quod notatum est a doctis viris, legi in quibusdam codicibus ἀδαμάντω. quare absque vllo dubio scribendum ἀδαμάτω non ἀδεμάτω, vt vulgo obtinet: non etiam ἀλεμάτω, vt emendant eruditi homines: id enim sententiæ huius loci non conuenit: at conuenit lectio quam reponimus, & quam vetus scholiastes agnoscit. Gorgo enim cum ægre & multum fatigata ob turbam quæ vicos omnes & vias vrbis complebat, ad Praxinoam peruenisset, exclamat, ὦ τᾶς ἀδαμάτω ψυχᾶς! id est, *o durum & fortem animum, ac multa passum!* Similis exclamatio apud Æschylum in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Ἰὼ κακῶν ἀτρύμονες! scholia ibi, ἀτρύμονες, ἀδάμαστοι, ἀκαταπόνητοι, ὑπὸ τῶν κακῶν μὴ κανηθέντες, ἢ οἱ πολλὰ κακὰ ὑπομείναντες. ista verba non minus Theocriti locum nobis explanant, quam Æschyli. At ὦ τᾶς ἀλεμάτω ψυχᾶς, esset pœnitentis oratio, & sese stultitiæ damnantis: quæ non est Gorgonis mens. deinde obstat ei emendationi auctoritas Eustathii, qui obseruat dictionem ἠλέματος ex iis vnam esse, quas sibi proprias habet Oppianus. non facturus, opinor, neque hunc errorem erraturus, si Theocritus, Oppiano tanto antiquior poëta, eo vocabulo

belo esset hic vsus. post Oppianum vsurpauit Crinagoras epigrammate εἰς ποίαν,

Μισίαν ἀλλ' ἐπὶ δ' ἄρχ μετέρχεο· ταῦτα δ' ἀμὶ δ' ἐξ

Εἴδωλα ψυχῆς ἀλεμάτοισι μέθες.

XVI — εἶπον ἢ φῦκος ἀπὸ (κηνᾶς ἀγορᾶσδων. interpres (κηνὰν exponit πανήγυριν, mercatum: addit scriptus, φυρόσιν ἐν τῇ πανηγύρει σκηνὰς ἐποίουν οἱ πωλοῦντες.

XXV. ὧν εἶδες, χ' ἂν εἴπαις ἰδοῖσα τὺ ταῦ μὴ ἰδοῖσα. assentior scholiastæ subaudienti διηγήσαιο, non λέγε aut διήγησαι. Mox idem cum τὸ κατάπτυχες ἐμπρόναμα explicat ita, τὸ δίπτυχον ἐμπερόνημα ἢ διπλοῦν: docet nos poetam σεριφραστικῶς extulisse τὴν ἐμπερονατρίδα. Ita enim vestis muliebris genus sago virorum affine appellabant. Hesychius, ἐμπερονατρίς, ἱμάτιον διπλοῦν· poeta paullo ante περονατρίδα vocauit,

— τ' ἀμπέχονον ἢ τὰν περονατρίδα λαζεῦ.

ex quibus verbis didicimus fuisse vestem interiorem, quæ fibulis astringebatur ad pectus. illi superinducebatur τὸ ἀμπέχονον, id est peplus aut palla. Fibulæ quia diductis pepli alis, fere conspicuæ erant, ditioribus habebantur ex auro. Callimachus Ἄλλικα χρυσείησιν ἐεργμένην ἐνετῇσι. nam ἄλλιξ est similiter vestis interior, χιτὼν χειριδωτὸς Hesychio: vel ἐμπέρπημα, id est sagum. vt apud Plutarchum in Mario, Martha Syra φοινικίδα διπλῆν ἐμπεπορπημένη. Sed ista alibi pluribus.

LXXV. — λέγε μοι πόσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ; id est, quantum impendisti priusquam hanc vestem detexueris? Quod vulgo textores dicunt, de perfecto panno aut tela, *desmonter la piece*, id Theocritus elegantissime dicit, καταβαίνειν ἀφ' ἱστοῦ. alii scriptores καθαιρεῖν ἱστὸν, vt Strabo de meretricibus Corinthiacis loquens libro octauo. Proclus in Hesiodum, τὸ καθαιρεῖν (male vulgo καθαίρειν) τοὺς ἱστοὺς τῆς ποικίλης αἴτιον ἦν τὸ κόσμιον τὰ ὑφάσματα τῆς ἀχράντου δημιουργίας. Latini *detexere*. Glossarium vetus, *Detexo*, καθαιρῶ ἱστόν. Titinius Fullonibus: *Quæ inter annos decem nequiuisti togam vnam detexere.* significantius tamen alii, *deponere*. Paulus Diaconus libro II. cap. V. Sophia Narseti *fertur mandasse, vt eum puellis in gynæceo lanarum faceret pensa diuidere. Ad quæ verba Narses dicitur hæc responsa dedisse, Talem se eidem telam ordituram, qualem ipsa dum viueret, deponere ac detexere non posset.* Dixi significantius: nam proprie *detexere* non est aliud quam τὸ ἱστὸν ὑφαγκέναι. & ita sæpe apud Plautum & Ciceronem. quare non omnis detexta tela, vtique & deposita.

XLIX. Οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαιζον,

Ἀλλάλοις ἐμαλοὶ, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.

Lego, πάντες ἄρειοι. omnes armis succincti & militares. indicat Ptolemæum præmiatoribus & grassatoribus liberasse vias intra & extra oppida Ægypti. Similis locus in eius Encomio, vbi δηΐους vocat, quos hic ἀρείους quia more hostium infesta armis reddebant itinera. eos omnes sustulit Ptolemæus. eadem peste aliquando vexata est Italia, & ab Augusto liberata. Suetonius libro II. cap. XXXII. apud eundem scriptorem *quadrigariorum lusus* a Nerone vetiti lib. VI. cap. XVI. non dissimiles fuerunt iis quæ poeta vocat κακὰ παίγνια. Elegans vero est loquendi genus quo mox vtitur,

ὠνάθην μεγάλως ὅτι μοι τὸ βρέφος μέγα ἔνδον.

aut potius ἔνδοι, vt initio. Latini dicunt, *Factum bene*, vel, *O bene*. Martialis,

*O bene. quod sylua colitur Tirynthius ista.*

& Græci quoque ὡς εὐτυχῶς. Aristophanes Equitibus:

ὡς εὐτυχῶς, ὅτ' οὐκ ἐλήφθην ἔνδοθεν κλέπτων τὸν οἶνον.

Inter-

Interdum Latini *Bene*, simpliciter: Apuleius in Apologia, *Bene, quod integras epistolas matris Pontianus ex more asseruauit: bene quod vos festinatio iudicii anteuertit.* plane hic *Bene*, est ἀνάϑλω μεγάλως. contrariam sententiam Aristophanes expressit verbo ἀπίλαυσα, in Auibus:

Α'πέλαυσα γὰρ νὴ τὸν Δί' ἐλθὼν ἐνθαδί·

Ἔπειτά γέ μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον.

ἀπέλαυσα est, quod vulgo dicimus εἰρωνικῶς cum lucrum sperantes damnum referimus, *i'ay bien gaigné.* vt ὠνήϑλω μεγάλως, est quod nos, *Dieu m'a bien aidé.*

LXII. Κάλλιστα παίδων, πείρη ϑλω πάντα τελεῖται.

Herodotus Polymnia pene iisdem verbis: ἔσω δ' ἂν μηδὲν ἀπείρητον. αὐτόματον γὰρ οὐδὲν, ἀλλ' ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι. Illi autem, ἐς Τροίαν πειρώμενοι ἦνθον Α'χαιοὶ, simile est illud Alexandri apud Curtium libro VII. *Experiendo quæ cæteri desperauerunt, Asiam habemus in potestate.*

LXIV. Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥραν. Plautus videtur imitatus, vt etiam Gulielmus Canterus obseruauit,

*Id quod in aurem rex regina dixerit*
*Sciunt: quod Iuno fabulata est cum Ioue.*

LXXIV. Κ' εἰς ὥρας κἠπειτα φίλ' ἀνδρῶν ἐν καλῷ εἴης. εἰς ὥρας significat *in annum.* sic vulgo solemus bene precari in diem & in annum. contra imprecandi formula erat, μὴ ὥρας ἵκοιτο, vel εἰς ὥρας. eam significationem huius vocis alibi probamus: quia videmus parum multis eam fuisse obseruatam.

LXXVI. Θλίβεται Εὐνόα ἄμμιν. Repone veram lectionem, φλίβεται. Æoles φλίβειν & φλίβεσθαι dicunt; pro ϑλίβειν & ϑλίβεσθαι. & hac Æolum voce vsum hic esse Theocritum, ecce testem locupletissimum. Eustathius τὸ μέν τοι φλίψεται τὸ ἐν Ο'δυσσείᾳ καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐν Α'δωνιαζούσαις, Αἰολικὸν καὶ αὐτό. Ac videtur Eustathius legisse φλίψεται non φλίβεται. ac probo. poetæ locus est Ο'δ. ρ.

ὃς πολλῇσι φλιῇσι παραστὰς φλίψεται ὤμους.

XCV. — οὐκ ὀλίγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς. de hoc loco quid sentiamus ad Theophrasti Characteres breui, Deo dante, sub incudem reuocandis, exponimus. nam virorum doctorum interpretationi acquiescere non possumus. neque item eorum probamus sententiam qui tertio ab hoc versu Α'πις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἤεισδον, malunt scribi Ι'αλέμου. Poeta enim significare voluit fuisse victum Sperchin in cantu τοῦ ἰαλέμου. Ialemus est genus cantilenæ lugubris, teste Apollodoro & aliis, non proprium hominis nomen. iam ἤεισδον τὸν ἰάλεμον, sic dictum, vt νικᾶν Ο'λύμπια, quod Græcis vsitatissimum est, & Latinis non insolens. Ennius,

*Sicut fortis equus spatio qui sæpe supremo*
*Vicit Olympia.*

CI. χρυσῷ παίσδεσ' Α'φροδίτη. Malim χρυσῷ, pro χρυσοῦ. Primum ita est in veteri scholiorum libro: deinde, notum etiam pueris, pretium apud Græcos eo modo efferri. Iuuant & poetarum similes loci. Parmenio in epigrammate,

Ο' Ζεὺς τὴν Δανάην χρυσοῦ· κἀγὼ δέ σε χρυσοῦ. poetæ mentem recte expressit scholiastes, ὅτι διὰ τούτου οἱ ἐρῶντες πείθουσι τοὺς ἐρωμένους. Infinita sunt apud vtriusque linguæ poetas in hanc sententiam. Paulus Silentiarius,

Χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῖδας ἐλέγχει.

Χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.

In priore Pauli versu scripsimus ῥυτῆρας cum Suida & Aldo, non ῥητῆρας, vt vulgo editur. Porro Eustathius, ad Ι'λ. γ. hunc locum describens, habet χρυσῷ. quare si placet, tueamur vulgatam χαφλώ. Sic fere Macedonius, Τῷ χρυσῷ τὸν ἔρωτα μετέρχομαι.

CXXV. Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω. imitatus est Antipater, Η' πα-

κεφαλῆς ἀλέοιντο κόρυς μαλακώτερον ὕπνω.
Versu penultimo cum dicat poeta,

—πεινᾶντί γα μηδὲ ποτίνδης, (nam ita scribi malim) Seneca explicat, De ira libro III. *Vetus dictum est, a lasso rixam quæri. Æque autem & ab esuriente, & a sitiente, & ab omni homine quem aliqua res vrit.* Vide & Plinium lib. XXII. cap. XXIV.

## Cap. XVII.

*Ad* XVII. ἀρμαλᾶν ἔμμηνον, *demensum. Aleuadæ & Scopadæ. color fœmineus.* ἀριθματός, *numerabilis. erant numerus. nonnulla alia.*

SERVOS alebant antiqui, non vt nos hodie nostros famulos, sed separatim, vrbanos quidem in cellulis, eorum autem qui rure opus faciebant, in ergastulis plerosque, certum frumenti modum singulis mensibus ipsis metientes: quod *demensum* vocabant, siue a mense, siue a metiendo. est enim incertum, inquit Donatus. Eum morem prius fuisse in Græcia seruatum, arguit hic versus in Theocriti Charitibus,

Ἀρμαλᾶν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται.

nam ἀρμαλιὰ ἔμμηνος, *demensum* est, siue *mensurna diuisio*, vt appellat floridissimus martyr S. Cyprianus, alimenta presbyterorum. nam quod in familia exhibenda olim factitatum a patribus familias, id postea etiam in aliis obseruatum, quibus alimenta erant præbenda. Aleuadæ & Scopadæ quorum poeta meminit, hodie e memoria hominum pæne sunt exempti: postquam Simonides, Euphorion & alii qui de eorum laudibus & rebus gestis scripserant, interiere. tamen ex Herodoto, Aristotele, Diodoro Siculo, & aliis satis constat duas fuisse eas familias, quæ priuatis opibus quondam in Thessalia & vicinis insulis late imperitarunt. Sed Aleuadarum quidem nomen illustrius. Scopadas nihil fere nobilitat æque ac ruina illa domus ipsorum: cui, miraculo exemtus Simonides: Scopas cum omnibus qui aderant, obrutus. Eius historiæ plurima apud veteres mentio. vide in primis Quintilianum libro XI. cap. II. vbi Scopæ meminit non vnius. Cum dicit Theocritus Τὼς δ' ἀπ' ἐϋσσελμων Λυκίων, intelligit Sarpedonem & Pandarum, quorum est vterque Homeri versibus posteritati traditus. Ἰλ. β. γ. δ. ε. cum autem, ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω: album fuisse significat. Eustathius, θηλυπρεπὴς ἐν ἠρέμῳ λευκότης· διὸ ὁ Τρωϊκὸν Κύκνον Θεόκριτος ποιητὴς ἔφη, θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς εἶπε. Versu isto, Ἄμαχοι δὲ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες, illusit non obscure ad Sardanapali epitaphium notissimum, quod ita desinit, —τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται. Videre alicui possit in isto versu, ἵππευσαν δὲ κόρων πεντάκοντ' ἔδειραν, aliter legisse Eustathius: cuius verba sunt hæc, vocem poetæ ἱππεύειν explicantis, Θεόκριτος δὲ τὸ Ὁμηρικὸν περιφραστικῶς ἑρμηνεύων, φησίν· ἵππευσαι κόρων ζευγάσματα ἔδειραν. sed nihil mutandum: Eustathius enim vt sæpe, quod ante notauimus, ἀπὸ μνήμης locum describens, fallitur. Qui sequitur versus,

Αἱ γὰρ Ζεῦ κύδιστε πάτερ, καὶ πότνι' Ἀθάνα,

leuiter ex isto Homerico,

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,

est immutatus. Ἀριθματὸς pro paucis eleganter poeta vsurpat, cum ait,

—ἀριθματοὶ ἀπὸ πολλῶν. Horatius *numerabilis vtpote paruus.* alii Græci, εὐαρίθμητος. Sed omnium elegantissime Hebræi, qui paucitatem indicaturi, dicunt *erant numerus.* vt Geneseos XXXIV. & Isaiæ X. Ista,

—ἐσχατιαὶ δ' εἰς ὅσσ' ἀέρχαι Λεπτὰ διατάζοντο, imitatus est Nonnus initio XXXVIII. —ἕσπετο δὲ πολλὴ χάρμης

Βακχὰς ἐξάλματος ἀρχιμάγειρος βοὴν.

De Gratiis Eteocleis, & versibus istis,

Ὦ Ἐτεόκλειοι χάριτες θεαί, αἳ Μινύειον
Ὀρχόμενον φιλέοισαι, ἀπεχθόμενόν ποτε
Θήβαις, vide Strabonis librum nonum & Pausaniam. Conferant autem studiosi poëticarum amœnitatum idyllium hoc cum poëtæ cultissimi Tibulli elegia IIII. libro primo. Nam illa videntur ad Theocriti imitationem dicta,

*Carmine purpurea est Nisi coma: carmina ni sint,*
*Ex humero Pelopis non nituisset ebur.*

## Cap. XVIII.

*Ad* XVII. *obseruationes. diphthongos* αι, οι, *in metro corripi interdum: non tamen* ει *aut* αι *in* ε, Καικύγερ@, Χερσονὰς, Κλυτέμνησερ, Φίακες, σολικισμός. *ἵππος nepos. Liberorum similitudo pudicitiæ matris argumentum. Vrbium Ægypti numerus varie traditus. item alia.*

In hoc versu ex Ptolemæi encomio,

Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται θεοὶ νέποδες γεγαῶτες. etsi potest tertius pes spondæus esse, vt sit in sequenti voce ζευύζευς: tamen & dactylus esse potest. Ita enim persæpe diphthongi αι & οι non in accentuum ratione solum (quod norunt omnes) sed etiam in re metrica corripiuntur. quod cum & vetus τεχνογράφος Hephæstion monere insuper habuerit, & non desint qui negent, prolatis aliquot exemplis probabimus, Homerus, Ἰλιάδ. ι.

Εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα
γαῖαν. ibidem,

Πολλαὶ δ' Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε
Φθίην τε.

& Ὀδυσσ. η.

Πρὸς δόμον ὑψηλὸν ἔδειν ὑδρηλὸν παλαί.

Empedocles in octauo φυσικῆς ἀκροάσεως,

Τῆδε δ' ἀδάμαντος διαμπερὲς, εἰλ' ἅμα
λέγει.

Aratus,

Ἥμισυ μὲν κεν ἴδοιαι μετήορον, ἥμισυ δ'
ἤδη.

Euphorion apud Theonem,

Ὡς πρὶν κεκρυμμένον ψαφαρῇ ἐνδάλλεται
τέφρῃ.

Antipater, epigrammate in Nioben,

Οὐδ' ἔφ' ἓν τλάμων λείπεται γηροκόμος.

Orpheus hymno Curetum,

Ἠνίκ' ἂν ὁρμαίνονται χολούμενοι ἀνθρώποισιν.

Callimachus, — τίῳ ἥρως ἴσαν τῖν;

Similiter ει correptæ exempla, quæ nunc succurrebant, hæc fere sunt. Homerus Ἰλ. θ.

Ἡ δ' ἐπ' Ἀχιλλῆος, τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἔισας.

Apollonius lib. II.

Καὶ τὰ μὲν ὑβρισταί τε καὶ ἄγχοι ναιετάουσι.

Oppianus Ἁλιευτ. α.

Τρωχίλαν τ' ἄγελαι, βούγλωσσοί τε, καὶ
πλατύουροι.

Idem Κυνηγ. β.

Δοιοὶ ἀείρονται, δειραὶ παντειροχείτης.

Orpheus hymno μοιρῶν,

Ἀλλά μοι εὐκταῖοι μαλακόφρονες ἠπιόθυμοι.

Hymno Eumenidum,

Ἡ ἔσσι, ἐρασταί, δύσδρομοι θ' αἵ τι νέμουσι.

& in eiusdem Argonauticis ita scribimus hunc vulgatis in libris deprauatissimum locum, — ἀυλαῖοι τοῖσι γε

Τύμβον χευάμενοι πολλὴν θάλλων ἐπένησαν.

vidi qui scriberent de ου diphthongo pari modo eam corripi, & hunc Phocylidis versum proferrent,

Τοὺς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας ἔννομα
ῥέζων·

sed neque hic σέβου scribi debet, verum σέβε: neque Phocylides huius versus est auctor, verum Pythagoras, aut quisquis fecit τὰ χρυσᾶ ἔπη. Non videntur autem poëtæ ea licentia alibi vsi, quam

in vltimis syllabis. Itaque recentiores poëtæ τὴν αι quando in dictionibus mediis contumax est & obstat metro, mutant in ι. Crinagoras, Ὀθρυάδην Σπάρτας τὸ μέγα κλέος ἢ Κυνέγειρον. qui tamen eo nomine a nescio quo reprehensus hoc elegantissimo epigrammate, quod extat Anthologiæ lib. II.

Ὦ τλῆμον Κυνέγειρε, καὶ ἐν ζωοῖς καὶ ἀποφθὰν
Ὡς αἰεὶ κόπτῃ ῥήμασι καὶ κοπίσιν.
Πρόσθε μὲν ἐν πολέμοισι τεὴ πέσε μαρναμένη χείρ·
Νῦν δέ σ' ὁ γραμματικὸς καὶ ποδὸς ἐστέρισεν.

sed contra torrentem velle niti est, reprehendere in vno quod sibi licere omnes putent. vulgo enim inualuisse illam licentiam per illa tempora, multa arguunt. Cornelii alius poëtæ epigrammatarii est hic versus, lib. III.

ὦ σὺ μάκαρ Κυνέγειρε, τὸ δ' εἰς Κυνέγειρον ἔγραψε.

Agathias quoque scholasticus χαρωνεῦ dicere non dubitauit pro χαιρωνεῦ epigrammate in Plutarchum. Σεῖο πολυκλήεντα τύπον στήσαντο χαρωνεῦ. Lucillius δανίζας pro δανείσας. libro II. φεισάμενος, δανίσας, τοκίσας τόκον ὑδροποτήσας. Similia apud alios obseruare licet: apud Ausonium vero sunt hæc, Κιθέρων, Κλυτέμνηστρα, Φίαλαι, atque etiam σολοικισμοί: de quibus vide in aureolo Iosephi Scaligeri libello. Sed vt ad Theocritum redeamus, non ferenda est eorum ignorantia qui θεοὺς νέποδας in hoc carmine *deos sine pedibus*, nimis facete, interpretantur. atqui ea voce nepotes interdum significari, recte iampridem ab eruditissimis viris docti sumus. Eustathius δδ. δ. νέποδες, κατά τινα γλῶσσαν, ὁ ἀπόγονος. Apollonius libro IIII.

— εἶμι δ' ἐς αὐγὰς
Ἠελίου μετόπισθε τεοῖς νεπόδεσσιν ἑτοίμη.

hoc est, vt ipse poëta mox declarat — ἵν' ὁπλότεροι παίδων σέθεν ἐνάσσονται Παῖδες.

Versu XIX. malo cum prioribus Πέρσησι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρης quam αἰολομίτρας. & in LXXIII, — διὶ Κρονίωνι μέλοντι Αἰδοῖοι βασιλῆες. ὁ δ' ἔξοχος ὅν κε φιλάσῃ. Hesiodum videtur imitatus

ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ὁ δ' ὄλβιος, ὅν τινα Μοῦσαι
φίλωνται.

Porro huius versus ῥηΐδιαι δὲ γυναῖ, τέκνα δ' οὐ ποτ' ἐοικότα πατρί, pars posterior priorem explicat: significat enim facilem esse prolem ad iudicandum: nempe quod sit adulterina. Fuit autem ea veterum opinio, vt putarent dissimiles parentibus partus, esse non legitimos. Catullus, *Sit suo similis patri Manlio: & facile insciis Noscitetur ab omnibus: Et pudicitiam suæ Matris indicet ore.* Itaque Hesiodus inter viri probi felicitates hanc quoque recenset Τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι. Large autem fidem veri excedit poeta cum canit, Ptolemæum qui in Ægypto regnabat quando ipse illuc venit, oppida sibi subiecta in Ægypto habuisse trecenta & triginta nouem supra XXXIII millia. quem numerum ingeniose ita extulit,

Τρεῖς μέν οἱ πολίων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται,
Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τρισσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσι,
Δοιαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δέ σφισιν ἐννεάδες τρεῖς.

similis locus in XIV, vbi dies LX, siue menses duos ita expressit,

Εἴκατι ταίδ', ὀκτὼ ταίδ', ἐννέα ταίδε δέκ', ἄλλαι,
Σάμερον ἑνδεκάτα· ποτίθει δύο, καὶ δύο μῆνες.

sed istarum vrbium numerum interpretes videntur aliter legisse: nam in editis quidem scholiis, summa editur XXXIII. M. & trium ac triginta. ὁμοῦ πᾶσαι αἱ πόλεις, τρισμύριαι, τρισχίλιαι, τριάκοντα τρεῖς. verum manifesto desideratur vox τριακόσιαι ante τριάκοντα. vt ex huius mente

mente sit summa oppidorum 33333. etsi ne sic quidem ratio quadrat. omittuntur enim illa verba, δυαὶ ϳ τριάδες. in scripto autem libro hæc verba reperi, δοιαὶ τριάδες, ἑξήκοντα· ἐνδεκάδες τρεῖς, ἐνενήκοντα τρεῖς· ὁμοῦ πᾶσαι γ ᾱ τριχίλιαι τ ζ γ· ita scribuntur in veteri codice: sed non dubito scripsisse interpretamenti huius auctorem — μετὰ δέ σφισιν ἐννέα καὶ τρεῖς. quam scripturam reperimus etiā apud Tzetzem in Chiliadibus. ita pulchre isti cōstat ratio. vult enim δυάς τριάδας non vnitatū intelligi, sed δεκάδων. ita fiunt LX. & similiter ἐννέα δεκάδες faciunt xc. At totius summæ collectio manca vt in editis. Iohannes Tzetzes quid sit secutus cum ex isto loco scriberet Ptolemæum τρισχιλιοτετρακοσιομυρίων τριακοσίων ἅμα δεκαοκτώ τε πόλεων regem fuisse, ipse viderit. Poetam quidem non historica fide, sed licentia poetica hic esse vsum, arguit Diodorus Siculus, qui πολυανθρωπίαν Ægypti enarrans libro primo, auctor est olim quidem fuisse in ea qua pagos, qua oppida mediocria, plura quàm XVIII. M. quemadmodum quidem libris sacris contineretur, temporibus autem Ptolemæi Lagi F. superfuisse, atque etiam eius adhuc ætate superesse, ter mille, & aliquanto plura. Parata erat poetæ defensio, si ad omnes vrbes quæ Ptolemæo in variis & continentis partibus, & insulis parebant, possent eius verba extendi: nunc id non potest: obstant enim ista οἱ ἐνδίδμωνται: quæ de sola Ægypto eum sensisse luce clarius faciunt. Versum CXXV. cum sequente

Μοῦνος ὅδε προτέρων τε πάλαι ἔτι θερμὰ κονίῃ,

Στειβομένᾳ καθύπερθε ποδῶν ἐκμάξατ' ἴχνη·

sic interpretor: Solus hic rex secus ac priores fecissent, parentum suorum vestigia ita expressit, vt videri adhuc queant calida, id est, recens impressa in puluere calcato. κονίῃ pro ἐν κονίῃ. στειβομένᾳ malo quam στειβόμενος. & ita codices quidam. eandem sententiam aliis verbis expressit Strabo lib. VI. extremo: Augusto, inquit, successit Tiberius, κανόνα τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσταγμάτων ποιούμενος ἐκεῖνον. & Tiberius ipse de se apud Tacitum, *qui omnia facta dictaque eius vice legis obseruem.*

## CAP. XIX.

*In aliquot idyllia saltuatim notantur quædam.* κλῄοντες. *Mos amantium.*

PLACET vulgata lectio huius versus in Helenæ epithalamio;

Ἀ τίς Τυνδαρέω κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατάν·

præ alia quam reperi κατηλάχετο, ἀντὶ τοῦ ἐκληρώθη. confirmandæ alteri scripturæ satis sit illud ex Adoniazusis,

Κάλλιστ'· ἐνδοῖ πᾶσαι, ὁ ταν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξασα.

In eodem libro scriptum erat, χερσὶ περιπλέκτοις· non male: bene enim conuenit choro. Nonnus, lib. X.

Καὶ δεπτύσιν παίζοντι συνέπλεκε χεῖρα χορείων.

Atræ hunc locum tenebræ sic scriptum occupant,

Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,

Πότνια νὺξ ἅτε. lucem, opinor, attuleris si pro ἅτε scripseris ὅτε. est anastrophe, pro ὅτε πότνια νὺξ ἔστι, nocte: nempe desinente. ac fortasse scribendum, πότνια νὺξ ὅτε λήγει: vel ὅτ' ἄλλεν. ἔαρ χειμῶνος ἀνεὶς. nam ἀλλύειν etiam ἀφιστάναι exponitur. primam coniecturam puto abesse propius a vero: nam poetis familiare est ἔαρ λευκὸν dicere. Callimachus hymno Cereris, λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος, καὶ χεῖμα φέροισα. Lege autem ex scripto scholiorum libro,

Κερκίδα συμπλέξαντα μακρῷ ἐπαμ' ἐκ κελεύοντων·

λεόντων· non χηλεόντων. verba scholiastæ sunt, ἔτι με ἐκ χηλεόντων, ἤγουν ἐν τῇ ἱστοδόκῃ· τέμνεται γὰρ τὸ ὕφασμα ἐκ τοῦ ἱστοῦ ὅταν τελεσθῇ. idem esse χηλέοντας & ἱστόπεδας declarant hæc e lib. III. Bassaricorum Dionysii,

> εἶθά τε σέπτ᾽ ἀγυναῖκες Λυδαίης ἵσταντ᾽
> αὐτῇ μὲν κροκόεσσιν ἐφ᾽ ἱστοπέδοις ταινίῃσι,
> αὐτῇ μὲν δ᾽ ἐτάμοντο.

Poeta cum ait, Γράμματα δ᾽ ἐν φλοιῷ γεγράψεται. respicit amantium veterem morem: de quo legi in scholiis Aristophanis, Acharnensibus, ἴδιον ἐραστῶν ἦν, τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα χαράττειν ἐν τοῖς τοίχοις ἢ δένδροις, ἢ φύλλοις, οὕτως, Ο ΔΕΙΝΑ ΚΑΛΟΣ. καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ, Ἀλλ᾽ ἐν Ἰδῆς φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ᾽ ἐρέουσι καλήν. καὶ ἐν τοῖς Σφηξίν· ἰδὼν παρέγραψε, ΚΗΜΟΣ ΚΑΛΟΣ. Notus mos etiam ex Virgilio, Propertio, Ouidio. Idyllii XXI. postremi versus sunt hi,

> Μηκέτι μηδὲ σὺ Κύπρις ἀδεῖα, μήτι κατ᾽ ἄστυ
> Μήτ᾽ ἐν ὄρεσσι φιλέοις· μώνη δ᾽ ἀνὰ νύκτα καθεύδοις.

qui mihi videntur duobus modis accipi posse. vel enim ipsi Veneri iratus amator iste, rusticus malum imprecatur; qui fuit veterum contemtus suorum numinum: vel, quod potius putem, Κύπρις hic est Eunica. quasi diceret, tu quæ altera tibi Venus videris. In idyllio cui index Ἁλιεῖς, caue assentiaris mutantibus ista verba, τὸ δ᾽ ὁ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ. eorum mentem ad Athenæum explicamus.

## CAP. XX.

*Ad Dioscuros & Dysceretem, νεῖκος ἀπαυδᾶν, & νῖκος. ἴσκειν. πυρεῖα ex ligno. ἔρπειν. τυλίττειν.*

VERSV XXX. in Dioscuris scribunt veteres, ἀμφοτέρων ἐξ τοίχων. vide in Etymologico, vbi de ἐκ & ἐξ agitur. Versu autem CXXVIII, etsi non damno vulgatam scripturam, νεῖκος ἀπαυδᾶν· νῖκος tamen puto esse conuenientius. nam qui in pugilatus certamine victi erant, cogebantur manus tollere, & victoriæ renuntiare, victos se confitentes. Sane videtur νεῖκος ἀπαυδᾶν ei potius conuenire qui certamen detrectet, & subire nolit. In oratione Lyncei quæ habetur in posteriore parte huius carminis, male vulgo accipiuntur hæc verba: Ἴσκεν πολλάκι πολλά. non enim poetæ illa sunt, vt putarunt, qui notis parentheseos versum hunc cum proximo incluserunt: sed Lyncei ipsius. nec vertendum, *dixerunt*, sed *dicebam*. Pendet oratio ab illis superioribus,

> ἦ μὰν πολλάκις ὔμμιν ἐείσατο ἀμφοτέροισιν
> αὐτὸς ἐγὼ τάδ᾽ ἔειπα.

Ἴσκειν pro dicere accipiunt poetæ, sed οἱ μετ᾽ Ὅμηρον. nam poeta, & Ἰλ. λ. & Ὀδ. τ, pro assimilare posuit, quod vsitatius est ἐΐσκειν vt in Hercule Leontophono, Ἀστέρι πάντες ἔϊσκον. Lycophron, ἴσκων σαφῆ ξενικὴν ἔσω ζεῦξιν. Scholia, Ὅμηρος μὲν ἐπὶ τοῦ ὁμοιοῦν· Λυκόφρων δὲ ἐπὶ τοῦ λέγειν. sic apud Apollonium sæpe. Porro qui contulerit priorem partem quæ Pollucis pugilatum cum Amyco describit, cum iis quæ habent Apollonius libro II. & Valerius Flaccus lib. IIII. (nam Orpheus hanc historiam versu vno aut altero tantum perstringit,) reperiet profecto tantu excellere Theocritum,

> quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Videtur autem istum huius versum, δρυὸς τ᾽ ἐσβέννυτο, πυρεῖα τῇ χειρὶ ἐνόμων, imitatus esse Apollonius, canens lib. I. τὰ πολλὰ δὲ λεχαῖον

> φυλλάδα λειμώνων φέρον ἄσπετον ἀμήσαντες·
> Στόρεσαν· πὶ δ᾽ ἀμφὶ πυρεῖα δινεύεσκον.

πυρεῖα vocat vterque poeta instrumenta illa ex quorum collisione ignis extunditur.

tunditur. Ligna intelligunt grammatici, non silicem: de iis lignis sic illi, πυρεῖα τὰ ξύλα ἃ παρατριβόμενα ἑτέρῳ ξύλῳ πῦρ γεννᾷ· ὧν τὸ μὲν ἐστιν ὕπτιον, ὃ καλεῖται στορεύς· θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτρίζοντες τῷ στορεῖ στρέφουσιν. hæc valde firmant veterem lectionem apud Festum *terebrare*, merito defensam Iosepho Scaligero contra eos quibus visum substituere *verberare*. quo loco de igni Vestalium interstincto loquitur, eiusque accendendi rationem explicat. Hesychius videtur Phrygibus tribuere hoc inuentum, appellans φρύγια πυρεῖα, locum Sophoclis explicans. sic ille, ἀχάλκευτα τεύχεα, τὰ φρύγια πυρεῖα, Σοφοκλῆς ἐν Φινεῖ δευτέρῳ. Græci πυρείων inuentionem ascribebant Prometheo, quem poetæ fabulantur ignem in ferula esse furatum, & e cœlo ad homines transtulisse. auctor Diodorus Siculus libro v. Hac de re locus est egregius apud Nonnum lib. 14. quem propter elegantiam ascribam,

...ρὶς λίθος ἀμφὶ λέβητι φλεγέθων ὠδῖνα λοχεύων
λάϊον ἠκόνησε, πολυθλιβὲς αὐτόγονον πῦρ
πυρσογόνοις ὅτε θῆλυς ἀεξάνεται φύσιν πέτροις.

similis alius est eiusdem locus libro xxxvii. In Dyseroti corrupte scribitur hic locus:

— ἀνὰ καὶ ἄπαις
ἢ καλὸς ἐξ ὄρπακος ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐγεράς.

mihi vero perplacet emendatio Stephani scribentis ἧς καλὸς· ἐξ ὀργᾶς δ'. etsi minore mutatione scribi potest, ἢ καλὸς ἐξ ὄρπακος ἐρ. id est, ὅπως ἐξ ἐρέθιζε τοῦ μᾶλλον ὁ καλὸς ὄρπαξ ἐραστάς. est autem ὄρπηξ iuuenis adolescens. Orpheus,

Καὶ μὴν δ' οἱ ἄλλοι ὄρπηκες ἐμύκωντες ἦκον.

Sub finem eius carminis noue dictum, — ἀλλ' ἐπυλίξη Ταν ψυχάν, pro ἐκπνεύσῃ, ἐτέλευτα. Sed videntur Dores πυλίζειν vsurpasse pro ἀνατινάσσειν. τὴν τύλην siue στρωμνήν, culcitam mouere & agitare: nam plumæ agitatæ in culcita molliorem eam reddunt. inde ergo translatum. Vltimo versu scribe, Στέργετε δ' ὔμμες αἰεί. vt in proximo, χαίρετε τοὶ φιλέοντες. eo compellit amantes: isto, amasios. nam ἀΐτης est ὁ ἐρώμενος.

## Cap. XXI.

*In Oaristyn quædam annotantur. Mos antiquus: Prouerbium,* οὐδ' ἄλλα δοίης. *ἔθεο & ἐᾶς, pro σίθεο & σᾶς. διδάσκειν pro initiari.* νυμφώ.

MELLITISSIMVM illud carmen est, quod inscribitur Ὀαριστὺς Δάφνιδος καὶ κόρης. In quo, etsi non damno lectionem quam docti viri amplexi sunt,

Ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστι· καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται·

vt tribuantur ista puellæ, secus ac in plerisque veteribus editionibus: inuenio tamen in Rom. cod. aliam scripturam, quæ si admittatur, tres versus, quorum hic medius est, sub personam Daphnidis erunt continuandi: ea est, ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστιν, καὶ ῥόδον αὖον ὀλεῖται. confirmari hæc lectio potest simili eiusdem poëtæ loco in Ἔρωτι·

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει.
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ.

eadem sententia varie a Græcis poëtis est expressa, vt,

Νῦν ἔτι χαίρομαι· ἰδ' ὁ χρόνος οἷα δαμάζει.
Καὶ σταφυλὴ γήρως αἰσθάνεται ῥυτίδων.

alius poëta, Εἴη μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσταφίς. item alius, Ὄμφαξ οὐκ ἐπένευσας, ὅτ' ἦς σταφυλὴ περιτέμνω, Μὴ φθονέσῃς δοῦναι κἂν βραχὺ τῆς σταφίδος. Lector eruditus diiudicet. Sequuntur postea puellæ hæc verba,

Τάχεις μὴ ἐπιγάμοις; τάχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;

quibus indicat nobis poëta antiquorum

rum morem, cuius alii quoque multi Græci Latinique poëtæ meminerunt. Solebant enim veteres cum vxorem ducerent, domum statim sibi ædificare. Adi poëtæ interpretes ad illud Ἰλ. β. de Protesilao, καὶ δόμος ἡμιτελής, & doctissimum Turnebum libro XXI. cap. XVII. Diodorus in sponsi obitum,

> Ἡμιτελῆ θάλαμόν τε καὶ ἐγγύθι νυμφικὰ λέκτρα
> Κοῦρε λιπὼν ὀλοὰν οἶμον ἔβης αἴδεω.

Mox,

> Δεῖξον ἐμοὶ σέθεν ἄλσος, ἐπὶ σέθεν ἵσταται αὖλις.

In editionibus antiquissimis, vt Romana & Flor. habetur, δεῖξον ἐμοὶ ἔθεν ἄλσος. quod sine librorum auctoritate mutatum nolim: nam ἔθεν pro σέθεν ita dictum, vt alibi, ἅς pro πᾶς· ἐς ναὸν δ' ἀπέδωκας, ἅς δ' ἀπέδασσαο τιμάς. de quo genere loquendi plura Gulielmus Canterus in Lectionibus suis. Ait Daphnis,

> Μᾶλα τεὰ πράτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω.

postremam vocem vidi qui haberet de mendo suspectam: aptius enim δράξω, vel simile quid fore videbatur. illa vero bene habet: nam ita apud Nonnum & Musæum, γάμον ἀδίδακτος. τοῖς & ἀμύντορ ἔρωτες. in sequenti versu τάχιον pro φέρτερον vsurpat puella, zonam ac pudorem puellarem non sine horrore soluere incipiens. Sed venit mihi in mentem, Nonni librum XLII. percurrenti, hæc ita esse distinguenda,

> Δα. Μᾶλα τεὰ πράτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω.
> Νυμφῶ, τί ῥέζεις Πᾶνα; Κο. τηλῶ πάλιν ἔξεσι χεῖρα.

vt posterioris versus initium sit Daphnidis, stupentis in puellæ mammillis quas manibus tractabat. Nonni locus qui mouebat me ita sentire, est hic,

> — ἐπιψαύουσα δὲ μαζῶν,
> δεξιτερὴν νάρκησε γυναιμανέος Διονύσου.

In LIV. versu,

> φεῦ φεῦ, καὶ ταν μίτραν ἀπέσχισες· ἐς τί δ' ἔλυσας;

placet lectio quam inueni: φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν; ἀπέσχε. ἐς τ. Prouerbium quod mox habetur, — τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης, sumtum est ex Ὀδυσ. ρ. Οὐ σύγ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης: nam Callistrati scribentis apud Homerum ἄλλα, ratio haberi non debet: alioquin etiam apud Theocritum ita putarem scribendum. Hesychius, οὐδ' ἅλα, οὐδὲ τὸ ψυχρὸν καὶ ἀφθονον εἰς χρῆσιν. Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ἄρτον τὰ φλογίσματα. quo loco mira sunt, ni latet monstrum in voce Αἰγύπτιοι· intelligit autem Hesychius quæ Græcis vocantur ψώθια & ἀθάρυγοι Latinis *betta* in panis crusta. orta parœmia a pauperum cœnis, quibus sal & acetum pro cibo. quo respiciens Theocritus dixit idyllio X. — ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ἕξω. Sed & vulgo ἅλας pro re vilissima vsurpabant: vnde apud Isocratem τοὺς βομβυλιοὺς καὶ τοὺς ἅλας ἐπαινεῖν, de rhetorum ostentatione in re nihili: & ἁλώνητον ἀνδράποδον pro vilissimo. Non probo autem, vt legatur in extremo, ἀνίστατο φαεσφόρος ἠῶς· neque enim hæc noctu geruntur, vt dicatur aurora surgere. placet vulgata lectio: quam tamen vt explicem, operæ non est pretium. Atque vtinam sinerent nos eruditissimi viri, multa id genus in Plauto ignorare: nec tantum se in eorum expositione torquerent.

## CAP. XXII.

*Percurritur carmen de Europa. ἐξ αἵματος, & πρὸς αἵματος. Telephassa Libyæ nurus. νυός, ἐννυός, νύμφη. Loci variorum poëtarum emendati: γλαυσσειν & ὑπογλαύσσειν. ὠή, ὄρνη.*

In omnibus antiquis editionibus, atque etiam in recentioribus nonnullis,

nullis, inter Theocriti idyllia locum habet elegantissimum illud poematium quod est de Europa scriptum. Nos igitur illud hoc loco, ceu Theocriticum, etsi aliter quibusdem videtur, percurremus. Ac primum illud videamus in calathi descriptione,

— ἣ δὴ πόρεν περικαλλεῖ Τηλεφαάσσῃ
ἥτ' οἱ αἵματος ἔσκεν. quid enim, obsecro, postrema verba sonant? non opinor aliud quam si dixisset ἔσκεν οἱ θυγάτηρ vel ἀπόγονος. vt sit sensus ex Libyæ sanguine ortam esse Telephassam. Sic accipiuntur ista apud Homerum: αἵματος εἰς ἀγαθοῖο φίλον τέκος. & hæc Apollonii lib. IIII. Ἔμπεδον ἀθανάτων ἔσαν αἵματος. Q. Smyrnæus lib. XIIII. Ἄμφω γὰρ μακάρων ἔσαν αἵματος. Atqui Telephassa nurus Libyæ non filia aut neptis fuit. Apollodorus, Ἀγήνωρ δὲ παραγενόμενος εἰς τὴν Εὐρώπην γαμεῖ Τηλέφασσαν. Agenor autem Libyæ filius & Neptuni. de Telephassa diuersa est apud Apollonii interpretem narratio: sed nemo tamen veterum, quod sciam, Libya prognatam dixit. An vero ita accipiemus quasi dixisset ἔσκε πρὸς αἵματος? mitto dicere quam recte dicatur nurus socrui consanguinea: hoc dico, insolens valde & durum esse hoc loquendi genus, ἔσκεν αἵματος, pro ἔσκε πρὸς αἵματος. non enim temere bonos auctores ita esse locutos reperias. Lege autem, ἥ γ' οἱ ἐννυὸς ἔσκεν. ἐννυὸς veteribus Græcis est nurus: quæ aliis est νύμφη, vt apud Plut. & Græcos I. Ctos. Pollux, ἡ μὲν γεγαμημένη νύμφη καλεῖται τῇ τοῦ γήμαντος μητρὶ καὶ τῷ πατρὶ, καὶ ἐννυός. Scribi etiam potest, Ἥ γ' ἑοῖ νυὸς ἔσκεν. nam νυὸς pro eodem accipitur. Eustathius νυὸς ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἡ τοῦ υἱοῦ γυνὴ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ, ὡς ἡ Ἑλένη τῷ Πριάμῳ καὶ τῇ Ἑκάβῃ. & ita accipit hic idem poëta: si quidem Moschus est, quod quidam volunt, huius carminis auctor. Locus est in Megara, vbi de Alcmena ait, Μύθοισι πυκινοῖσι φίλην νυὸν ὧδε μετηύδα: sic etiam apud alios. non frustra tamen additum est ab Eustathio, ὡς ἐπὶ πλεῖστον. nam aliquando aliud significat. Theocritus in Epithalamio,

Κ' εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος Μενέλαε τεὰ νυὸς ἅδε.

Scribo ibidem mutata distinctione,

Ὅστις ἀλιζόμενος Φρυγῶν πολυαθέϊ χώρῃ,
Ταῦρον ἀιάπλωσας· ὡσεὶ τ. Legebam etiam paullo post, Κρύψε δ' ἰὸν καὶ τρέψε δέμας, pro κρύψε θεόν. est enim procliue mendum, e δ' ἰὸν, in θεόν. non semel in hac voce peccatum est apud poëtas: & succurrunt exempla quædam. Pindarus Nemeonicis, ode tertia, — ὧν παλαίφατον ἀγρίαν οὐκ ἐλεγχέεσσιν Ἀριστοκλείδας

τεὰν ἐμίανε κατ' αἶσαν. scribendum Ἀριστοκλείδας γ' ἰὸν ἐμ. Q. Smyrnæus lib. VII.

Τάχα δ' αὐτὸς ἐγὼ θεοῦ πατρὸς ἀντιθέοιο.

legendum, ἐγώ τοι ἑοῦ π. & ἑοῦ pro ἰδίου vel σοῦ, vt sæpe. & ita lib. IX. νῦν δ' ἔτ' ἀφ' σύγ' ἐοῖσι θεὸν τέκος. scribe, ἰὸν τέκος. Nonnus libro quinto, Καὶ πλοκάμους ἐδάιξε· νόθον δ' ἔρρηξε χιτῶνα. scribo, ἐδάιξεν· ἰδὼν δ': vel ἰόν. In carmine de Alpheo, Ἀνθολ. α. Νυμφίος αὐτοκέλευθος ἑὸν ὀχετηγὸς ἐρώτων. malim ἰῶν. Veruntamen vulgata lectio in Theocrito mihi nunc mutanda non videtur. nam κρύψε θεὸν est, quod Latini dicunt, *dissimulare deum*, vt apud Ouidium aliquoties, & *celare hominem* apud Cassiodorum. omnino autem scribi debet,

ὄσσε δ' ὑπογλαύσσεσκε δι' ἵμερον ἀστράπτοντα.

non ὑπογλαύκεσκε. nam γλαύσσειν & ὑπογλαύσσειν dicitur. Callimachus:

Φαέα μουνόγληνα σάκει ἴσα τετραβοείῳ
Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα. Apollonius in pr.
— διαγλαύσσουσ' ἀταρπιτόν. Hesychius, γλαύσσει, λάμπει, φαίνει. Probo vero & amplector omnino doctissimi Aurati emendationem, infra legentis, — ὄφρα μὴ ᾤαν Δῶρα ἐφελκομένην. ᾤα est vestimenti ora, quæ & λέγνη, & λῶμα, & πέζα. &

ὄχθοιβος dicitur. Eandem vocem ᾤαν putem restituendam apud Cedrenum in vita Tiberii iunioris: θείσας, ait, διδακτυλίους ὄργας ἐν τῇ στολαῖς αὐτῶν κόσμου χάριν φορεῖν. significat constituisse Tiberium ne quis aliter purpura vteretur, quam in segmentis vestibus assuendis duos digitos latis. itaque scribendum videtur, ᾤας non ὄργας. nam etsi ᾤας proprie appellabant segmenta ex pelle ouina, quæ soliti veteres suis vestibus assuere, ne oræ solum stringentes tererentur: tamen & de aliis dicitur. sed fortasse verius est (quod vir præstantissimus Iacobus Cuiacius sentiebat) vocem esse e Latino detortam, pro ora vel ornatura: quales sunt apud scriptores id genus infinitæ.

## CAP. XXIII.

*Miscellæ obseruationes. Pisander Camirensis: Loci aliquot ex Eustathio illustrati: τὰ σκληρὰ Θεοκρίτου. Heroïnæ eiusdem. Theocriti patria & ætas.*

VAGABOR libere isto capite, & quicquid, vt dicitur, veniet in solum, quod scire Theocriti lectorem melius putem, quam ignorare, id huic chartæ illinam. etenim, vt ille ait, *stulta est clementia, cum tot vbique Nugis occurras, peritura parcere chartæ.* In epigrammate de Pisandro scribe, Πείσανδρος ζωίγραψεν ὁ 'κ Καμείρου· non Καμειρεύς. præter metri legem, auctor Strabo. In sexto locum istum, Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον, sic explicat Eustathius: Θεόκριτος δὲ ἐν τῷ καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς κινεῖ λίθον, ἰδίως τῇ ἐλλείψει χρῆται. παραπέμψας φασὶν, ἤγουν σιωπήσας τὴν ἱεράν. Locus est in sexto Iliadis commentario. sed vberius de eodem loco scribit hæc ille in primum Ο'δυσ. tractans de tesserarum ludo: παρατείνεται δέ, φησι, δι' αὐτῶν καὶ μέση γραμμή, ἣν ἱερὰν ὠνόμαζον ὡς ἀνωτέρω δηλοῦται, ἐπεὶ ὁ νικώμενος, ἐπ' ἐσχάτην αὐτὴν ἵεται· ὅθεν καὶ παροιμία, κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς, λίθον δηλαδὴ, ὅ ἐστι τῶν ἀπεγνωσμένων, καὶ ἐσχάτης βοηθείας δεομένων. Σώφρων· κινήσω δ' ἤδη, καὶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς. Ἀλκαῖος δέ φησιν ἐκ πλήρους. νῦν δ' οὗτος ἐπικρέκει, κινήσαις τὸν πέτρας πυκινὸν λίθον. τοιοῦτον δὲ καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ, τὸ, τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινήσω λίθον. In septimo idyllio versum hunc, τᾶθ' ὅτι πρὰν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα. aliter legit Eustathius, nempe pro ἐν ὄρει, ὤρῃ· eius verba sunt hæc ad Ι'λ. ῥαψ. α. τοιοῦτον καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ, τὸ ὄρη φίλε, ὃ μελύδριον ὤρῃ ἐξεπόνασα. τουτέστιν ὥρᾳ τὸ μέλος ὃ καθ' ὥραν ἐπονήσαμεν. non male: nisi quod suspecta mihi etiam hic eius grammatici memoria. Quid appellat idem alibi τὰ σκληρὰ τοῦ Θεοκρίτου; Sic ille ad Ο'δ. ῥαψ. ζ. Ἱστέον ὅτι περὶ Ἀπόλλωνος Δηλίου ἤγουν γεννηθέντος ἐν Δήλῳ τῇ νήσῳ αἴνιγμα φέρεται ἐοικὸς τοῖς τοῦ Θεοκρίτου σκληροῖς, τοιοῦτον. Εἰν φανερῷ γνώμην· πάτρην δέ μου, ἁλμυρὸν ὕδωρ Ἀμφὶς ἔχει· μήτηρ δ' ἐστ' ἀριθμοῖο πάϊς. ἤγουν ἐν τῇ Δήλῳ ἐγεννήθην, μητέρα δ' ἔχω Λητὼ τὴν παῖδα τοῦ Κοίου, ὅς ὁμώνυμός ἐστι τῷ παρὰ Μακεδόσι κοίῳ, τουτέστι τῷ ἀριθμῷ. an respicit Fistulam & Aram, ænigmatica poëmatia? an illas duplices metalepses quæ sæpe ad ænigmatis obscuritatem accedant? nam de ea figura tractans idem ad Ι'λ. α. Theocritum maxime inter veteres illa esse vsum notat. Extant apud Athenæum versus poëtæ huius, qui nusquam hodie in iis quæ habemus reperiuntur: eum locum ascribam. Θεόκριτος, inquit, ὁ Συρακούσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Βερενίκῃ τὸν λευκὸν ὀνομαζόμενον ἰχθὺν, ἱερὸν καλεῖ διὰ τούτων·

Καί τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπ' ἀγροζωίαν τε καὶ ὄλβον
Ἐξ ἁλὸς, ᾧ ζωή, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθὺν
Ὃν λευκὸν καλέουσιν· ὃ γὰρ θ' ἱερώτατος ἄλλων.
Καί κε λίνα στήσαιτο καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
Ἔμπλεα.

puto

puto autem hunc locum sumtum esse ex opere Heroïnarum: quod non omnes huic ascribebant, quemadmodum ex Suida constat. At Encomium Ptolemæi nemo vnquam, vt arbitror, dubitauit istius esse. vt manifesti erroris arguatur Ioannes Tzetzes, qui locum ex eo carmine proferens, tamen ait, ὁ Χῖος ὁ Θεόκριτος χάρις. Miror Theocritum nequisse ei persuadere se alium esse a Chio: quod tamen omnibus testatum facere voluit hoc disticho:

> Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος ὃς τάδ' ἔγραψα
> Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.

Magis tamen mirari sæpe subiit antiquissimos criticos, & Tzetze haud paullo eruditiores, in Olympiade notanda errasse, qua florebat Theocritus. Omitto crassum Munati errorem, qui Theocritum temporibus Ptolemæi Philopatoris vixisse scriptum reliquerat. quo nomine iure est reprehensus a scholiaste ad XVI. sed vt Munatus iuniorem fecit Theocritum, quam esset: ita alii nonnulli antiquiorem. nam in veteri hypothesi idyllii quarti scriptum, floruisse illum circa centesimam Olympiadem; vel, vt scriptus liber habebat, CIIII. & addebat auctor, ὡς ἐδείξαμεν. Vellem extaret ille locus quo nos reiicit. ibi enim hac de re accuratius tractatum fuisse videtur: quod nusquam factum in iis commentariis qui nunc extant. Atqui certum est neque centesima, neque CIIII Olympiade floruisse Theocritum: sed post centesimam & vigesimam. quare scripserat fortasse hic grammaticus: ὁ δὲ Θεόκριτος ὥσπερ ἐδείξαμεν κατὰ τὴν ρκδ Ὀλυμπιάδα ἤκμασεν· non vt editum est, κατὰ τὴν ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα: neque vt scriptum ostendimus, κατὰ τὴν ρδ. nam illis temporibus ne natum quidem arbitror fuisse hunc, nedum ἀκμάσαι. Floruit vero sub Hierone iuniore Syracusarum tyranno, & Ptolemæo Philadelpho Ægypti rege altero ex gente Ptolemæorum. ille interstinctum maiorum imperium Syracusis rediuiuum excitauit, anno secundo Olympiadis CXX. hic, circa Olympiadem CXXIV, a patre Ptolemæo Sotere traditum sibi regnum cœpit administrare.

FINIS.

# DANIELIS HEINSII
# ΣΧΟΛΑΙ ΘΕΟΚΡΙΤΙΚΑΙ,

SIVE

## Lectionum Theocriticarum

LIBER VNVS.

*Item*

Idyllia aliquot eiusdem poëtæ & epigrammata omnia,
partim ab eodem DANIELE HEINSIO,
partim ab HVGONE GROTIO
Latine reddita.



Τῷ λαμπροτάτῳ ἀνδρὶ,

# ΠΑΥΛΩ, ΒΟΥΖΑΝΒΑΛΛΙΩ,

τῷ τοῦ μεγάλου τῶν ΚΕΛΤΩ͂Ν ΒΑΣΙΛΕ΄ΩΣ πρὸς τοὺς τῆς ΒΕΛΓΙ΄ΔΟΣ Ἀ΄ΡΙ΄ΣΤΟΥΣ πρεσβευτῇ

ΔΑΝΙΗ΄Λ Ὁ ΕἹ΄ΝΣΙΟΣ.

ΕΚ πολλοῦ ἤδη δεδιέναι μοι συνέβη, ἄνερ λαμπρότατε, μὴ τοῖς πολλοῖς τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων ἀτόπῳ τινὶ πράγματι ἐπιβάλλειν δόξω, ἐφ' οἷς ἀνθρωπίσκος ἐγὼ, ἐννεάσας τῇ κατὰ τὰς ποιητικὰς διατριβὰς σχολῇ, καὶ τοσοῦτον ὁμιλήσας τῇ θεωρίᾳ τῆς παιδείας ἀπράγμονι, ὅσον ἀφοσιώσασθαι τῷ ἐμῷ ἐπιτηδεύματι καὶ τῷ βίῳ τούτῳ τῷ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν Μουσῶν εἰκῇ κειμένῳ φρονεῖ καὶ ἐξυπνιάζοντι, σοὶ οὐ τῶν τυχόντων, μὰ Δία, οὐδὲ τῶν κατὰ τὴν τάξιν τὴν ἐμὴν, ἀλλὰ τοῦ μεγίστου τε καὶ ἐπισημοτάτου τῶν βασιλέων τὰ πάντα σχεδὸν πεπιστευμένῳ, Θύρσιν τινὰ, καὶ Κορύδωνα, καὶ Δάφνιν τὸν χαρίεντα, πάντας μέχρι τοῦ αὐλοῦ καὶ τοῦ πλαγίου καλάμου σοφοὺς, προσφέρω, λίαν ὂν ἀπροσδιόνυσον, φασὶ, καὶ οὐ κατὰ πόδα τὸ δῶρον. Ἀλλὰ νὴ τὸν Πᾶνα τὸν Ἄγριον, καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Νόμιον, καὶ τὰς Νύμφας τὰς Κρανιάδας, καὶ εἰ δὴ ἕτεροί τινες τούτου τοῦ κόμματός εἰσι δαίμονες (οἰκεῖοι γὰρ τῆς τοιαύτης πολιτείας οὗτοι) καίπερ ἀτοπίας φεύγων ἐγὼ, τοσοῦτον ὑπερφέρω τοῖς δικαίοις, ὡς ἐκ περιουσίας μόνον ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνειν· ἐν δέοντι γάρ μοι συνδικαζόμενος μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς αὐτὸς ὁ Θεόκριτος, μικρὸν ὅσον παρῳδῶν,

Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖς πόκα ῥήμασιν ἀδέα τέρψις.

ἵν' ᾖ

ἦν δὲ καὶ πρὸς τοῦ ἀπολογίας δεῖσθαί τινος, ἐπάξιος τοῦ τὸ πασῶν τῶν τοῦ Σόλωνος κύρβεων καὶ πάντων τῶν τοῦ Λυκούργου νόμων βιαιότερον,

Ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμε.

Ταύτας οὖν σοι τὰς μηχανὰς προσοίσει αἴπερ καλὸς καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος ὤν, ἀλλ' ἐν Διὸς δέλτων, φασίν, ὁ μάρτυς. Ὥστε τὰ πάντα ἐν καλῷ κεῖσθαί μοι δοκεῖν, τυχόντι μόνον τοῦ αὐτὸν τὸν Θεόκριτον συστῆσαί σοι τὴν δωριάζουσαν αὐτοῦ, καί, ὡς ἂν εἴποι αὐτός, πάντα πλατιάσδοισαν φωνάν. Τὸ δὲ ἐμὸν εἰς τὸ ἐπιὸν κατὰ πάντα ἀναίτιον ἔσται· τί γὰρ ἄν τις κατηγορεῖν μοι ἔχοι, εἰ ἀρχαίας τινὰς κηλῖδας, καὶ μονονουχὶ ἐς φύσιν ἐπανελθούσας, ἢ διὰ χρόνου πλῆθος ἢ διὰ μέγεθος, ἢ τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδαζόντων ἀμέλειαν, καὶ τὸν εὐρῶτα, τὸν τῇ θεσπεσίᾳ τοῦ Μενάλκα καὶ τῇ τοῦ Κομάτα σύριγγι προσπεφυκότα πάλαι, ἀπεμαξάμην; Εὖ μὲν οἶδα δέ, τοῖς μὲν πολλοῖς, μὰ τὴν νησιῶτιν τῆς Σικελίας Ἀρέθουσαν, ἀτελές τι μετιών· σοῦ δὲ διὰ πάσης σχεδὸν τῶν παιδειῶν τελετῆς καὶ ταύτης μάλιστα τῆς πολυθρυλλήτου ἐξεληλυθότος ἦν μὴ ἀποτύχω, ἐν ἀγαθῷ ἔσται πᾶν πρᾶγμα. Ἔρρωσο λαμπροτάτη κεφαλή, καὶ τῆς σοφίας σου καὶ τῆς γνώμης ὄναιο.

EIDEM

EIDEM

*Illustri viro*

# PAVLO BVZANVALLIO.

DVM tenet infractos ciuili robore Gallos
Publica pax, populo ſæpe vocata tuo,
Tityrus & noſter Corydon, dulciſque Comatas,
Et tibi quæ donet munera Daphnis habet.
Daphnis arundinibus melior, ſed Tityrus ore:
Hic domini pecoris paſtor: at ille, ſui.
Fiſtula iam multis ſenium contraxerat annis,
Et vitio cæci temporis atra fuit.
Nos varias ſordes, nos longi incommoda ſæcli
Suſtulimus, propera vulnera facta manu.
Offerimus tibi pacis opus: qui Celtica dicat
Arma duceſque tuos alter & alter erit.
Tempora, da veniam, tua ſi mea dona ſequantur,
Et liceat domini ſorte placere mei.
Si tibi Mars nocuit toties gentique tuorum,
Hoc mihi nunc proſit, quod tibi triſte fuit.

DAN. HEINSIVS.

# LECTORI.

BIENNIVM fere est, amice lector, cum nonnulla quæ ad Theocriti idyllia notaram clarissimo & amicissimo viro Iohanni Commelino addixeram, cui & inscriptionem libelli nundinis vernalibus repræsentandam miseram, sicut vulgo fieri in indicibus solet, eorum quæ proxime sequentibus expectari volumus; quæ res nescio quomodo prætermissa fuit. Prodierunt interea Heidelbergæ Notæ nostræ, sicut eas e schedis meis transcripseram, sed ita corrupte, ita mendose a mercenariis hominibus extrusæ, vt nihil fere meum in libello agnoscerem; & ipse typographus ὁ ἀρχηγὸς ὁ τῆς ex æquo ad se rei ignominiam spectare ratus, omnia supprimere exemplaria iusserit, nouamque continuo editionem cum aliorum nostrisque multo vberioribus sit molitus. Tuum autem ignoscere erit siquid post incomparabiles viros Iosephum Scaligerum & Isaacum Casaubonum in hunc poëtam a nobis tentatum est; cum vterque eorum non modo veniam dederit, sed consilio & fauore institutum nostrum, qua est humanitate non minus quam scientia, prosecutus sit. De reliquis, qui aliquam ad hunc poëtam contulerunt operam, idem spero: quorum nomina, si alicubi forte ab iis me dissentire contingat, vel omnino non vel honeste propono. Præterea nec idem spectauimus omnes, nec μίαν πάντες χορδὴν ἕλκομεν. Quia autem editioni nostræ & Græcus interpres accessit, ne imperiti harum literarum & tirones nimium illis glossis tribuant, passim in eas animaduertimus; vt vbique veritati constet sua dignitas, nec incauta iuuentus in errorem rapiatur: cuius præcipua lena est antiquitas, & temporis in re plerunque non bona patrocinium. Vale, quisquis es, & faue.

DANIE-

# DANIELIS HEINSII
# Scholæ Theocriticæ,
## SIVE
# LECTIONVM THEOCRITICARVM
## LIBER VNVS.

### Cap. I.

*Quædam ad Theocritum præmissa. Inscriptio Theocriti, Θεοκρίτου τοῦ Συρακουσίου Εἰδύλλια. Θεοκρίτου Βουκολικά. Theocritus Βουκόλος. Theocriti editiones tres. Diuersa dispositio. Collectio Bucolica. Theocriti Bucolicorum editio. Idyllia, Hymni, alia. Sermo rusticanus, ciuilis. Decem Bucolica Theocriti Idyllia. quo metro conscripta. Εἴδη. Εἰδύλλια.*

IN principio statim nos remoratur inscriptio, & ad cætera euntibus laciniam trahit. Hæc certe quam habemus, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ, librariorum est aut posteriorum hominum non poëtæ. Imperite enim quod præcipuum fuit exclusum est, & a quo Theocritus veteribus maxime innotuit. Erit hæc aut similis: ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ, aut, ΕΙΔΗ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ: quod nihilo minus tamẽ a Grãmaticis esse cõfidimus, nõ a poëta. Sic magister Græcus quisquis est cuius excerpta aliquot Theocrito in editione Romana præfixa erãt, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ, inquit, ΕΙΔΥΛΛΙΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ. Item siue ille siue alius qui quæstionem mouet, aut, vt ipse loquitur, ἀπορίαν, πῶς Βουκολικὰ ἐπιγέγραπται μὴ ὄντων ὅλων βουκολικῶν, ἀλλὰ καὶ ποιμενικῶν καὶ αἰπολικῶν. Addimus aliud. Theocritus a veteribus Βουκόλου citatur nomine, sicut Homerus Poëtæ. Sic interpretes quorum collectanea ad Pindarum leguntur. τὸ δ' ὑπ' ἀγκῶνος ὡς πρὸς τὸ φαρέτρας ἀκουστέον· εἶπε καὶ Βουκόλος, ὑπωλένιον τὰν φαρέτραν. Quo loco vox Βουκόλος existimari non potest, esse persona alicuius quæ introducitur, cum illud idyllium, ex quo verba illa adducuntur, ἀλληλογραφία non constet: est enim decimum & septimum, nimirum Ptolemæus. Glossarum quæ ad Apollonium extant autores Grammatici ad primum librum diserte ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ citant, cum ita notant: Θεόκριτος ἐν τοῖς Βουκολικοῖς, ἐν τῷ Ὕλᾳ ἐπιγραφομένῳ, ὑπὸ πασῶν φησὶν αὐτὸν τῶν Νυμφῶν ἡρπάσθαι. Hermogenes, Καὶ πάλιν τὰ Θεοκρίτου ἐν τοῖς Βουκολικοῖς, καὶ ἄλλων οὐκ ὀλίγων, Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, & alibi. Vt pluribus testimoniis supersedeamus facile a nobis impetrauimus, quandoquidem inscriptionem hanc M. S. fide confirmari vidimus: quam nos sola coniectura ducti antea reposueramus. Cui tamen nondum acquiescere, vt hodie se res habet, studiosos Theocriti velimus, nisi sciant prius: horum idylliorum quæ in hoc volumi-

volumine circumferuntur hodie, & Theocrito adscribuntur, diuersas fuisse ἐκδόσεις, & editionem non vnam: quibus diuersas fuisse inscriptiones est necesse. Nos distincte tres obseruauimus. In prima seorsim a reliquis distincta fuerunt Theocriti Bucolica, quæ Ἔπη βουκολικὰ sicut Εἰδύλλια βουκολικὰ a Grammaticis dicuntur. In secũda fuerunt omnia τὰ εἰς Θεόκριτον ἀναφερόμενα: quæ Theocrito adscribebantur omnia, ne exceptis quidem illis quorum character erat longe diuersus. Tertia nihil fuit quam σύνταγμα vnius πραγματείας, & collectio Bucolica, qua Moschi, & Bionis, & si qui præterea simile argumentum tractarant, in vnum corpus redacta sunt. Non aliter quam in editione & collectione Græcorum epigrammatum factum est, præfixo singulorum nomine, quæ postea interciderunt negligentia Græculorum & desidia, quibus satis erat, *frui paratis.* Hæc editio omnium postremo ad nos peruenit, quæ Artemidori tempore consarcinata est, qui nos id eleganti epigrammate scire voluit, cuius lemma erat, Ἀρτεμιδώρου γραμματικοῦ ἐπὶ τῇ ἀθροίσει τῶν βουκολικῶν ποιημάτων. Epigramma autem:

Βουκολικαὶ μοῖσαι σποράδες ποκά, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
Ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

Huius ἐκδόσεως exemplaria & ἀντίτυπα fuerunt omnes antiquissimæ editiones quæ patrum memoria excusæ sunt, donec tandem viri docti ea distinxerunt, quæ aliorum erant. In quo non potuit ita nobis satisfieri quin existimemus multa hodie sub Theocriti nomine circumferri quæ aliorum sunt. Multa præterea illius poëtæ intercidisse hac occasione, quæ nunquam ad nos peruentura sunt: multa etiam quæ potius quiduis quam Bucolica sunt, inserta fuisse; siue a collectoribus, siue ab iis qui Theocriti relliquias hac ratione superesse volebant. Primæ editionis inscriptionem necesse est fuisse, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ: quæ nihil quam Bucolica huius poëtæ habebat. Reliqua Idyllia dicta fuerunt & inscripta: quorum argumentum erat non vniforme. Horum exemplum sunt Χάριτες, & quæ olim extabant simili argumento conscriptæ Ἐλπίδες & Προιτίδες. Hic etiam collocamus Πτολεμαῖον, & nonnulla, quæ a posterioribus inter Bucolica recensita sunt. Hymnorum specimen est in Castoris & Pollucis: Heroïnarum in Βερενίκῃ: quæ ab Athenæo adducitur. Ἐπικήδειον & Elegiarum nullum est, quod quidem exstet hodie. Nam existimamus autorem collectaneorum quæ Suidæ adscribuntur nihil eorum vidisse quæ Theocrito a quibusdam attribui commemorat, præter τὰ Ἐπιγράμματα, de quibus non minus dubitat quam de reliquis; sed ex relatu aliorum accepisse quicquid hic tradit. Dubitari præterea potest, an inter Theocriti idyllia lecta fuerint eorum pleraque, an vero seorsim inscriptionibus distincta, quod non existimo. nam & parua pleraque poëmatia fuerunt, & quæ corpus non constituerent. In secunda editione Bucolica commista fuerunt: in tertia non omnia prætermissa. Bucolicis seorsim vtebantur veteres. Nec alio facile traxerim iudicium Fabii. *Admirabilis in suo genere Theocritus, sed musa illa rustica, & pastoralis, non forum modo, verum ipsam etiam vrbem reformidat.* Separat ab oratoris cura non Theocritum, sed rusticam musam, τὰ βουκολικά: quia toto genere differunt τὸ βουκολικὸν καὶ τὸ πολιτικὸν εἶδος. Hoc est quod Probus obseruabat olim. *Theocritũ poëtam facilius Bucolica scripsisse, quia apud Græcos, sermo rusticanus a ciuili diuidi potest: ideo*

*ideo Latinis difficile fuit, quia necesse est per eadem verba accommodare sensus.* Quanquam & Fabius non tam hæc a Rhetore aliena videri vult (si recte eum capimus) quam a negotiali parte, quam illi πραγματικὴν dicunt. Tantum autem abest, vt hoc iudicium de reliquis accipiamus, vt probe meminerimus, & Ptolemæum & alia quædam Theocriti plena esse ἐννοήσεων optimarum & verborum: quibus in arte sua, ac præsertim, cum τὰς πανηγυρικὰς μελέτας excutiunt, nihil simile inuenient Rhetores, aut dicendi artifices. Decem Bucolica & idyllia vere rusticana agnouerunt veteres. Seruius: *Sed est sciendum sex Eclogas esse mere rusticas: quas Theocritus decem habet.* Hæ decem sunt, si recte iudicamus: ΘΥΡΣΙΣ, ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ, ἈΜΑΡΥΛΛΙΣ, ΝΟΜΕΙ͂Σ α, ὉΔΟΙΠΟ΄ΡΟΙ, ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑῚ α, ΛΥΚΙ΄ΔΑΣ, ΒΩΚΟΛΙΑΣΤΑῚ β, ΝΟΜΕΙ͂Σ β, & ΚΥ΄ΚΛΩΨ. Nam quod hodie decimum est, & vere rusticanum, non magis Bucolicum est, quam quod primũ & vigesimum est. Alterum enim θεριστικὸν est, & antiquas Lytiersæ formulas continet: alterum ἁλιευτικὸν, & ad aliam πραγματείαν maxima ex parte spectat. Quod in animo habuisse existimamus Seruium, qui de iis agit, quorum non est aliud argumentum, quam hæc. E tot Theocriti quæ hic habemus fere sola hæc imitatus est Virgilius: &, si vnum aut alterum excipias, ex aliis nullum; nisi quatenus diuersi etiam instituti poetis. Quod magno argumento est cum paucis aliis seorsim hæc edenda esse. Metro præterea diuerso conscripta sunt: quod miramur doctis viris in mentem non venisse; Bucolico nimirum. Primum idyllium ad versus 152. excurrit: omnes, exceptis septem & viginti, Bucolici sunt: quod interdum cum periculo affectauit: omnesque demptis duobus in fine pedibus Tragicum tetrametrum statuunt.

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς.
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται.
Συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον.
Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον.
Αἶγα δ' αἴκα λάβῃ τῆνος γέρας.
Ἁ χίμαρος· χιμάρω δὲ καλὸν κρέας.

Tertium versibus 54 constat: ex iis omnes, exceptis nouem, Bucolici sunt.

Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα.
Βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος.
Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε.

Confer deinde reliqua cum Ptolemæo & Gratiis: quantum distent videbis, & quid reliquorum intersint Bucolica. Idea Bucolicorum vbique καθαρὰ est, &, κατὰ τὴν ἀφέλειαν ἐπιτυχεστάτη. In reliquis multa sunt περιττονοημένα & profunda: vt qui ea non distinguat in Rhetorum schola nihil profecerit. Grammatici, qui de solis Theocriti Bucolicis iudicant, notant poetam vt ἠκριβωμένως τῇ Δωρίδι: qui de his collectaneis, χρῆσθαι τῇ [illegible] τῇ Δωρίδι καὶ τῇ Ἰάδι. Qui diuersas iterum ἐκδόσεις respiciunt. Alteri sola Bucolica in animo habuerunt: alteri Bucolica & idyllia reliqua. Ex quibus omnibus Bucolica βεβαίως καὶ ἀναμφιλέκτως huic poetæ asscribebant. Sed in his quæ habemus Bucolicis quædam sunt in quibus non accurate obseruatur ἡ Δωρίς: & multa contra Dorica, quæ non sunt Bucolica. Bucolici Ionici exemplum est in Aïte, quem non possumus asscribere Theocrito. Dorici exemplum nec tamen omnino Bucolici, in Hyla, in Adoniazusis, in Thyonicho: quæ omnia certo Theocriti sunt; in quibus & sermo, & numeri, maximeq. postremi, & ἐννοήσεις, sensusq. accurate quidem Bucolicam Ideã referunt; sed, vt loquuntur Grammatici, ἔστιν ὅτε τῆς πραγματείας ἀπολείπονται, & ab argumento recedunt, aut eo destituuntur:

tuuntur: sicut illa Virgilii quæ excepit Seruius. Bucoliscum & Oaristyn Bucolica, non possumus ascribere Theocrito: sed illi cuius character inter Theocritum & Bionem sit, id est Moscho, quem veteres a Theocrito primum statuunt. Bion enim & laxior est, & amænior minusque agrestis. Hercules, qui Λεοντοφόνος inscribitur, exacte ἰωνίζει, & ex Theocriti idylliis relictus videtur, si illi tribuendus est: longe enim aliud iudicium requirit. Idyllium quod Δύσερως inscribitur & Ἡρακλίσκος vtrunque nos rapit: quorum alterum cum reliquis decem secutus est Virgilius, alterum imitatus alibi: quæ Theocrito debentur: quanuis posterius aliquid in animo meo relinquat, cur dubitem. Possemus ad classes suas & in ordinem digerere omnia, quod tentabunt ingenui iuuenes, vt iudicium suum exacuant. Theocritus duo dramata muliebria reliquit; quibus nihil simile Latini audeant. in vtroque mira verborum licentia; in altero etiam γλισχροστομία. Vtrunque ex Sophronis γυναικείοις desumptum est. Vtriusque κατάστασις totam fere ὑπόθεσιν comicam aut mimicam complectitur; quales sunt quas Rhetores argumenta vocant, nec vt fabula poëtica cohærent. Rursus multum a reliquis differunt quæ Αἰπολικὰ sunt: in quibus maior est inciuilitas, & τὸ ἰδιωτικὸν, personæ vero nec a fœditate absunt & αἰσχρολογία. Vt in quinto apparet: quod idyllium singulare est, & in suo genere exemplum, antiquæ nimirum βουκολίας: vbi nunquam fere sine obsceno sensu rixatur Caprarius: βουκολίαν enim dicebant ab hoc scribendi genere τὴν κακολογίαν, vt suo loco ostendimus. Sed ad rem: nec hoc nunc agimus; de inscriptione loquimur. Tanta confusione cum omnia hæc commissa essent, omni labore se defunctos grammatici arbitrati sunt, si hoc τεῦχος, in quo & Theocriti & aliorum consarcinata sunt poëmatia, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ inscriberent. quod ne tum quidem satis fuisset, si Moschi, & aliorum prætermisissent. Sed quandoquidem huc deuentum est, subterfugere non possum, priusquam hinc abeam, quin addam vnde dicta sint εἴδη & εἰδύλλια: quarum vocum veritatem & originem Grammatistas Græcos non attigisse mallemus: quod enim afferunt ambitiosum est & φορτικόν. Εἶδος est vox ἀοριστουμένη, & quæ nihil definit. Εἴδη Grammatici ea opuscula inscripserunt quæ a materia inscribi non poterant; quod multiplex esset & diuersa. Statii libellos Syluarum si Græce scripti essent Εἴδη dixissent & Εἰδύλλια: quanquam & Latini hac voce vsi sint. Ea autem nihil definit de toto, sed ad singula remittit. Suspensa itaque manu eiusmodi poëmatia, quæ nouum semper subiectum sumebant, dixerunt esse, εἴδη τινὰ, inscripseruntque postea Εἴδη & Εἰδύλλια. Diuersi itaque argumenti ἐπύλλια Theocriti siue a grammaticis & criticis collecta sunt, siue a poëta, aptissime Εἰδύλλια inscripta sunt, & singula, Εἰδύλλιον πρῶτον, δεύτερον, atq. ita deinceps. Et ita in Pindaricis: vbi ipsi libelli tamen non Εἴδη hodie, sed Olympia, Pythia, aut Olympionicæ, Pythionicæ inscribuntur: vniformis enim materia est; quanquam nouus semper ὁ ὑποκείμενος & a superioribus distinctus. Singula itaque Εἴδη dicuntur, vel distinctionis ergo, quia diuersis scripta sunt, vel numerorum qui inter se variant. Itaque qui opusculum suum Εἴδη vocat, nihil lectori de argumento promittit, sed semper nouum tractat, & ἀορίστως loquitur. Nec omnia melius appellare potest quam Εἴδη, nec singula: quia totius partem constituunt, &

multa

multa sunt. Atque hæc ratio est verissima. Scimus quid summi hac ætate viri senserint: in his tamen literis liberum vnicuique iudicium est. Sed reliqua non possum diutius Theocrito debere.

## C a p. II.

*Theocriti primum idyllium obiter inchoatur. In primis aliquot versibus quædam notata. Ἀντῳδὴ Theocriti, & artificiosum carmen. Μῶσαι & Νύμφαι apud Theocritum ταυτίζονται. Dea Pastorum. Caprariorum. Theocriti locus explicatur: interpres Græcus notatur. Theocritus aliquoties emendatur. Vox idiotarum βαγῳδεῖν. ἀγρῳδοί. διδοίκαμες. διδοίκω, πεφύκω, λελάθω, alia. χρωτίδες αἱ πηγαί. Interpretis Græci ἀπορητεία. Callimachi σύγχυσις λεxάτα. κηρογραφία. Interpres Græcus emendatus. item Theocritus.*

Primvm Idyllium suum Theocritus ab artificioso carmine auspicatus est: quod in Bucolico ἀλληλογραφικῷ palmam obtinet. Veteres alibi ἀντῳδὴν βουκολικὴν vocant. In ea singulæ partes singulis respondent. Ipse autem εἰρμὸς & congruentia partim ex αἰπολικῇ, partim ex Βουκολικῇ πραγματείᾳ dependet. Caprario a Pastore tribuuntur, Πὰν, τράγος, αἶξ, χίμαρος. Pastori a Caprario, Μῶσαι, ὄϊς, ἀρήν. Valde negligenter hæc inspexerunt veteres. Μῶσαι & Νύμφαι, quæ duæ voces ταυτίζονται; & de eodem a Theocrito sumuntur, deæ Pastorum sunt: sicut Caprariorum Pan. Hinc est quod infra Caprarius: τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες, ac propterea negat se canere posse, sed Thyrsidi negotium committit. Quæ ad eum locum Grammatistæ Græculi notarunt, qui illius rei caussam inquirunt, satis febriculosa sunt. ἐκ αὐτὴ τίνος ἢ ἑαυτοῦ μὴ πρέπειν εἶπε ἐκ τοῦ συρίζειν κατὰ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας διὰ τὸν Πᾶνα, εἶτα, τὸν Θύρσιν προτρέπόμενος ᾄδειν. ἐ γὰρ ταυτὸν ἐστι τὸ συρίζειν τῷ ᾄδειν· ἀνά συρίζειν μὲν ἐστι τὸ διὰ σύριγγος μέλπειν· ᾄδειν δὲ, τὸ κοινῶς βαγῳδεῖν, & quæ sequuntur. Metuebat Deum suum Caprarius sub cuius tutela erat, τὸν Αἰπολικὸν θεόν: cuius religionis immunis erat ἡ Βουκολικὴ τάξις. In secundo versu vt in primo scripserim, ἀδύ τι καὶ τὺ συρίσδες. Idiotismus non Doricus magis quam Atticus, & quo nihil frequentius. Himerius: ἦρος ἡ γῆ μειδιᾷ ἡδύ τι καὶ γελοσμένη. Theocritus pene singulis paginis vtitur. Latini venusta quadam & mira ratione idem tentarunt, etiam cum definite loqui videntur. Apuleius lib. 2. de Asino: *Ibi splendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam septem testibus, manu reuelat*. more Græcorum, qui ἑπτά τινὰς μάρτυρας dicunt, *septem quidam testes*, pro eo quod est, *septem testes*. Diodorus, διά τινας τοιαύτας αἰτίας non longe aliter. In sexto versu placet quidem contractum, χιμάρῳ ἢ καλὸν κρῆς. sed si soluamus Bucolicum metrum habebimus: quod etiam cum periculo studiose obseruat poëta. nam κρέας vel κρῦς maluerunt, qui nihil præter hanc vocem spectabant, τὸ ἐνθυμοῦ πάνυ ἀμφίπολις. Eodem versu lego, ἔστ' ἂν καὶ ἀμέλξῃς vel ἀμέλξῃ: sicut infra ἔστι κατέπτα: quod apud poëtam hunc tam multis rationibus confirmat Eustathius, vt dubitare sit nefas. ἔστε vero potius scribendum iam alii probarunt. In eadem ἀντῳδῇ duo proponuntur præmia ἀντίστροφα sibi mutuo. alterum Αἰπολικὸν, τράγος: alterum Βουκολικὸν, ἀμνός. Ab vtroque voces πραγῳδοί sunt notissimæ: & ἀγρῳδοὺς quidem Eustathius Homericorum versuum recitatores dictos fuisse obseruat: ἀγρῳδοὺς, inquit, ἐπειδὴ

οἱ ἀγω-

οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν ᾠδῇ Ὁμηρικῇ καὶ νικῶντες, ἄρνα ἐλάμβανον. Hesychius idem affirmat, & a Rhapsodis non distinguit id cantorum genus. At τραγῳδεῖν etiam sequioris Hellenismi vox est; quæ in his Grammaticorum collectaneis aliquoties occurrit. infra τὸ τραγῳδεῖν & τὸ συρίζειν opponuntur. Dicitur ibi τραγῳδητὴς qui alia voce vtitur, vt loquebantur veteres, qui canit tantum. Estque ea vox ἰδιωτικὴ καὶ κοινὴ illius temporis: & vbique in his collectaneis τραγῳδεῖν est μέλπειν, ἢ ᾄδειν. Sic ad idyll. 4. μελικτὰς δὲ, ὁ μέλη εἰδὼς ἐργάζεσθαι, τραγῳδητής. μελίζω γὰρ τὸ τραγῳδῶ. ad idyll. 8. ἀείδειν δέ ἐστι, τὸ κοινῶς τραγῳδεῖν: & alibi sæpe. In loco paulo ante adducto de Pane, putamus poëtæ characterem δωριάζοντα neglectum esse ab exscriptoribus. Nos nihil dubitamus scribere:

> Οὐ θέμις ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν
> Συρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκομες.

non autem δεδοίκαμες, vt vulgo. Δεδοίκω, πεφύκω, δεδύκω, λελάθω, & similia, quæ in omnibus idylliis occurrunt, prout accurate τὴν Δωρίδα seruant, sunt ἐνεστῶτες Dorici, τῶν παρακειμένων, vt loquuntur technici, χαρακτῆρα ἀναδεξάμενοι: qui deinceps ita inflectuntur. Cuiusmodi imperfectum apud Hesiodum notat Eustathius, ἐπέφυκον: sed memoria lapsus est cum Theogoniam adducit: quod sæpe Grammaticis euenire solet. Hesiodi interpretes: ἐπέφυκον ἀντὶ τοῦ ἐπεφύκεισαν· τὸ δὲ πέφυκα παρακείμενος ὤν, πεφύκω Δωρικῶς γέγονε· καὶ ὁμοίως ἐνεστῶτι ἀναδεξάμενον χαρακτῆρα, εἰς τὸν ἐπέφυκον παρατατικὸν ἔκλινεν. Tale est infra:

> Ἤδη γὰρ φράσδη πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν.

quem locum qui aliter scribendum existimat, per nos quidem imperitiæ damnas esto. Tale est:

> Οὐδὲν ποτὶ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο.

Viri docti qui nuperrime minutias istas in Theocrito excusserunt opinione sua falluntur, quotiescunque in eiusmodi locum incidunt. Sed quæso vos, de Græci interpretis glossa quid statuemus, qui paulo infra κρηνιάδων exponit, τῶν πηγῶν? Venit in mentem homini doctissimo, quisquis eius autor est, Theocritum vbique amplecti τὰ παράγωγα τῶν ὀνομάτων, sicut infinitis locis obseruauimus. ita vt sæpe noua excogitet, & quidem inusitata. sicut ἀμβολὰς infra, ita κρηνὶς, vnde hoc. Quam eruditi viri obseruatiunculam ne reiiciamus penitus, Epigrammatarius facile a nobis impetrat, qui scripsit:

> Λοκρεὺς ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο
> Νύμφαι κρηνιάδων λοῦσαν ἀπὸ σφετέρων.

vbi κρηνιάδες sunt αἱ πηγαί. Pergamus. Homo Græcus in sequentibus παράγωγον supinæ satis ἀπροσεξίας specimen dedit, vbi de etymologia cissybii agit: χυσσίβιον καὶ κισσύβιον. Ἡσίοδος·

> — ὄλβιον δ' εἶσι κισσυβίῳ.

Sed prius locum emendemus hoc modo: — ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ. Est autem Callimachi non Hesiodi. Non est dubium quin homo negligentissimus ex veterum criticorum glossis in Theocritum eum deprompserit, qui Callimachum ineptiarum notarant, διὰ τὴν σύγχυσιν & confusionem vocis ἀλείσου & κισσυβίου, cum longe diuersa essent. cuius criminis apud Athenæum arcessitur in illis:

> Καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν
> Ζωροποτεῖν· ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ,
> Τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα περιστείχοντος ἀλείσου
> Τὸ τρίτον.

Vapularat hoc nomine Callimachus a criticis veteribus; quorum censura ibi exprimitur. ὁ γὰρ λέγων ἄλεισον τὸ αὐτὸ καὶ κισσύβιον, τὴν ἀκριβῆ θέσιν τῶν ὀνομάτων οὐ διαφυλάττει. De eodem poëta cum ait,

*Καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἁδέϊ καρῷ,*

Puto intelligi artem illam quam veteres κηροχαφίαν dicebant, valde vsitatam Theocriti tempore Ægyptiis & Siculis: cuius aliquoties Athenæus in Ptolemæi pompa meminit: μεθ' οὓς ἄλλοι παῖδες ἔφερον κεράμια πρὸς τὴν τοῦ ...... χρείαν. ὧν εἴκοσι μὲν ἦν χρυσᾶ, πεντήκοντα δὲ ἀργυρᾶ, τριακόσια δὲ κεκηροχαφημένα χρώμασι παντοίοις. &c. καὶ πᾶσα τις αὐτῆς κηρογραφία περιεπεποίκιλτο. Interpres autem notat: κεκλυσμένον ἁδέϊ καρῷ, ἤγουν λελυμένον, scribe, κεκλυμένον. Mirum est, quam multa Græculis ociosis in mentem venerint. Eorum aliquis obseruarat, fœminam illam, cui suauissimus Caprarius primum in κισσυβίῳ suo locum tribuit, Pandoram fuisse: quod ne quidem antiquorum glossæ, quæ extant hodie ad illum versum, prætermiserunt:

> Ἔντοσθεν δὲ, γυνὰ, τὶ θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται.

Tribus credo adducti rationibus. Primo, τὸ γυνὰ de Pandora κατ' ἐξαίρετον sumi existimarunt: quod & in illo Hesiodi veteres notarunt:

> Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
> Ἐσκέδασ'.

Deinde τὸ δαίδαλμα putarunt adiici a poëta ἐπιμελῶς κεκριμένως. Nam in Pandoræ nomine est τὸ ποικίλον καὶ τὸ δαίδαλον τῶν δωρεῶν. Postremo mouit eos vox θεῶν: qui tamen nasum suum non consuluerunt, sed in Theocrito peregrinabantur. Θεῶν δαίδαλμα, dictum est ἰδιάζοντως, vt intra, τυρόεις γάλακτος, οἶνος ἔρανος, χιτὰν ξύσαντα, κεραμα ἀγκελαίω; & infinita alia, quibus impense delectatur poëta. Itaque certum est subtiles illos obseruatores cum acumine suo ἐκπίπτειν, nec applausum nostrum mereri. Videntur tamen illi legisse, τὶ θεῶν δαίδαλμα, non, τί. Priusquam ab hac fœmina recedimus, illud addemus: Non inueniri in illis Theocriti verbis connexionem, quam expectat lector:

> — τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς.
> Ἄλλοκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελεῦσα,
> Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον.

Pro Ἄλλοκα igitur, quod nunc ὑφὲν legitur in priore, scribo, Ἀλλ' ὄκα.

> Ἀλλ' ὄκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελεῦσα,
> Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον.

ὄκα μὲν, ἄλλοκα δὲ. vt apud Homerum, ὅτε, vel ὁτὲ μὲν, ἄλλοτε δέ. οἱ δ' ὅτε μὲν θρέξασκον Ἄλλοτε δ' αὖ θρέξασκον. Nihil verius. Interpres Græcus vitiosam lectionem secutus est. Sed mala merx est fœmina: ægre ab illis diuellimur. Tempus est, vt & reliqua, quæ in illo poculo sunt, inspiciamus. Nam & pauca restant, & quæ nobis ad maiora festinantibus expedienda sunt.

## Cap. III.

*Ἕλκει ἐς βόλον. χεῖτος & βόλος. fortuna retis. λόγου κολασμός. Theocriti lectio emendata. αἰπολικὸν θέαμα. βαρβαρικὸν θέαμα. Lectio contra Scholiastem vindicata. κισσύβιον Aolicum. permutatio τῶν ἰδιώματα. πυρέεις. ἄρτος πυρεεις. πυρῶντα. Scholiastes emendatus. Theocriti lectio vindicata. Locus præcipuus huius idyllii emendatus. Siculorum mos in designandis personis, rebus, & locis, per fluuios. ὕμνος ἐφ' Ἱμέρᾳ. Primi bucolici carminis argumentum παρ' Ἱμέρᾳ. οἰκήματα ποταμῶν Pindaro. domus Albuneæ Horatio. Thyrsidis σφραγίς. σφραγὶς Theocriti, & in ea locus discussus.*

Iis qui picturas intuentur & tabulam spectant, in qua & diuersæ re-

rum feries & argumenta expreſſa ſunt, euenire ſolet, vt doctam artificis manū ſequantur, & vna cum varietate rerum aberrent a ſe ſuauiter, totoque animo vagentur. Idem nobis hoc loco accidit. Tranſimur, nec inuiti ſequimur tamen: neque aliter quam in tabula, aut ſculptoris elegantiam, aut poëtæ miramur artem. Artificioſiſſimus ille πεποιηκώς quiſquis fuit, ſculpſerat in poculo ſuo piſcatorem; quem fecerat, δίκτυον ἐς βόλον ἕλκοντα qui propterea γριπεὺς dicitur.

Τοῖς δὲ μετά, γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται.

Λεπράς, ἐφ' ᾇ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει

ὁ πρέσβυς...

Βόλος, & γρῖπος erant ... λεξίδια, & vocabula quæ eodem trahebantur. Βόλον ἀγοράζειν dicebatur, qui a piſcatoribus, priuſquam rete in terram eductum eſſet, quicquid inesset, emebat. *Fortunam retis* dixit Apuleius. Laërtius in controuerſia illa notiſſima, quæ hinc orta erat, de tripode, *fortunam retis*, modo βόλον, modo γρῖπον vocat. In Thalete: φασὶ γὰρ Ἰωνικούς τινας νεανίσκους βόλον ἀγοράσαι. alibi: Χρόνῳ δὲ Λεβεδίων τινῶν ἁλιέων γρῖπον ὠνησαμένων ἑλκυσθῆναι καὶ τὸν τρίποδα. Caprarius cum dicit:

— κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς,

verecundia vtitur, &, vt antiqui critici dicerent, κολάζει τὸν λόγον: quia tantum de pictura loquitur. quæ ratio viſitatiſſima eſt Homero & Heſiodo in Clypeis; Apollonio vero paſſim, & aliis. Apud Græcum interpretem cum ſcribitur infra: Ὡς δὲ οἱ ᾠδήκαντι. ὅπως εἰσὶν ὠγκωμέναι κατὰ τὸν αὐχένα ἀναπνοῦσι αἱ ἶνες, ſcribe, ὡς δὲ οἱ ᾠδήκαντι: pro quo hodie in Theocrito *ai δὲ* legitur. Sed alteram lectionem agnoſcit vetuſtiſſima Aldina, & ea in quam interpres incidit, quæ melior. In ſequentibus verſus ille cum ſcriberetur:

Πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά,

in animo habuit poëta Homericum illud ex Clypeo:

Ἐν δ' ἐτίθει σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν.

Sed ad magis neceſſaria eamus. Aliquot poſt verſibus lego, θέαμα, nō θάημα. quamuis contra ſentiat magiſter Græcus. Αἰολικὸν θέαμα dictum eadem ratione, qua βαρβαρικὸν θέαμα dixit Lucianus, ἐν τῷ Περὶ οἴκου. Ἐκείνοις μὲν γὰρ, ἐν τῷ πλουτεῖν μόνῳ τὸ θαῦμα, τέχνη δὲ ἢ κάλλος οὐ τέρψις, ἢ τὸ σύμμετρον, ἢ τὸ εὔρυθμον οὐ συνείργασται, οὐδὲ καταμέμικται τῷ χρυσῷ, ἀλλ' ἦν βαρβαρικὸν τὸ θέαμα, πλοῦτος μόνον καὶ φθόνος τῶν ἰδόντων, καὶ εὐδαιμονισμὸς τῶν ἐχόντων, ἔπαινος δὲ οὐδαμοῦ προσῆν. οὐ δὲ γὰρ ἔμελε τοῖς Ἀρσακίδαις τῶν καλῶν, οὐδὲ πρὸς τὸ τερπνὸν ἐποιοῦντο τὰς ἐπιδείξεις, οὐδὲ ἔφρόντιζον εἰ ἐπαινέσουσιν οἱ θεαταὶ, ἀλλ' ὅπως ἐκπλαγήσονται. οὐ φιλόκαλοι γὰρ, ἀλλὰ φιλόπλουτοί εἰσιν οἱ βάρβαροι. Βαρβαρικὸν θέαμα vocat, τὸ πλουτεῖν αὐτὸ τέχνης ἐπιλαμπόμενον, quod ab arte, non a precio commendatur. Ab hac longe aberat θέαμα lepidiſſimi Caprarii, quod ab arte ſola commendatur. Ac propterea fuerunt veteres, qui Αἰολικὸν nihil aliud eſſe exiſtimarent, quam αἰόλον, ποικίλον, ἄγως. Atque ita directe opponeretur; βαρβαρικὸν θέαμα, & Αἰολικόν. Sed non bene concoquamus διαφορίαν eorum, qui etiam μιγνύμενον admittebant. Atqui Αἰολικὸν cur dicatur, obſcurum eſſe non poteſt. Æoles enim, τὸ σκῦφος, κισσύβιον vocabant, & eorum vox ea eſt. Erat præterea Æolicus mercator, a quo tam elegans κισσύβιον erat profectum, ὁ μεταβολεύς qui infra πορθμεὺς & parum accurate πορθμεὺς vocatur.

Τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα.

κισσύβιον, καὶ τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος.

Eſt enim Iuriſconſultorum permutatio, vt ex preciis apparet: quæ fit κατ' ἰδιώματα. & proprias merces diuerſarum

rum regionum. Ἰδίωμα autem Siciliæ præcipuum erat τυρὸς, & quicquid illi simile e lacte fiebat, vt tradunt antiqui, & lepidissimi Antiphanis versus.

Ἐξ Ἤλιδος μάγειρος, ἐξ Ἄργους λέβης,
Φλιάσιος οἶνος, ἐκ Κορίνθου στρώματα,
Ἰχθῦς Σικυώνιος, Αἰγίου δ' αὐλητρίδες,
Τυρὸς Σικελικός.

Et Hermippus:

Αἱ Συράκουσαι δὲ σῦς καὶ τυρὸν παρέχουσαι.

Sed, nisi fallimur, vox τυρόεις non minus poetæ ἰδίωμα est, quam caseus Siculorum. De eo multa notarunt viri docti, vt & Grammatistæ Græci, sed parum, vt arbitror, ad mentem poetæ. Τυρόεις, dubium non est, quin ἁπλῶς hic ponatur, sicut ἐν τυλῶς vsurpatum fuerat, ab eo, quem Theocritus vbique exprimit, Sophrone. qui suppleuit quod hic desideratur, & ἔξωθεν sumendum est, nimirum ἄρτον. Athenæus: καὶ τυρῶντος ἄρτου μνημονεύει ὁ Σώφρων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Παιδικὰ ποιμενικά, Συμβάλλομαι τ' ἐμφαγεῖν ἄρτον γὰρ ἄρτι τυρῶντα τοῖς παιδίοις: qui eodem modo, quo ἄρτον τυρῶντα, alibi ἄρτον πλακίταν dixit. Ex hoc poeta noster sese omnes suas τὰς κατὰ λέξιν ἀρετὰς deriuauit, & sermonem mitigauit. Vnde non temere aliquis ex veteribus notauit olim ἐπὶ τῇ εὑρημένῃ Δωρίδι χάριτι τὸν Θεόκριτον παρὰ τὸν Ἐπίχαρμον καὶ Σώφρονα. Huiusmodi panes e lacte coagulatos habebat antiquitas, aut verius μάζας quasdam, cuiusmodi Hesiodus ἀμολγαίας vocat. Dictum est igitur τυρόεντα μάζαν, allumendo vocem ἄρτον, quæ intelligitur. Si quis vt, apud Sophronem τυρῶντα malit legere Δωρικώτερον, poterit, non repugnante syllabæ διχρόνῳ: quod sæpius extenditur, & apud principem poetarum vtrunque est. Τυρῶντα, sicut πλακοῦντα, βοῦν, & alia, quæ sunt συγκεκομμένα ἐκ τοῦ ἀκριβέστερον δωριαζόντων. Audiebant hoc nomine male Siculi & vicini Itali in re culinaria: quod omnes cibos solerent τυροῦν. vnde illud Archestrati:

Μὴ δὲ παρ' ἀστεΐσι σοι προσίτω τότε παιδὶ,
Μήτε Συρακόσιος μηθεὶς, μήτ' Ἰταλιώτης.
Οὐ γὰρ ἐπίστανται χρηστοὺς σκευάζειν ἰχθῦς,
Ἀλλὰ διαφθείρουσι τυροῦντες ἅπαντα.

Obliti eramus propemodum glossatoris Græci, apud quem legebatur supra: τέρας κέ τι θυμὸν ἀτύξαι· ἀντὶ τοῦ ἐκπλῆξαι διακένεται, καὶ Ὅμηρος, πατρὸς ὄψιν ἀτυχθείς. Non memineramus tale quid in poeta legi, repugnante præsertim versus modulo; descripsimus igitur πατρὸς ὄψιν ἀτυχθείς. Locum integrum habet Homerica Oaristys.

Ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης
Ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς.

Versus, partim Grammatici negligentia, quod non insolentes illi faciunt, decurtatus, partim exscriptoris opera corruptus est. Sed hæc minuta sunt, quæ tamen ostendenda erant. In Thyrsidis celebri cantiuncula multa notanda sunt, in qua totus huius idyllii cardo vertitur. vt non frustra ab ea totum idyllium Θύρσις inscribatur. imo vt non frustra reliquis omnibus idylliis, tanquam mistura vetustissimi Bucolici praefixum sit. Multum nos in eo iuuarent Stesichorus aut Timæi res Siculæ, si vel alteruter extaret. Sed priusquam eam percurramus, frustra bene de reliquis sperabimus, nisi aliquid de vno loco statuamus. Caprarii verba sunt paulo antequam Thyrsis odam suam exorditur:

Αἴ κέν μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.

Eum locum apparet & interpretis Græci tempore, & diu antea corruptum fuisse; ex glossa quæ extat, ἐάν γε σὺ ὦ φίλος· ἢ σὺ ὦ φίλε ᾄσῃς τὸν ὕμνον τὸν ἐφίμερον. Itaque paulo diutius hic hærendum erit, quandoquidem totius idyllii interest, quo primi Bucolici carminis argumentum continetur, vt hic versus emendetur. Siculi a fluuiis vrbibus suis & locis vicinis nomina imponebant:

ponebant: vt ex autore Gentium, reliquisque, qui eiusdem argumenti aliquid tractarunt, est notissimum. Iidem Siculi non vrbes tantum & locos, sed & res & homines per fluuios vicinos distinguebant. Ita Polyphemus infra ποιμὴν ποτ᾽ Α᾽νάπῳ appellatur.

Α᾽ρά γε πα τῆνον τὸν ποιμένα τὸν ποτ᾽
Α᾽νάπῳ
Τὸν κρατερὸν Πολύφαμον.

Sicut Polyphemus ποιμὴν ποτ᾽ Α᾽νάπῳ dicitur, quod in illo Siciliæ tractu pasceret, sic primum Bucolicum carmen, quod omnium de amoribus Daphnidis primo cani cepit, testibus Æliano & Seruio, dicitur ὕμνος ἐφ᾽ Ι᾽μέρᾳ. Amores autem Daphnidis & totum hoc argumentum ad Himeram gestum fuit. testatur poëta idyll. 7.

ὡς ποκα τᾶς ξενίας ἠράσσατο Δάφνις ὁ
βώτας,
Χ᾽ ὡς ὄρος ἀμφεπολεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐ-
τὸν ἐθρήνευν,
Ι᾽μέρα αἵτε φύοντι παρ᾽ ὄχθαισι ποταμοῖο.

Fuit præterea, vt Theocritus loqueretur, poëta ποθ᾽ Ι᾽μέρᾳ, qui odam illam primo cecinit, Stesichorus nimirum. Ælianus lib. 10. cap. 18. variæ Hist. de Daphnide & hoc hymno agit, quem Caprarius τὸν ἐφ᾽ Ι᾽μέρᾳ ὕμνον vocat, aitque, Στησίχορόν γε τὸν Ι᾽μεραῖον τῆς τοιαύτης μελοποιΐας ὑπάρξασθαι. Videat iam lector Theocriti Venerum non imperitus iudex quam eleganter ὕμνος ἐφ᾽ Ι᾽μέρᾳ dicatur, qui subiectum habuit res ad Himeram fluuium gestas. Vel ὕμνος ἐφ᾽ Ι᾽μέρᾳ, qui ab Himeræo poëta primum cantatus fuit. Scribo igitur:

Αἴ κεν μοι τὺ φίλος τὸν ἐφ᾽ Ι᾽μέρᾳ ὕμνον
ἀείσῃς.

Dores ita loqui sæpe, infra probabimus. Multo pluribus de hac ratione distinguendi omnia per fluuios agemus. Illud præterire non possumus. Pindarus locos fontibus & fluuiis cognomines, quales in Sicilia & Italia fere vrbes erant, vt notant Geographi, οἰκήματα ποταμῶν vocat. Horatius *domos fluuiorum.* quod nunquam in mentem venit viris doctissimis qui tantum operæ in hoc poëta posuerunt. Locus Pindari est Εἰδ. β. Ο᾽λυμπ.

Καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ,
Ι᾽ερὸν ἔσχον οἴκημα
Ποταμοῦ, Σικελίας τ᾽ ἔσαν
ὀφθαλμός·

Agragantem vrbem fluuio cognominem οἴκημα ποταμοῦ dixit. Horatius syluam Albuneam fluuio cognominem *domum Albuneæ* vocauit.

*Me nec tam patiens Lacedæmon,*
*Nec tam Larissæ percussit campus opimæ,*
*Quam domus Albuneæ resonantis,*
*Et præceps Anio, & Tiburti lucus, & vda*
*Mobilibus pomaria riuis.*

Quid esset *domus Albuneæ*, nunquam aliter ostendere debebant quam ex illo Pindari loco viri docti. *Domus fluuij*, est, ὁ ὁμώνυμος τοῦ ποταμοῦ τόπος. Quod ante tot annos notarat Aristarchus. Α᾽ρίσταρχος τὴν πόλιν, οἴκημα ποταμοῦ προσαγορευθῆναί φησι, διὰ τὸ ὁμώνυμον εἶναι τῷ ποταμῷ τῷ Α᾽κράγαντι. τὴν γὰρ ὀνομασίαν ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔσχε; vt legitur in collectaneis grammaticorum ad Pindarum. Vel hic locus conciliare nobis Theocritum poterat, & animum erigere ad feliciter aliquid in cæteris tentandum. Quod iam melius succedet inuento nomine huius carminis, quod & antiquissimum est, & totius rei Bucolicæ primum, & sine quo frustra in hoc idyllio aliquid conaremur: quod hymnum Himeræum continet. Illum hymnum, cui nos iam nomen inuenimus, inchoaturus doctus ille Thyrsis, ait,

Θύρσις ὅδ᾽ ὡξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἁδέα
φωνά.

In omnibus fere veteribus libris fuit; ἀλλ᾽ ἁ φωνά: in quo cum esset diuina quædam suauitas & sacræ antiquitatis

vestigium, non tamen id animaduerterunt emendatores nescio qui. Inter quos principem facile locum Græcus commentator obtinet, qui cum in veram lectionem incidisse potuerit, quam tamen securus fuerit de loci mente, hac glossa facile testatum reliquit, ὁ ποιμὴν Θύρσις ἐπαινεῖ ἑαυτόν. Ita sensus rei bonæ pluribus deest, quam copia. Totus versus nihil est quam formula: quæ vt magis conspicua sit, maiusculis eam notaremus. Antiqui in omnibus monumentis & scriptis a nomine suo inchoabant: quod in sacris fere omnibus, profanis autem Herodoto & Thucydide videmus. Sic Herodotus: ΗΡΟΔΟΤΟΥ ἉΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ ἹΣΤΟΡΙΑΣ ἈΠΟΔΕΙΞΙΣ ἭΔΕ. Plane eodem modo, patriam, nomen, scriptum nominat, quo noster Thyrsis. eodem plane modo τῷ ἀποδεικτικῷ ὅδε vtitur: quod delicatuli illi dactylorum captatores mutarant. Admirabili simplicitate noster, THYRSIS, inquit, ÆTNÆVS HIC EST, ET HÆC EST THYRSIDIS CANTILENA. Sicut Herodotus, HERODOTI HALICARNASSENSIS HÆC EST HISTORIA. id est, Herodotus Halicarnassensis hic est, & hæc est Herodoti Halicarnassensis historia: multo καθαρώτερον, & idem fere, nisi quod simplicius hoc modo, magisq. antiquitatem spirat. Paulo aliter Thucydides, cuius interpretes duabus de caussis id fieri notabat: Primo propter cognomines: deinde & plagiarios. Πάντως, inquit, μέμνηται τὸ οἰκεῖον ὄνομα τοῦ καὶ ἀρχάς, ἀντιδιαστέλλων ἑαυτὸν τῶν ὁμωνύμων, ἐν τοῖς ἔπεσιν, ἅμα μὲν τὴν αὐτῆς αἰτίαν ἐπὶ κεῖσε, ἅμα δὲ καὶ τὸ μὴ ἕτερόν τινα τὸ αὐτοῦ σφετερίσασθαι σύνταγμα. Particula illa quam ignaui homines tollebant sequentis odæ σφραγὶς est: ita Theognis eiusmodi exordium vocat. Nos illam tanquam ἀκίνητον & rem sacram vindicamus. Thyrsis igitur inchoaturus, hanc σφραγῖδα præmittit:

ΘΥΡΣΙΣ ὉΔ' ὩΞ ΑἸΤΝΑΣ,
ΚΑἸ ΘΥΡΣΙΔΟΣ ἉΔ' Ἁ ΦΩΝΑ'.

Nihil suauius aut venustius. Ego ex ingenio id primum in codice meo notaram, cum postea editiones omnes, vt quæque earum antiquissima erat, aut ex antiquissima expressa, coniecturæ meæ vidi subscribere. Extat antiqua σφραγὶς eiusmodi poetæ nostri, qui cognominem suum Theocritum τὸν Χῖον metuebat, his verbis concepta:

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος ὃς τάδε γράψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρηκοσίων,
υἱὸς Πραξαγόραο, περικλειτῆς τε Φιλίννης.
Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔ τιν' ἐφελκυσάμην.

Si bene poetæ mentem capio, negat se quicquam τῇ Ἰάδι scripsisse: nam hoc maxime ab Ionico suo cognomine se distinguit. Quod si verum est, nec autoritatem rei tam sacræ eleuamus, quid respondebunt quæso tot magistri veteres, qui notarunt Theocritum τῇ Ἰάδι καὶ τῇ Δωρίδι χρῆσθαι, atque ita αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ καταψεύδεσθαι? Quid statuemus de idylliis, quæ manifeste Ἰωνίζει? Quid de illis quibus Grammatici præfixerunt hanc notam, τῇ Ἰάδι? An ἐφελκύσασθαι μοῦσαν ὀθνείην, est, quod plagiarii faciunt? vt illud neget poeta, vnquam se in messem alienam falcem immisisse, aut, solere se σφετερίζεσθαι τὰ τῶν ἄλλων. (quod multi tum temporis faciebant.) Iudicent docti homines. Nos existimamus aut nihil aut parum Theocriti τῷ Συρακοσίῳ esse, in quo ἡ Δωρὶς οὐ χαρακτηρίζεται.

## CAP. IIII.

*Echenais.* Δάφνις ὁ πάσχων. τὰ εἰς τὸν Δάφνιν. *Theocritus emendatus.* Σατάσαι, ζαστάσαι *voces inusitatæ Doricæ. Theocritus contra interpretes multis modis illustratus.* Δύσερως.

ερος. ἀμήχανος. Αἰπολικὴ καὶ Βουκολικὴ τάξις. τ. καὶ ὠ ὀρθοδοξμῶν. Hirqui. Interpres emendatus. διδύκει ἥλιος, ἥλιον δέξασθε. αἰῶ ποτομῶν. ἄγκει. Αἴγιεσι. ἰσχάς ἀπ' Αἰγίλω multa alia.

TIMÆVS rerum Sicularum autor Echenaïdem eam Nympham vocat, cum qua pactum sine ῥῆσιν inierat Daphnis, vt si alio amore distractus fidem falleret, pœnam quam minabantur fata subiret. Eam interpres Græcus Ξενίαν vocat; deceptus male intellecto Theocriti loco, quem infra illustramus. Huic Nymphæ in hoc idyllio, quod hactenus præterfugit doctos homines, partes sermonum tribuuntur, quod apparebit, emendata voce vnica, quam primo loco hoc capite tentabimus. Antiquissimum, vt iam diximus, rei Bucolicæ argumentum est; ὁ πόθος Δάφνις, vel, vt cum veteribus loquar, Δάφνις ὁ Βουκόλος παθὼν τὰ ὑμνέμενα. Carmen, cuius hoc argumentum erat, Hymnus Himeræus dicebatur: quem hoc idyllio, quia corruptus erat locus præcipuus, contineri nemo satis animaduerterat; cum nos supra restituimus. Πάθος illud, quod subiectum hymni Himeræi erat, cuius autor fuit Stesichorus, poeta Himeræus, alii amorem ipsum Daphnidis, alii cæcitatem putant, inter quos est Ælianus, qui primum Bucolicum carmen, cuius formulam hoc idyllium exhibet, modo, πάθος Δάφνιδος, modo, σέρνον ὀφθαλμῶν vocat. Per hoc πάθος Δάφνιδος intra iurat pastor quidam:

*Αἴ τι πεδοίκω τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀφοίμαι.*

Virgilius antiquissimam atque adeo primam Bucolici carminis materiam ad Gallum suum transtulit. Tota illa ecloga, quæ propterea nihil potest esse diuinius, τραγῳδία quædam est Daphnidos malorum: quæ, cum omnibus Romanis notissima essent, ac præcipue Gallo, τριβὼς ἀεὶ μύθοις ἔχοντι, & homini poetæ, nihil potuit a rege poetarum fieri vrbanius, qui hoc modo Bucolica sua concludebat, nihil prudentius a Theocrito, qui idylliis Bucolicis, tanquam πρόσωπον πλοκῆς, præmisit τὰ εἰς Δάφνιν: quod argumentum ita siue acceptum siue notum fuit, vt veteres omnia Bucolica, τὰ εἰς Δάφνιν ποιήματα vocarint. Iulianus imperator Misopogone: *Καί τοι κἀ τοῦτ' ἔχει ἔοικεν ὁ πώγων, ὥσπερ τὰ ἄλλα, λιπαρὸς οὐκ ἐπιτήδειος καθαρεύειν, καὶ διὰ τοῦτο, εἶμαι, γλυκυτέροις χείλεσι χρὴ πεφιλῆσθαι, ἃ δὴ ἤδη τις ἔφη τῶν ἐρωτομένων Πανὶ σὺν τῷ Καλλιόπῃ, εἰς τὸ Δάφνιν ποιήματα.* Vocat poetam nescium, seu quicunque ille est qui Αἴτην Ionicum idyllium scripsit, τῶν ἐρωτομένων εἰς Δάφνιν ποιήματα, hoc est, τῶν Βουκολικῶν ἔπια. Vel quia Daphnin præfixerat (vnde suspicari lubet quosdam ab hoc idyllio, quod primo loco legitur, τὰ εἰς Δάφνιν vocasse reliqua) vel quia antiquissimum argumentum est Daphnis. Sicut autem Vlysses Homericus, ita & Daphnis Bucolicus partes diuersas habet: e quibus fiunt εἴδη singula in re Bucolica. Qui huic idyllio χαρακτήρ, est ὁ πόθος: qui idyllio octauo, nono, sexto, est ὁ ἐν ἀκμῇ. Huic πόθῳ τῷ Δάφνιδι nos suppetias feremus vt possumus, quandoquidem a Græcis Grammaticis, quorum glossæ ad nos peruenerunt, siue suo siue temporis vitio, omnia præcipua prætermissa sunt. Initium faciemus ab his versibus:

— ἃ δέ τυ κώρα
Πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται
Ζατεῦσ'.

De quo loco longe aliter statuendum est. Dorica sunt vocabula & ex vsu penitus remota, ζατεῦσαι, & quod modo dem citare videtur Hesychius, ζατεῦσαι:

σαι: quod modo est ὑποπίσαι, modo nihil aliud quā φθέγξαι, & dicere. Ζαχῶσαι, inquit, ὑποπίσαι. Δωρικὴ ἡ λέξις· ἀπὸ τοῦ ἐπιχεῖν, καταχεῖν. & infra: Ζαπῶσαι, φωρῦσαι, φθέγξαι, ζημιῶσαι, ὑπονοῆσαι. Scribo nō ζαπῶσαι, sed ζαπῶσαι, sensu longe alio, quam hactenus suspicatus est quisquam. Tota hæc oratio Nymphæ Echenaidis est exprobrantis Daphnidi vulgiuagam Venerem, καὶ ἔρωτα ἄνατον. Iuro Theocriti Veneres locum non esse, qui minus ab interpretibus intellectus sit, cum iis quæ sequuntur, vt ostendemus cum singula considerabimus. Non videbat Græcus interpres quomodo hæc conciliaret, aut quomodo ea quam offendebat Daphnis diceretur ζητεῖν τὸν Δάφνιν, cum potius eum fugere debebat. Excogitauit ergo σχῆμα εἰρωνείας: quo, tanquam condimento aliquo, hoc ἄτοπον dilueret. Sed verba apponamus: Ζαπῶσαι. Αἰολικόν. συμπαθῶς δὲ ταῦτά φησιν ἐπαινοῦσα πάντη δὲ πλανᾶται· ζητοῦσά τι. Εἰρωνευόμενος δὲ λέγει πρὸς αὐτὸν τοῦτο· αὐτὸς γὰρ μᾶλλον ἐζήτει, διὰ τοῦτο καὶ δύσερως. Et mox: Ζαπῶσαι. εἰρωνεύεται· ζητεῖ γὰρ αὐτὸς μᾶλλον, οὐ ζητεῖται ὑπὸ τῆς Νύμφης. ἢ καὶ παρηγορητικὸς ὁ λόγος. Totam propterea orationem putat esse consolantis Daphnidem Priapi: cum sit indignantis puellæ, cui fidem fregerat, quamque inconstantia sua offenderat: itaque tot errores committit, quot verba sequuntur. Antiqui critici non est dubium quin in hoc Theocriti loco partim ζαπῶσαι, ὑποπίσαι, ζητοῦσα exposuerint: partim simpliciter φθέγξαι, quod nobis placet. Sed vtro modo sumas, oratio quæ sequitur ipsius Nymphæ est. Hanc prætermisit Virgilius, qui distinctionem totam vitabat, quam inter βουκολικὴν & Αἰπολικὴν τάξιν Græci statuunt, vnde hæc dependet: ne cogeretur ἀσχημονεῖν. dixit tantum; *tua cara Lycoris alium secuta est*; vt indignationem eius indicaret, tantum abest vt redderet, *te quærit*, sicut vulgo legitur. Quanquam in toto eo loco plusculū sibi permiserit, & iudicio sit vsus suo, vt solent veteres: a quibus qui relligionem & fidem in exprimendis veterum locis requireret, sæpe falleretur. Eundem sensum reliqua omnia quæ sequuntur præstare debebant: quæ hac occasione non minus perperam sunt intellecta. Illud interiicitur tamen, καὶ διὰ αἰσα κείσω. Interpres Græcus cum ait, κώρα καὶ ἔρη· ἐπεὶ γὰρ τὸ πάθος ἐκλείψεις καὶ κρήνας, scribe ἐκθλίψεις. Tota increpatio quæ sequitur nihil aliud est quam libidinosi hominis character, non infelicis. itaque nec vocem δύσερως, nec vocem ἀμήχανος intellexerunt, vt debebant, interpretes: quo factum, vt nihil in tota puellæ oratione perceperint, cum etiam, cuius esset ea, ignorarent. Δύσερως est non qui Græcis dicitur ὁ ἐπὶ κακῷ ἐρῶν, nec quod Grammatistæ volunt, δύσκολον ἔρωτα ἔχων, quomodo ab omnibus acceptum fuit hactenus: nihil minus. Sed qui Xenophonti δύσερως τῶν ἀφροδισίων, Theocrito simpliciter δύσερως dicitur: qui in amorem & libidinem nimium effusus est, nec modum sui habet. Eodem modo & ἀμήχανος, cuius vocis vis in loco simili nondum sat bene Latinis expressa fuit. Poëta de Nestore eodem fere modo bis vsus est, cum vehementiam illam senilem καὶ ὁρμὴν γεροντικὴν exprimit.

— σὺ δ' ἀμήχανός ἐσσι γεραιέ:

*Tu nimium mirus homo es senex, nec cessare potes*. Vtrunque & δύσερως & ἀμήχανος intensionem hic designat; quod hactenus obseruatum non fuit. Obiicitur Daphnidi amoris inconstantia, & promiscua Venus, vt sequentia docebunt. Sequitur:

Βώτας μὲν ἐλέγευ· νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.

Hæc probant superiora, ac potissimum ea, quæ de voce δύσερως diximus. Conuicium

uicium quo in re pastorali proscindebantur οἱ Αἰπόλοι, erat, quod imitarentur pecoris sui naturam. Atqui λάγνοι & Venerei erant οἱ βάγοι καὶ αἱ αἶγες, Caprariorum pecudes, vt vulgo notum est. tales ergo & illi qui præerant iis. Festiua, lepida, venusta est hæc puellæ oratio: quæ ne puellæ quidem antea esse sciebatur. Dicebaris, inquit, o Daphni, Bubulcus esse, & homo continens: nunc Caprariorum mores induisti. Ita intellige infra locum idyllii 5. vbi canente Comata qui Αἰπόλος erat:

*Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν Αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,*
*Τὰς αἶγας παρελῶντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει,*

Respondet Lacon, qui Βουκόλος erat:

*Κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν Ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν*
*Ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα.*

Vbi eodem modo οἱ Αἰπόλοι καὶ οἱ Ποιμένες opponuntur. Dixerat Caprarius: Clearista in amorem sui Caprarium allicit. Respondet Pastor: Quid mirum cum hoc & Bubulco fiat? Harum distinctionum in re Bucolica occasionem dedit Poëta: qui Melanthio Αἰπόλῳ, hominis libidinosissimi partes tribuit, qui, absente Vlysse, omnium ancillarum pudorem expugnabat. Contra, Bubulcum socium Eumæi in conseruanda Penelopes pudicitia domi relinquit. Ex his pendet tota venustas. Multum errarunt qui negligenter in re Bucolica has τάξεις distinxerunt. Inter tot Græcorum glossas, quæ ad hunc locum extant, vna tantum vera est. παρ' ὅσον οἱ μὲν Βουκόλοι περὶ τὰ ἀφροδίσια ἐγκρατεῖς· οἱ δὲ Αἰπόλοι, λάγνοι. ἢ δὲ αἰτία, ὅτι κατωφερέστεραι εἰσὶ αἱ αἶγες διδάζουσι τοὺς Αἰπόλους. Reliqua sunt ineptissima: nec digna quæ hic in consilium adhibeantur. Sequitur:

*Ὡ' πόλος ὅκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται,*
*Τάκεται ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.*

Et hoc confirmat quod diximus. Est enim τακεδὼν ὀφθαλμοῦ, hominis libidinosi, æmuli, καὶ κατωφερεῖς, & obsceni, character. Eiusmodi τακεδόνας Persius *patrantes oculos* dixit. *patranti fractus ocello.* Virgilius, *hirquos.*

*Nouimus & qui te transuersa tuentibus hirquis.*

*Hirqui* enim, testibus grammaticis, *ab animali libidinosissimo dicuntur, oculi in hirquos retorti: quod libido efficit.* Maximus Tyrius hoc quoque inter obscenitates collocat: λιχνεύεται ἡ γλῶττα, τακέδονται οἱ ὀφθαλμοί. Nunquam Caprarii sine insigni ἀσχημοσύνῃ inducuntur: qualis est hæc. Horatius quoque inter alias æmulationis notas hanc addit:

*— humor & in genas*
*Furtim labitur, arguens*
*Quam lentis penitus macerer ignibus.*

Sensus totius loci, &, vt magistri loquuntur, τὸ πᾶν, tale est: Puella per fontes & lucos omnes fertur, atque ita conqueritur: Certe Daphni, in amoribus leuis nimiumque dissultorius es. Hactenus quidem Bubulcus ab omnibus dicebaris: nunc vero Caprariorum mores & inconstantem libidinem plane induisti. Illis enim, quotiescunque suas capras iniri vident, dolent continuo & liquore turpi suffunduntur oculi, quod non ipsi hirci sint. Tibi vero, quotiescunque puellam e triuio ridere vides, oculi liquescunt, quod non cum ea choreas ducas. Non vetabo propterea si quis illud ἁ δ' ἐτὸν κώρα cum Priapi oratione vnico ductu continuet: vt illa quæ sequuntur μιμητικῶς ab illo referantur. Hæc interim verba puellæ sunt. Legitur paulo post in Græco interprete: ἢ λυγίζειν, τοῖς βερυλοις δῆσαι· ἥτις δῆσαι λύγοις περὶ τὸ στόμα εἶναι. καὶ ὅ μόσχος δέδη μόσχοισι λύγοισιν· ἢ θλάσαι. ἀπαλὸς γὰρ ὁ λύγος. Puto scribendum, ἢ θλάσαι. ἀπαλὸς γὰρ ὁ λύγος: vt nimirum λυγίζειν sit θλάσαι, & comminuere. Hominibus

minibus quibus spes omnis præcidebatur, dicebatur δυόμενος ἥλιος: sicut econtra δείξαιτ᾽ ἥλιος, quibus spes aliqua offerebatur subito, & præter omnem expectationem. Paulo post itaque male distinguebatur versus ille,

Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ᾽ ἅλιον ἄμμι· δεδύκει Δάφνις.

vt ostendit Isaacus Casaubonus, quanuis multi aliter senserint. Longus, qui in pastoralibus suis Theocriti imitatorem agit vbique: ηὔχοντο δὴ ταῖς Νύμφαις καὶ τῷ Πανὶ, καὶ τίνων αὐτοὺς ἐκλύσασθαι τῶν κακῶν, καὶ δεῖξαι αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀγέλαις ἥλιον. Videtur autem occulte in animo habuisse, cum hoc scriberet τὸ πάθος τοῦ Δάφνιδος, quod fuit cæcitas. cæcis enim vere δεδύκει ἥλιος: nam περὶ τοῦ δεδύκειν & eiusmodi supra. Quid, quod antiqui ἡλίου δύσιν signum esse existimabant τοῖς ἤδη τεθνηξομένοις, fati imminentis? qua in re, vt in reliquis, præiuit ille naturæ genius Homerus, qui hoc quasi prognosticon inter alia statuit mortis procorum.

Εἰδώλων δὲ πλέον πρόθυρον, πλείη δὲ καὶ αὐλή,
Ἱεμένων ἔρεβόσδε ὑπὸ ζόφον, ἠέλιος δὲ
Οὐρανοῦ ἐξαπόλωλε, κακὴ δ᾽ ἐπιδέδρομεν ἀχλύς.

Vetus interpres: οὐχ᾽ ὡς ἐκλείψεως γεγενημένης, ἀλλ᾽ ὅτι τοῖς μνηστῆρσιν ὁ ἥλιος ἐκλελοίπει. Pluribus Eustathius, qui hanc ipsam Theocriti χρῆσιν ibi adducit. καὶ μέμφονταί τινες τὸ, ἠέλιος οὐρανοῦ ἐξαπόλωλεν, οὐκ ἐνόησαν ἐπὶ τοῦ ἐκλιπεῖν, ἀλλ᾽ ὅτι τοῖς μνηστῆρσι ὁ ἥλιος ἤδη ἐπιλέλοιπεν ὡς τεθνηξομένοις καθὰ καὶ Θεόκριτος, ἥλιον πάντα δεδυκεῖν λέγει τῷ ἤδη θνήσκοντι. Non placet tamen δεδυκεῖν, vt apud Eustathium legitur: non magis quam πεφυκεῖν. Editiones veteres φράσδει constanter, non φράσδη, habent: quæ, si propius rem inspiciamus, sola interpunctione labi potuerunt: vt dubitem, vtrum meliori sensu retineri possit φράσδει, an alterum, φράσδῃ, quod ad Venerem referretur. Alias mens esset: Ἤδη φράσδει πάντα, ἅλιον ἄμμιν δεδύκειν: Iam omnia indicant, nos perijsse, de nobis actum esse. Vt hoc dicat ἤδη ἀπεγνωσμένως διακείμενος, ac propterea libere Veneri obtrectans: nihilo certe deteriore mente, ac fortasse planiore:

Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ᾽ ἅλιον ἄμμι δεδύκειν.

Somniant qui aliter accipiunt & distinguunt. In sequenti versu cum conqueritur idem Daphnis, ὅτι κεἰν ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος: nihil aliud significat, quam se futurum triste exemplum reliquis amatoribus. quod ille κακὸν ἄλγος Euripides Phædra dixit κακόν. cuius versiculi hunc locum illustrant,

Ἀτὰρ κακόν γε χ᾽ ἀτέρῳ γενήσομαι
Θανοῦσ᾽, ἵν᾽ εἰδῇ μὴ ᾽πὶ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς
Ὑψηλὸς εἶναι· τῆς νόσου δὲ τῆσδέ μοι
Κοινῇ μετασχὼν, σωφρονεῖν μαθήσεται.

Lepidum vero poetam nostrum, qui maluit versu ab hinc vndecimo ἀδιαφορίαν in duorum temporum syllaba admittere, non obstante duplici quæ sequitur, ἢ κατὰ τὸν ῥυθμὸν ἀτυχεῖν, hoc est, Bucolico metro excidere, quod aliter fieri non poterat, nisi priorem in Δάφνις abbreuiasset, cum scripsit:

Καὶ λέγε, Τὸν βώτας νικῶ Δάφνιν.

Eodem modo paulo post:

Χαίρεθ᾽· ὁ βουκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκέτ᾽ ἀν᾽ ὕλαν,
Οὐκέτ᾽ ἀνὰ δρυμὼς, οὐκ ἄλσεα.

Non debent prætermittere tam curiosam ἄδειαν poetæ studiosi in hoc scripto: cum rei Bucolicæ intersit: & ad ferendum de his iudicium quam maxime necessarium. Apud Græcum interpretem, in Arethusa quod legitur, ita scribe: ἡ Ἀρέθουσα κρήνη ἐν Συρακούσαις, ἢ ἐν Σικελίᾳ, ἥν φασι διὰ πελάγους Ἀλφειὸν συνήκειν. Sed quid sibi vult idem, cum hoc modo Ibycum adducit, ὥς φησιν Ἴβυκος παριστορῶν περὶ τῆς Ὀλυμπίας φιάλης?

Videtur adducere magister locum illius poetæ aliquem, qui de Olympico certamine agebat. Legendum itaque fortasse, περὶ τῆς Ὀλυμπίας πάλης. Ὀλυμπίας πάλη, vt Ὀλυμπίας ἀγών. Cum caussam reddit siue is siue alius Grammaticus, cur Daphnis, φίλος Μοίσαις dicatur, hæc glossa legitur: ἐπεὶ πάντας οἰκείως διέτριβε, scribe, περὶ πάσας. Res manifesta est, φίλος Μοίσαις dicebatur, ἐπεὶ περὶ πάσας οἰκείως διέτριβε. Cum agitur de inuerso rerum ordine moriente optimo Daphnide, notat idem Græcus: πάντα δὲ ἐνηλλαγμένα γένοιτο, κατὰ τὸ, ἄνω ποταμῶν χωροῦσιν αἱ πηγαί. Locus quidem quem affert, Euripidis est, Medea:

> Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν
> Χωροῦσι παγαὶ,
> Καὶ δίκα καὶ πάλιν στρέφεται.

Sed absolute περὶ τῆς ἐνηλλαγμένης φύσεως & inuerso rerum ordine sæpe dicunt elegantes scriptores ἄνω ποταμῶν. Luc. Nεκ. Ἐχρῆν γὰρ τὸ πρᾶγμα ἑξῆς πως γίνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον, πρότερον, καὶ μετὰ τοῦτον, ὅστις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτόν· ἀναστρέφεσθαι δὲ μηδαμῶς, μηδὲ ζῆν μὲν τὸν ὑπέργηρων, ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα, οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα κορύζης μὲν τὴν ῥῖνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, οὐδὲν ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον, ὑπὸ τῶν νέων καταγελώμενον· ἀποθνήσκειν δὲ καλλίστους, καὶ ἐρρωμενεστάτους νεανίσκους. ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε. Theocritus cum scripsit, καὶ τὺ δίδου ταῖ αἶγα, lego, δίδοι, Δωρικώτερον. Pindarus: σὺ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδοι. Moris erat veteribus, iis quibus bene volebant, viuendi facilitatem, quæ præter naturam erat, καὶ τὴν παρὰ φύσιν ἀτέλειαν alicuius rei optare: quod suauissimus Caprarius fecit, qui inter alia, admiratione raptus Thyrsidis, precatur vt caricam ex alno legat, vel populo. Sed scribendum est, καὶ ἀπ' αἰγείρω ἰσχάδα τρώγοις, pro quo, Αἰγίλω legitur. Notant autem Grammatici, αἴγειρον, χωρὶς τοῦ ι λέγεσθαι: exemplum adducunt: καὶ αἰγείρων ἔφυσαν ἀμφότεροι. Nihil dici potest, quod aut suauius sit, aut melius huic loco conueniat. Grammaticus tamen, qui etymologias dedit, in hoc Theocriti loco Αἰγίρω legit. δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι παρὰ Θεοκρίτῳ, ἀπ' Αἰγίρω ἰσχάδα τρώγοις, διὰ τοῦ ι γράφεται, ἀπὸ τοῦ Αἴγιρον. ἔστι δὲ Αἴγιρον ὄνομα πόλεως. Scio Theocriti idiotismum esse, ἰσχὰς ἀπ' Αἰγίλω vel Αἰγίρω, sicut infra χαῖρε ἀπ' ἀκείδης: dissimulare tamen non possum placere mirum in modum αἰγείρω, præsertim cum idiotismus maneat. Videant docti.

## Cap. V.

*Secundi idyllii pars percurritur. Initium idyllii. αὔθεμα. ἀδολεσχία antiquis obseruata. φίλον & ἐμὸν παράλληλα. φίλον ἴδιον. Inscriptio idyllii. Theocriti φαρμακεύτριαι. Simætha. ὤχετ' ἄγων, ὤχετο φεύγων. Interpretis μνημονικὸν ἁμάρτημα. emendatus. iterum. Theocritus emendatus. Simulationes in hoc idyllio. Menandri locus apud interpretes emendatus. τὰ κεχαρισμένα τῶν παρθένων Pindari. κηρὸς σὺν δαίμονι. ἀὴρ σὺν μοίσῃσιν. alia. πολυπράγμονες philosophi. φυτὸν τὸ φυόμενον, γένος τὸ γινόμενον. Hippomanes planta. Poëta a calumnia vindicatus. Nicander emendatus. Interpres Græcus notatus.*

In secundo idyllio multa sunt, quæ ignorare non possumus. Eius magna pars sicut mimum olet, & Sophronem spirat, qui alibi in γυναικείοις simile argumentum tractarat; ita fere totum cum μιμητικῶς pronuntiatur & gesticulatione: de quo pluribus ad Comasten. Fidem huius rei nobis vel exordium

exordium facit. Πᾶ μοι ταὶ δάφναι; φέρε Θέστυλι; πᾶ δὲ τὰ φίλτρα; quæ verba cum ſcriberet poëta, in animo habuit cantiunculam quam in tripudio canebant veteres: quæ ἄνθεμα dicebatur. Cuius initium erat: Ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα; Non longe ab hoc exordio occurrit ſimpliciſſimæ cuiuſdam ἀδολεσχίας ſpecies, qua frequenter vtebantur poëtæ vetuſtiſſimi. Nec alia ratione Simætha maritum ſuum, quem toto hoc idyllio exagitat, φίλον ἄνδρα dixit: ἐμὸν enim & φίλον hic παράλληλα ſunt. Cuius rei ignoratione ſæpe in Homero peccatum eſt. φίλον eſt τὸ ἴδιον. Sicut Pindarus φίλαν τράπεζαν. οἷα παίζομεν φίλαν ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεζαν. id eſt, ἡμετέραν, vel ἰδίαν. Ridiculus propemodum eſſet, qui aliter ſumeret in Heſiodi Theogonia, vbi filius dicitur amputare genitalia φίλῳ πατρί.

— φίλου δ' ἀπὸ μήδεα πατρὸς
Ἐσσυμένως ἤμησε.

apud Cointum Lemniades fœminæ dicuntur mactare φίλους ἀκοίτας.

Αἳ δὲ μέγα ζήλοιο περὶ κραδίῃσι πεσόντος,
Θυμὸν ἀνοιδήσασαι· φίλους δ' ἀνὰ δώματ' ἀκοίτας
Κτεῖνον ἀνηλεγέως ὑπὸ χείρεσιν.

ſed φίλοι ſunt ἴδιοι, vel omnino nihil eſt, quam archaiſmi ſchema. Talia ſunt apud Homerum φίλον ἦτορ, φίλον κῆρ, & infinita alia. Si igitur priori modo accipiamus, erit manifeſta ἀδολεσχία, & quæ priſtini æui ſimplicitatem refert καὶ καθαρότητα, in illo verſu:

Ὥς τὸν ἐμὸν βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι
ἄνδρα.

nam ita malim quam ἐμοὶ legere: ſatis enim erat dixiſſe alterum: iam vtrunq. dixit, ἐμὸν φίλον ἄνδρα. Sicut Oppianus ἑὸν φίλον ἡνιοχῆα, ſimili ἀδολεσχίᾳ. Sed propemodum nobis exciderat interpres Græcus, qui de inſcriptione idyllii notat, Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον Φαρμακεύτρια. Athenæus Theocriti Φαρμακευτρίας citat. Θεόκριτος δ' ὁ Συρακούσιος ἐν τῇ Φαρμακευτρίᾳ φησί: & poſtea huius idyllii locum adducit. vnde ſuſpicari pronum eſt; Grammaticos ab argumento ita hoc idyllium indigitaſſe. Non videtur autem aliter inſcribere debuiſſe poëta, quam Simætham, a tam nobili ſcorto: quanquam aliquot eiuſmodi Sophronis inſcriptiones notauimus. Quo magis admirari libet Græculi cuiuſdam ſcholaſtici argutam curioſitatem: quã iam ante quoq. viri magni attigerunt, qui poëtæ ἀπειροκαλίας culpam intendit, quia videlicet Theſtylidis perſonam e mimis deſumpſit. Cuius nomen cum ex antiqua comœdia depromptum ſit, cui illius belli, quo ea nata eſt, inter Megarenſes & Athenienſes, cauſa aſſcribitur, non video quantum inter hanc & illam interſit: aut cur potius a Theſtylide quam a Simætha abſtinere debuerit.

Πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μεγαράδε
Νεανίαι κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι,

ait Comicus Acharnenſibus. Non peccauit igitur, qui γυναικὶ ἐπὶ πορνείᾳ κεκωμῳδημένῃ e Sophrone ſuo ancillam dedit. Itaque Grammatici videant, quibus non ſatis erat, elegantiſſimum poëtæ ſenſum tot ineptiſſimis χολυδείοις peruerſum eſſe: niſi inſuper ἀκαιρίαν ſuam illi imputarent, quem toties male intellexerunt. Nobis certum eſt magnam eorum partem quæ Simæthæ hic tribuuntur, οὐκ ἀνεπιστρέπτως a poeta dici, qualia multa de Daphnide & aliis: quæ multum leporis pepererunt apud veteres, nobis vero ſunt incognita. Non placet quod paulo poſt legitur apud poëtam,

— ἦ ῥά οἱ ἄλλα
Ὤχετ' ἔχων ὅ, τ' Ἔρως ταχινὰς φρένας,
ἅ τ' Ἀφροδίτα.

quæ abſurdam ſententiam efficiunt: quam ſatis habent ita exprimere interpretes: *Nimirum illi alio abiit amor leuem animum*

animum habens & Venus. Scribe: ἦ ῥά οἱ ἄλλα Ὠχετ' ἄγων: Nam ᾤχετ' ἄγων vsitatissimum poetæ est, pro ἦγε. Infra eodem idyllio, ᾤχετο φεύγων, est, ἔφυγε. & idyllio quarto sicut hic, ἄγων νιν ἐπ' Ἀλφεὸν ᾤχετο Μίλων. quod iis nouum non est, qui Platonem legerunt, quo nemo frequentius ita loquitur. Phædone: τοῦτ' ἐστὶ τὸ πλοῖον, ὥς φασιν Ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ Θησεύς ποτε εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ᾤχετο ἄγων. Accusat inconstantiam non Cupidinis & Veneris, sed Delphidis, cuius mentem Ἔρως ᾤχετο ἄλλα ἄγων. Nam interpres Græcus hæc non tangit, qui fortasse veram lectionem secutus fuisset interpretatione sua. Quanquam parum illi hominum generi tribuere cogamur, ita sæpe vel deprauata sequuntur, vel ipsi corrupti sunt: &, quod plus est, manifesta negligentiæ nota se traducunt. Ecce, ne longe abeamus, cum Aristotelis locū Περὶ ζώων μορίων adducunt, vbi de Iynge loquitur: Καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων μορίων, μεῖζον σίννης αὐτὸ λέγων. Vbi & memoria lapsus, quisquis est, simul & corruptus est. Legitur enim lib. 2. Ζώων ἱστορίας locus ille. Pro σίννης scribendum σπίζης. Verba Philosophi sunt: ὀλίγοι δ' ἡ καλουμένη ἴυγξ. αὕτη δ' ἐστὶ μικρῷ μὲν μείζων σπίζης· τὸ δὲ εἶδος ποικίλον. Non ita longe ab hoc loco scribitur a commentatore: Ταύτῃ δὲ ἀναιρεῖσθαι τὸν Δέλφιδα, καὶ φησὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ δεῖναι, καὶ εἴπερ στέρεμνον ἔχει τὸ σῶμα. Scriptum fuit a Græco librario, καὶ φησὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Ῥαδινᾶ, literis paucioribus: vt solent festinantes καὶ ἐπιτετμημένως γράφοντες. quod nihil aliud est, quam Ῥαδάμαντα. Itaque scribendum est: καὶ φησὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Ῥαδάμαντα. Locus enim Theocriti est:

— τὺ δ' Ἄρτεμι καὶ τὸν ἐν Ἅδα
Κινήσαις Ῥαδάμαντα·

vt nonnulli legebant. nam de hac lectione hic agit: alias pronius esset ἀδάμαντα scribere. Quod sequitur, glossa illius est, — καὶ εἴ τι περ ἀσφαλὲς ἄλλο. ac propterea distinguendum. Interim autem nobis poëta vellit, cum scribit:

Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται. ἀλλ' ἐπίπασσε Θέστυλι δειλαία.

quæ non intellecta fuerunt vt debebant, & quæ sequuntur ea occasione corrupta. Falluntur viri docti, qui ἀλλ' ἐπίπασσε scribi volunt, non autem ἀλλ' ἐπίπασε: Ea vera lectio est, & ad alia nos deducit. Quæ sunt enim τὰ ἄλλα, quæ aspergi vult, aut cur ait Simætha, ἄλφιτα πρᾶτον πυρὶ τάκεται? Nam vtrunque & τὸ ἄλλα & τὸ πρᾶτον aliud quid desiderant, quod postea exprimitur: *Primo, inquit, farina, aut farina quam primo infudimus, absumuntur, infunde & reliqua scelesta Thestyli.* Quæ vox nos ad reliqua dirigit. Præcipuum in veneficiis locum obtinebant οἱ ἅλες, id est sal: quod ne quidem Theocritus prætermisit: quamuis hic inuenire difficile sit. Scribe igitur versu ab hoc tertio:

Πάσσ' ἅλα καὶ λέγε ταῦτα, Τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.

pro quo male πάσσ' ἅμα legitur. Quod vt magis appareat, sciendum est, quid sit simulatio. Ab hoc versu, Ἄλφιτά τοι, qui exordium est & inchoatio rei magicæ (reliqua enim fuerunt τῆς ὀλολυζούσης Σιμαίθης) vsq. ad illū, Νῦν θυσῶ, quatuor proponuntur simulationes. Prima constat ex sale, quod spargitur: secunda ex lauro, quæ vritur: tertia ex cera, quæ liquefit: quarta ex trocho, qui torquetur. Quid sit in sacris magicis simulatio, non satis perspexerunt viri docti. In simulatione duo requiruntur. vt sit res similis, & assimulata: quæ refert, & quæ exprimitur. Res similes, sunt, ἅλες, δάφνη, κηρὸς, ῥόμβος: qui assimulatur, Delphis. Prima simulatio fit hoc modo: Πάσσ' ἅλα καὶ λέγε, Τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω: id est, *Sparge sal, & exclama hæc verba: Delphidis ossa spargo.* vbi habes veram simulationis formulam.

Nec

Nec aliter ὁ ἀντίδικος Turnebus Virgilii locum intelligere debuit, cum de simulatione agit:

*Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.*

hoc enim vult poëta: *Sparserat aquam, & exclamabat: Auernales aquas spargo.* Nam hoc est simulare in sacris. Primæ simulationis, quæ ex sale sparso constat, exemplum apud Lucianum in Ἑταιρικοῖς habemus, qui diligenter hunc Theocriti locũ expressit. δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τῶν τοιούτων. M. ἔχω τὰς κρηπῖδας αὐτοῦ. B. ταύτας κρεμάσασα ἐκ πατταλου, ὑποθυμιᾶν τῷ θείῳ, πάττειν καὶ τῶν ἁλῶν ἐπὶ τὸ πῦρ, ἐπιλέγειν δὲ ἀμφοῖν τὰ ὀνόματα, καὶ τὸ ἐκείνου, καὶ τὸ σόν. Legendum itaque, πασσ' ἅλα, sicut apud Lucianum πάττειν τῶν ἁλῶν, Ἀπτικωτέρως. Atque ita procedit simulatio, quæ sine hac voce erat mutila. Sed in Græco interprete circa initium restant adhuc difficultates quædam, quas leui manu expediamus. Apud Euripidem, quem merito σκηνικὸν φιλόσοφον dixerunt veteres, Hippolytus negat sibi Deum vllum placere, qui noctu sit admirabilis: atque hoc nomine & Venerem.

Οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν.

Eundem sensum præstare debebant lepidissima Menandri verba, quæ a glossatore Græco afferũtur: quæ nunc contrarium inferunt. δεῖ δὲ, inquit, τοῖς κλευθωμένοις ἔρωσι σιγῆς καὶ νυκτός. Μένανδρος· ὦ νύξ. σοὶ γὰρ δεῖ πλεῖστον Ἀφροδίτης: scribe,

Ὦ νύξ. σὺ γὰρ δεῖ πλεῖστον Ἀφροδίτῃ.

O nox, inquit, *multum ministerio tuo eget Venus.* quanquam, nisi me fallit memoria, vt ab interprete, ita quoque alibi a Plutarcho citatur. Pindarum poëtam scripsisse Παρθένια ex Suidæ catalogo scimus: quod opus κεχωρισμένα τῶν παρθενίων vocasse videtur vetus aliquis magister: qui locum illius laudat paulo ante, pro quo hodie legitur: Πίνδαρος φησὶν ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθενίων· ὅτι τῶν ἱερῶν στεφανοῖ μὲν ἄνδρες ἄρχονται τὸν ἥλιον, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν σελήνην. quod quid sit equidem non assequor. Sed proprie Theocrito destinatus est hic labor, cui interdum operam nostram debere cogimur. Sequitur simulatio altera, quæ plangone fit siue pupa cerea: quam Theocritus satis habuit κηρὸν dicere, sed σὺν δαίμονι: quod quale sit, non viderunt. Porro sicut non omnium est iudicare de idiotismis poëtarũ, ita non omnes moniti venustatem eam assequuntur aut admittunt. Non tamen propterea hominis veritatis studiosi est, a semel suscepto officio decedere, si nihil se proficere videat, præsertim in iis, quæ aut ante parum animaduersa aut obseruata, non omnibus persuaderi possunt. Peculiariter vtitur Theocritus aliquot præpositionibus, ex linguæ suæ proprietatibus, quæ singularem elegantiam pariunt: inter quas τὸ σὺν est. Ἀνὴρ σὺν μοίσαισι est ἀνὴρ μουσικός. idyllio 7.

Ἐσθλὸν σὺν μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα.

Φοῖβος σὺν φόρμιγγι, dicitur, ὁ φορμιγκτὴς, vel ὁ φορμίζων. idyll. eod.

— ὅν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδων

Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι.

sic & ἀπὸ aliquando: vt ἰσχὰς ἀπ' Αἰγίλω, χαῖται ἀπ' ἀκάνθας, ἄνδρες ἀπὸ σκηνέων dicuntur luctatores. sicut ibi ἀνὴρ σὺν μοίσαισι, est ὁ μουσικὸς, sic hic κηρὸς σὺν δαίμονι cera sacra dicitur, ὁ κηρὸς τῆς Ἑκάτης: *plango venefica.* Quod mirum fortasse Græco interpreti videretur si viueret: videbitur & aliis. Describit hanc ceram σὺν δαίμονι Eusebius, quæ Græcis dicebatur κηρὸς τῆς θεᾶς, quod Theocrito est, κηρὸς σὺν θεᾷ. vel σὺν δαίμονι. Exstant apud illum versus aliquot lib. 5. De præparatione Euangelica, vbi describitur, & πίχρωμα dicitur. vocat

eam τὸ σύμβολον τῆς Ἑκάτης. Pudet aſcribere locos vbique authorum, ne Rhapſodi videamur: qua ratione hodie chartæ implentur, & minimum quod in ſcriptis legitur authorum eſt. Quomodo iam diſtinguendus ſit hic verſus, apparet. Pergamus. Apud recentiores Græcos inuenias, qui ſapientiæ ſtudium definiant, πολυπραγμοσύνην τὴν περὶ πάντων: qui interdum veteres, Platonem & alios, ita loqui meminerant. Non ſtetit hic ambitio aliorum, qui ipſos philoſophos rerum contemplationi addictos πολυπράγμονας dixerunt ἁπλῶς. Quod a gloſſatore factum eſt, qui Theocritum, de Hippomane παρεξηγοῦντα, cenſoria virgula notauit. ὁ μὲν Θεόκριτός φησι φυτὸν εἶναι τὸ ἱππομανές· οἱ δὲ φυσικοὶ καὶ πολυπράγμονες, οὔ φασι φυτὸν εἶναι, & quæ ſequuntur. Atque vtinam hæc vnius tantum e plebe Grammaticorum cenſura eſſet, nec magnos noſtræ ætatis viros ac philoſophos præcipue in errorem traxiſſet. qui poëtam noſtrum tanquam imperitum philoſophum traducere maluerunt, quam ipſi meliores Grammaticos profiteri: ad quorum tribunal agitanda eſt hæc controuerſia. Γένος & φυτὸν ſæpe χυδαίως ponuntur, vt Atticorum χρῆμα: quorum ratio non ex vſu, ſed ἐκ τῶν πρωτοτύπων & deriuatione dependet. Sicut enim γένος eſt πᾶν τὸ γινόμενον, ita φυτὸν πᾶν τὸ φυόμενον. Vtranque vocem ita idyllio 8. vſurpauit: vbi valles & fluuios θεῖον γένος, herbas & fontes γλυκερὸν φυτὸν vocat. Alter canit:

Ἄγκεα καὶ ποταμοὶ θεῖον γένος.

Alter reſpondet:

Κρᾶναι καὶ βοτάναι γλυκερὸν φυτόν.

eſt enim γλυκερὸν φυτὸν, χρῆμα γλυκερόν. ſicut θεῖον γένος, χρῆμα θεῖον. Tentauit pro poëta aliquid doctus neſcio quis magiſter Græcus, qui notauit, φυτὸν δεῖ ποιεῖν, ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς παλαιοῖς φύεσθαι: item Archilochum τὸ φῦμα φυτὸν dixiſſe. quin & præſtantiſſimus Caſaubonus hic aliquid notabat. Sed vt demus τὸ φυτὸν nihil eſſe aliud quam τὸ ζωὸν, & vulgari more vſurpari, ne ſic quidem ἀλογιστίαν poëtæ euicerint. Primus huius opinionis fuit autor Heſiodus, qui in ſuis Georgicis hanc plantam ab effectis indigetauit. Seruius ad quartum Georg. *Scit lectum eſſe apud Heſiodum herbam eſſe quandam, quæ Hippomanes vocatur, quaſi ἵππου μανία. ſi enim eam comederint equi, furorem patiuntur. Vnde nunc adiecit, Vero quod nomine dicunt. Nam vult illam herbam, abuſiue Hippomanes dictam, quod poſſint equi furere, & alia quacunq. ratione.* Scio quid reſponſuri ſint illi ſiue medici ſiue philoſophi, veriſimile non eſſe, id prætermiſſuros fuiſſe vel Theophraſtum vel Ariſtotelem. Eos nos viciſſim monebimus vt meminerint illius Pliniani, qui in Prooemio lib. 14. deplorat, paucos ſuo tempore noſſe eorum nomina quæ ante mille annos ab Heſiodo commemorata erant. *tanto*, inquit, *priſcorum cura fertilior, aut induſtria felicior fuit.* Adducunt & interpretes Græci Crateuam quendam, qui totam hanc plantam diligenter conſiderauit. Fuit autem Crateuas ille vetus Botanicus, qui ſæpe ab autoribus & interpretibus adducitur: præcipueq. eius ῥιζοτομικά. Locus, quem Grammatici paulo poſt ex Nicandro adducunt, corruptiſſimus eſt: qui niſi hodie extaret, difficulter a nobis emendari poſſet. cum nunc etiam vix ſibi ſimilis videatur. εἴρηται δὲ βδέλλα, inquit, παρὰ τὸ βδάλλειν, ὅ ἐστιν ἐξαμέλγειν τὸ αἷμα. τὸ γὰρ ἀμέλγειν Ἀττικοὶ βδάλλειν λέγουσι. Νίκανδρος. καὶ σωμάτων ἐκβδάλλει ὄγκον. Scribe, Νίκανδρος. ἠὲ σύ γε βδέλλας νέον ὄγκον. Locus integer in Alexipharmacis eſt:

Ἀλλὰ σὺ πολλάκι μὲν χαίτην δρυὸς ἢ κλάδα κόψας,

Πολλάκι καὶ φηγοῖο πόροις ἀκύλοισιν ὁμήρει.

Ἠὲ σύ γε βδέλλας νέον ὄγκον ἐνισσε πόλλας.

Corrum-

Corrumpendo loco aliquid conferre potuit Grammatici ὀλιγωρία, qui Nicandrum inſpicere non dignatus ſit. ſicut nec Euripidem circa principium idyllii, cum notat, τὰς ἔρωτι κατεχομένας τὴν Σελήνην μετακαλεῖσθαι ζώνθες, ὡς καὶ Εὐριπίδης ποιεῖ Φαίδραν περὶ ἔπλευσαν ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππολύτῳ. Negligentia non minus ſupina. Nam vbi Lunam in Euripidis Hippolyto inuocat Phædra? Legimus illa quidem,

> Δέσποινα δίας Ἄρτεμι λίμνας,
> Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
> Εἴθε γενοίμην ἐν σοῖς δαπέδοις,
> Πώλους Ἐνέτας δαμαζομένα.

At ea ratione & Hippolytus cum venationis præſtitem Dianam vocat, Lunam inuocabit. Sed ſubtiliſſimus doctor, quia aliquoties Luna Ἄρτεμις vocatur, voluit vbicumque Ἄρτεμις inuocatur, ibi quoque inuocari τὴν Σελήνην. Nos eiuſmodi Grammaticorum acumina cum ſpecioſiſſimo nomine appellamus, negligentiam vocamus.

## Cap. VI.

*Altera ſecundi idyllii pars. Obſcena* ὑποκρίσεως *veſtigia.* κροταθεὶς χαλκὸς *ad depulſionem* τῶν φασμάτων. *Locus ex Sophrone expreſſus. optandi & imperandi modus pro eodem. Theocriti locus contra quam vulgo explicatus.* κινήσαις ἀντὶ τοῦ κίνει. *Lectio ambigua apud Theocritum ſublata.* ἡ ἀνάδησις. *coronæ & tæniæ. mos amantium.* ἡ λαμπάδος ἐπαγωγή. *Interpres emendatus.* ἡ ζωφὸς τῆς κανηφορούσης. *Interpres notatus.* γυνὴ Θαψίνη. οἱ φοιτῶντες. φοιτᾶν *in gymnaſio.* παρθένος ἐν θαλάμῳ *Theocrito.* θάλαμος *apud poëtas qui Homerum ſecuti ſunt.* ῥόμβος ἐκ Ἀφροδίτας. φοβεῖν εἰς μανίαν εἰσάγειν. *metus* ἡ μανία. *alia.* φοβεῖσθαι σὺν κακαῖς μανίαις. ἄκρατον ἔρωτος. ἐπιχεῖν. *Theocritus bis emendatus.* ὠκεανὸς ἡ δύσις. θεοὶ ὀπαδοὶ καὶ πάρεδροι.

In hoc idyllio, quod ex manibus fortaſſe depoſuiſſemus, niſi importune nimium interdum argutias exhiberet interpres Græcus, qui partim temporis, partim ſuo vitio corruptus deprauatuſque eſt, multa eiuſmodi extant ὑποκρίσεως veſtigia, quæ interdum parum a fœditate abſunt & nequitia. Oportuit certe quicunque actor hæc ſaltaret mirum in modum laſciuire geſticulatione in his verbis, καὶ σημείοις, vt Ariſtoteles loquitur, περιεργάζεσθαι:

> Καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο, καὶ τὰ πρόσωπα
> Θερμότερ' ἦς ἢ πρόσθε· καὶ ἐψιθυρίσδομες ἁδύ.

Audis enim motum plane fractum, &, vt Romanus poëta loquitur, exoſſatum. Sed non tam longe quærendum eſt in quo noſtra ſe occupet induſtria. Simætha poſt ſimulationem vltimam, emiſſo furfure, preces ſuas proponit τῇ Ἑκάτῃ, quibus flagitat, vt exoret τὸν κάτω θεόν. Veteres, vt alibi notat Euſtathius, confundebant vtrunque modum, & qui optat & qui imperat: quod illis vnus idemque eſſet. Vnde cum verecunde aliquid maioribus imperabant, εὐχὴν ποιούμενοι hoc proponebant optandi formula, præcipue Dores qui hoc modo impenſe delectantur. Simætha illis verbis, contra quam vulgo ſumuntur, nihil aliud quam precatur & imperat.

> Νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα. τὺ δ' Ἄρτεμι καὶ τὸν ἐν ᾅδᾳ
> Κινήσαις Ῥαδάμανθα, καὶ εἴ τι περ ἀσφαλὲς ἄλλο.

Quod ſi cogitaſſet Græcus annotator, nunquam

nunquam dubitasset vtra præferenda lectio fuisset, quæ Ῥαδάμαντα habet an quæ ἀδάμαντα. Κινήσαις κ' ἀδ'. Ego, inquit, *surfures sparguui: tu Iouem Stygium exora, & si quid præterea nobis obstare queat.* In sequentibus cum poeta sub Simæthæ nomine Thestylidem monet,

> Θέστυλι ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται.
>
> Ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει,

notarunt ibi quædam viri docti de æris vsu in sacris, ac præsertim Lunæ, ex omnibus scriptoribus nota: quæ non improbamus. Sed cum hoc scripsit, habebat in animo Sophronem suum, qui τὸ κροταθέντα χαλκὸν dixerat amoliri φάσματα illa, qua Ἑκαταῖα vocabantur. Ac propterea sub aduentum Hecatæ iubet continuo τὸ χαλκὸν κρέειν. Dixerat Sophron, ὁ γὰρ κύων βαΰζας λύει τὰ φάσματα, ὡς καὶ χαλκὸς κροταθείς. Ac propterea fortasse etiam præcessit de canibus, αἱ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται. quia ille addiderat τὸ βαΰζαντα κύνα· Cum poëta Delphin e gymnasio redeuntem & athletico oleo perfusum λιπαρόχρων vocat, idem glossator, aut non dissimilis, nimium lepide ἁπαφῆ exponit. Itaque persuademus nobis nunquam hæc eiusmodi scripsisse eos homines, quam cum ocio abundarent, nec aliunde dicta esse scholia quam quod ὑπὸ σχολαζόντων & ignauia diffluentibus conscriberentur. Sed nos huiusmodi vbique prætermittimus: quia eadem temporis iactura refelluntur qua conscripta sunt. Moris inter amatores Athenienses erat, vt qui deperiret aliquam, præsertim meretriculam, postridie quam nomen eius in Ceramico (loco ita dicto) scripsisset, & amore im falsus esset, comum institueret περὶ τὴν ἀνάδεσιν, hoc est, ad iniiciendas eius capiti coronas, cum tæniis. Sic Alcibiades apud Platonem in conuiuio cum corona & tæniis ad Agathonem se confert, ἀναδησόμενος αὐτόν. Verba Platonis sunt in Conuiuio quod diuino nectare sermonum Socratis conditum est. ἄγειν οὖν αὐτὸν παρὰ σφᾶς τήν τε αὐλητρίδα ὑπολαβοῦσαν, καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἀκολούθων, καὶ ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς θύρας ἐστεφανωμένον αὐτὸν, κιττοῦ τινι στεφάνῳ δασεῖ, καὶ ἴων, καὶ ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πάνυ πολλὰς, καὶ εἰπεῖν. Ἄνδρες χαίρετε, μεθύοντα ἄνδρα πάνυ σφόδρα δέξεσθε συμπότην, ἢ ἀπίωμεν ἀναδήσαντες μόνον Ἀγάθωνα ἐφ' ᾧπερ ἤλθομεν. ἐγὼ γάρ τοι, φάναι, χθὲς μὲν οὐχ οἷός τ' ἐγενόμην ἀφικέσθαι. νῦν δὲ ἥκω ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχων τὰς ταινίας, ἵνα ἀπὸ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς τὴν τοῦ σοφωτάτου καὶ καλλίστου κεφαλὴν (ἐὰν εἴπω οὑτωσὶ) ἀναδήσω. Excusat se Alcibiades, causamque dicit in foro Veneris, quod more consueto postridie eius diei, quo Agathonem σοφώτατον καὶ κάλλιστον esse scripserat, non venisset πρὸς τὴν ἀνάδεσιν. Delphis sponte sua se venturum fuisse ait, nisi a Simætha præoccupatus fuisset, his verbis:

> Ἦνθον γὰρ κἠγὼ, ναὶ τὸν γλυκὺν ἦνθον Ἔρωτα,
>
> Ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος ἐὼν φίλος αὐτίκα νυκτὸς,
>
> Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων,
>
> Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος,
>
> Πάντοσε πορφυρέαισι περιζώστραισιν ἑλικτάν.

Duplici habitu introducitur hic amator: palæstrico; nam e palæstra redibat: comastico; nam ad comum se conferebat. Quæ ad palæstram spectant, nota sunt omnibus. Ad comum spectant τὰ μῆλα αἱ περιζώστραι, & coronæ, quas e capite suo amicæ imponebant: quod ἀναδεῖν dicebant. Eas e populo gestat ille, vt athletam decebat, qui coronam suam in alium vsum conuersurus, Simætham adibat, ac tantisper eam, sicut Alcibiades, in capite gestabat. Quid sit ἀνάδεσις, nec in hoc idyllio,

idyllio, multo minus in eo quod sequitur, vbi maiorem etiam locum habet, viri docti nos docuerunt. In eo Comastes cum corona περὶ τὴν ἀνάδησιν se confert, ad quam cum non admittitur, minatur coronæ solutionem. vnde illud,

Τὸν στέφανον τιλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς. Philostratus in Imaginibus suis τοὺς Μύθους, veluti filios illius fabulatoris, cum tæniis ad Æsopum tanquam amatores venientes facit περὶ τὴν ἀνάδησιν. Δ' ἐκκωμοῦσί σοι οἱ Μῦθοι διὰ τὸν Αἴσωπον, φοιτῶσιν ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ σοφοῦ, ταινίαις αὐτὸν ἀναδήσοντες καὶ στεφανώσοντες αὐτὸν θαλλοῦ στεφάνῳ. Addidit τοῦ σοφοῦ, ea ratione qua Plato, τοῦ σοφοῦ καὶ καλλίστου. Sequitur paulo post:

Πάντας καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδας ἦλθον ἐφ' ὑμέας.

quibus verbis minatur Delphis τὴν λαμπάδος ἐπαγωγήν. quæ præcipua violentiæ pars in Como erat. Qui enim post pulsatas fores περὶ τὴν ἀνάδησιν non admittebatur, minabatur λαμπάδα ἐπάγειν Hoc est quod in suo παρακλαυσιθύρῳ tangit Ouidius:

*Aut ego iam ferroque ignique paratior ipse,*
*Quam face sustineo tecta superba petam.*

Vbi de morbi sui grauitate conqueritur Simætha, quam ex solo Delphidis aspectu contraxerat, notat interpres Græcus, qui ad illa commentatus est, differentiam quandam scripturæ veteris, his verbis: γράφεται καὶ ἐξάλλαξε· ἀντὶ τοῦ ἐξήλλαξε: scribitur enim apud poëtam:

— ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε.

Viri docti legendum arbitrati sunt: γράφεται καὶ ἐξαλίαξεν· ἀντὶ τοῦ ἐξήρανε. vt hæc sit Grammatici opinio, ἐξηλιάζειν esse τὸ ξηραίνειν. Sed vt nihil dicam de falso syllabæ modulo qui repugnat, propius ad literarum vestigia accedi potest, si scribamus: γράφεται καὶ ἐξάλλαξε· ἀντὶ τοῦ ἐξήλλαξε. de quo dubitandum non est.

Amoris sui primam ansam deriuat in Theocharilam quandam Simætha. Ea custos erat Anaxûs puellæ, quæ in Dianæ pompa a canistris erat. Virgunculæ quæ huic sacro ministerio deligebantur, vel cum matribus caste viuebant ἐν μυχῷ δόμων, vt Homerus loquitur, & interiore ædium parte, vel cum nutricula aliqua, vt virgines reliquæ. Puras enim & intactas ei rei delegabant. Hanc Theocharilam cum τροφὸν vocari audis, memento non alterius fuisse quam τῆς κανηφορούσης. Itaque vox *Anaxûs* ἔξωθεν intelligitur cum dicit, καί μ' ἁ Θευχαρίλα Θρᾷσσα τροφός. Ea occasione Simætham ad spectacula alumnæ suæ, quæ in capite sacra sustinebat, vt Tullius loquitur, trahebat. Quod cum parum recordarentur nescio qui subtiles Grammatistæ notarunt ad hæc verba: καί με ἡ τροφὸς τοῦ Θεοχαρίλου ἡ ἀπὸ τῆς Θρᾴκης ἡ μακαρεῖτις· ἐτελεύτησε γὰρ τὸν βίον δηλονότι. atque ita mira quadam ἐπροσποιήσει virum e fœmina concinnarunt. Paulo post cum ait Simætha,

Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ,

significat se θαψίνην fuisse, vt Comicus loquitur. Hanc θάψου vim non ignorabant Atheniensium mulierculæ: quæ cum pallidas se videri postulabant, aut, vbi cum maritis suis singulari duello congressæ erant, ne tumicum plenæ & ὑπωπιασμέναι in publicũ prodirent, vultum θάψῳ linebant. Itaque Comicus pallidas mulierculas θαψίνας dixit, vel a colore ligni, vel a remedio. Vespis:

Βδε. Ἀληθὲς ὦ πόνηρε· καὶ σὺ δή μοι Χαιρεφῶν
Γυναικὶ κλητεύεις ἐοικὼς θαψίνῃ,
Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς πεδὸν Εὐριπίδου.

itaque & Simætha θαψίνη ea ratione fuit, cum colorem illum induisset, vt morbi & amoris plena. Videntur opponi interdum in Gymnasio οἱ φοιτῶντες

καὶ οἱ καθήμενοι. οἱ φοιτῶντες sunt qui spectaculum præbent & exercentur; οἱ καθήμενοι, qui spectant & luctantes vident. φοιτᾷν certe non minus de corporum quam de animi exercitiis in vsu fuit: nam vtrisque gymnasia patebant. vnde & φοιτηταί. Non aliud puto voluit Theocritus, cum scripsit, Τῆνοι γὰρ φοιτῇ, τῆνοι δὲ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι. Nimium frequenter in Theocriti idiotismo lapsi sunt veteres recentioresque. Describit infra Delphis vim Amoris, & potentiam τοῦ ἀγωνιωτάτου τῶν θεῶν Ἔρωτος. Sed ipsa verba habeamus:

> Σὺν δὲ κακαῖς μανίαις καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο
> Καὶ νύμφαν ἐφόβησ' ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῖσαν
> Ἀνέρος.

Vbi interpres notat: καὶ παρθένον δὲ ἐκ τοῦ δωματίου ἐφόβησεν· ἀντὶ τοῦ φυγεῖν ἐποίησε σὺν κακαῖς μανίαις, ἤγουν κακῶς μαινομένην· καὶ νύμφην, ἤγουν γυναῖκα ἄνδρα ἔχουσαν, ἐκ τοῦ θαλάμου φυγεῖν ἐποίησεν, ἔτι θερμὴν λιποῦσαν τὴν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς κοίτην. Multis modis labitur. Nam quid hoc est παρθένον ἐφόβησε, φυγεῖν ἐποίησε, & alterum quod sequitur? Loci συνέχεια & cohærentia talis est. Σὺν κακαῖς μανίαις ἐφόβησε, καὶ παρθένον ἐκ θαλάμου, καὶ νύμφην. Theocritus opponit hæc duo, παρθένον ἐκ θαλάμου, & νύμφην. vt videant omnes quam procul aberrarint & homo Græcus & quotquot nihilo prudentiores fuerunt. Sicut νύμφη dicitur ἡ νεόγαμος, ita παρθένος ἐκ θαλάμου dicitur ἡ μήπω γεγαμημένη, virgo intacta. Παρθένον ἐκ θαλάμοιο dictum ea ratione qua supra, Θύρσις ὁ ἐξ Αἴτνας, ὁ Αἰτναῖος, ἕλκος ἐκ Κύπριος in Polyphemo, & hoc ipso idyllio, ῥόμβος ἐξ Ἀφροδίτας.

> Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας.

Ne quis enim fortasse arbitretur, hoc voluisse poëtam, ὡς ὁ ῥόμβος δινεῖται ἐξ Ἀφροδίτας, magister quidam ἀνέκδοτος, cuius glossis vsi sunt viri docti, ibi notabat, ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας, ὁ ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς Ἀφροδίτης κατεσκευασμένος. Eodem modo, παρθένος ἐκ θαλάμου, ἡ ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ ἀναστρεφομένη. Iam puellas in ea ædium parte versari solere, quam mulieres frequentabant, vt procul a virorum congressibus haberentur, notissimum est. Eum locum ab iis, qui Homerum secuti sunt, θάλαμον dici notarunt veteres. Vnde Phocylides præcipit alibi, virginem diligenter ἐν θαλάμῳ seruare, ne foris conspiciatur, vsque ad nuptiarum tempus.

> Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
> Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆμεν ἐάσῃς.

Eo se cum matribus suis subducebant. Hinc est quod Horatius Pholoæ puellæ iam nubili & maturæ suadet, *vt matrem sequi desinat*, id est, παρθένος ἐκ θαλάμου εἶναι.

> *Tandem desine matrem*
> *Tempestiua sequi viro.*

Hæc & eiusmodi qui leuia esse contendet, id nos ea conditione libenter fatebimur, vt vicissim nobis concedat, satis magna ea esse, quorum ignoratione a tam multis peccatum est. Iam φοβεῖν, est, εἰς μανίαν εἰσάγειν, *insanum reddere*, &, vt Plautus loquitur, *delirum concinnare*. Hesychius, φοβήσας, ἔνθεον ποιήσας. Nec hic aliter accipiendum, quam *attonitus* apud Ouidium:

> *Quid mihi fiet? ait. Sonuerunt cymbala toto*
> *Littore, & attonitâ tympana pulsa manu.*

& Horatius:

> *Ternos ter cyathos attonitus bibat.*

Idem furorem Bacchicum *metum* dixit:

> *Euæ, recenti cor trepidat metu,*
> *Plenoque Bacchi pectore turbidum*
> *Lætatur.*

sic

sic ἐκπεπληγμένον ᾄδεσθαι dixit Comicus, vt noster poëta *attonitum*. Igitur φοβεῖσθαι dicitur hic eleganter ὁ ἐκ τοῦ Ἔρωτος κάτοχος ὤν. Sed Theocritus, vt mos eius est, maluit ζωὸν μανίαις φοβεῖσθαι dicere, vbi φόβος σὺν μανίαις esset vt supra κηρὸς σὺν δαίμονι. Sed telam nostram porro detexamus. Verum est quod notant incomparabiles viri & qui in hoc authore diuinitati suæ præluserunt, χθὲς sæpe nihil aliud esse, quam χθὲς καὶ πρώην, & ad plures dies extendi. Ita *heri* apud Tertullianum forte ad annum & amplius; vt in Apologetico viri sanctissimi, cum legitur: *Nonne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem & squalentem syluam legum nouis Principalium rescriptorum & edictorum securibus truncatis & caditis? Nonne vanissimas Papias leges, quæ ante liberos suscipi cogunt, quam Iuliæ matrimonium contrahi, post tanta authoritatis senectutem, heri Seuerus constantissimus principum exclusit?* Falluntur, qui infra scribunt,

— ἀτὰρ πίον αἰὲν ἔρωτος
Ἀκράτῳ ἐπιχεῖτο·

cum scribendum sit, ἀκράτω. Ἄκρατον ἔρωτος vocauit poëta lusum Siculorum, τὸ Σικελὸν ἀκόντισμα, vt Callimachus loquitur, cottabysmi speciem. Dictum est autem οἶνος ἔρωτος, sicut μῆλα Διωνύσοιο hoc idyllio, & eodem, χιτὼν βύσσοιο, aliaque infinita. Græco interpreti idem placuit; sed corruptus est. Scribe itaque & ibi: τοσοῦτον δὲ ἔφη, ὅτι ἀεὶ αὐτὶ τοῦ συνεχῶς ἀκράτον ἔρωτος ἐπιχεῖτο. addit enim: ἤγουν συνεχῶς ἔπινεν οἶνον ἔρωτος. οἶνος δὲ ἔρωτος, ὃν πίνει τις μεμνημένος τῆς ἐρωμένης, ἢ τοῦ ἐρωμένου. Satis euidenti σημείῳ vtebatur hæc muliercula, ne dicam τεκμηρίῳ, quæ conspecto τῷ ἐρωτικῷ οἴνῳ, quem fundebat Delphis, amare eum iudicabat. Dictum est autem ἐπιχεῖν ἄκρατον, sicut Comicus dixit, ἐπιπίνειν βληχωνίαν.

Τρ. Ὦ φιλτάτη δεῦρ' ἐλθὲ καὶ δός μοι κύσαι.
Ἆρ' ἂν βλαβείην διὰ χρόνου τι σοι δοκῶ
Ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, τῆς ὀπώρας καταδάσας.
Ἑρ. Οὐκ εἴ γε κυκεῶν' ἐπιπίοις βληχωνίαν;

Nam vtrobique ἔξωθεν aliquid relinquitur: id nimirum de quo sermo erat. quod in vernacula lingua nostra frequentissimum est. Malim paulo post: Ἦρ' οὖν ἄλλο τι πτερὸν ἔχει; quam Ἦρ' οὐκ. Versu sequenti omnino legendum est.

Νῦν μὰν τοῖς φίλτροις ἐπιθύσομαι.

Sed hoc prius in mentem doctissimo iuueni Iohanni Meursio venit. In versiculo qui a fine quartus est, videtur demum stare posse magistrorum veterum aliis in locis nimis acuta obseruatiuncula, quæ monet apud poëtam interdum ὠκεανὸν esse τὴν δύσιν.

Ἀλλὰ τὺ μὲν χαίροισα, ποτ' ὠκεανὸν τρέπε πώλους
Πότνι'.

Finem faciemus, si ad vltimum versum hoc addamus. Ὀπαδοὶ θεοὶ dicebantur iidem aliquando qui πάρεδροι: qui honoris gratia Iouem comitabantur. Lucianus Encomio Demosthenis: ἀλλ' ὁ μὲν οἴχεται, βίον ἕξων τὸν ἐν Μακάρων νήσοις, Ἡρώων λεγόμενον ἢ τοὺς ἐς ἔσχατον ψυχῶν νομιζομένας ὁδοὺς, ὀπαδός τις δαίμων ἐσόμενος ἐλευθερίου Διός. At poëta noster lepore nimio, τοὺς ἀστέρας, qui semper Lunam comitantur, ὀπαδοὺς τῆς Σελήνης currusq. eius vocauit.

## Cap. VII.

*Tertium idyllium percurritur.* Βουκολιασμοῦ *species.* μελοποιία, ὄρχησις. *Comus bucolicus. abrumpitur aliquoties, & vbi. Sermo* ὑποκριτικός. *Scena idyllii.* εὐόρχης *&* ἐνόρχης. παραχύπτειν. *Græcus interpres emendatus.* ἀστράγαλος. *Theocritus emendatus.* λύσις στεφάνου. *interpretes notati. Theocritus emendatus.*

*dasus. iterum.* καταιβάτης. καθαίρετης. πεσοῦ γε κείσομαι.

NOBILISSIMVM est Theocriti poëmatium Bucolicum quod Comus inscribitur, in cuius ratione quædam adhuc præterfugisse videntur doctiores. vt in ipso statim limine nobis desidendum sit. Duæ sunt Βουκολιασμοῦ species: μελοποιΐα καὶ ὄρχησις: *carmen & tripudium.* Autorem vtriusque habemus Theocritum. Hesychius: Βουκολιασμὸς, μελοποιΐας πρὸς εἶδος καὶ ὀρχήσεως· ἀμφότερα δὲ ἀγροικικὰ καὶ Θεοκρίτῳ γέγραπται. Ad posteriorem speciem refertur Comus. ita tamen vt sine voce non constet. Hesychius: Κῶμος εἶδος ὀρχήσεως, ποιμένος πρὸς, καὶ μέλη πρός. Comi principium, qui aliquoties postea interrumpitur a Caprario, ibi est:

Ὢ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί.

quæ omnia cum vehementissimo σχηματισμῷ & gesticulatione, pedumque motu pronunciantur: ibi enim exultare incipit pastor. At interpretes quid esset Comus ignorarunt: quo facilius veniam impetrare debent, quod primæ vocis vim non assecuti sint, quæ principium constituit suauissimæ & genuinæ ἐκθέσεως illius quinque priorum versuum, in quibus admirabile est exemplum καθαρότητος. Ita vt, nisi fallor, in scholis suis Rhetorum magistri hoc tanquam perfectissimo canone, cum de hac idea agunt; iam olim vsi sint. Comus abrumpitur cum alibi tum ibi:

Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός.

Rursus resumitur ibi:

Ἱππομένης ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι.

Rursus desinit post versum illum:

Ὃς τήνων ἐκύρησεν.

In quibus omnibus respirat & interquiescit actor. Necesse est itaque orationem totam, quia repræsentationi conformata est, multa habere queis differat a reliquis: quæ subtilius possemus excutere, nisi alterius instituti essent. Multa dicuntur quæ ipsis legentibus actionem extorquent: sicut antiqui Menandri fabulas agebant, vt intelligerent; Philemonis legebant. Est enim sermo solutus sæpe, & sine copulis aliquot pericommata: quæ res actionem iuuat, καὶ τὴν ὑπόκρισιν κινεῖ. Verissimum autem est pronunciatum eorum, qui hæc diligentius excutiunt: πᾶν τὸ ἀπαθὲς ἀνυπόκριτον. De hac orationis forma inspiciat qui volet, quæ curiose quidam veterum notarunt, & πειθανότητας eorum consulat: in quibus multa tamen inueniet quæ iudicium acuant. Scena ad antrum Amaryllidis est. Pecudes suas acturus pastor Tityro commendat: non secus quam qui in veteri comœdia ad Parabasin se accingunt instrumenta priora deponunt, aut iis tradunt, quos ἀκολούθους dicunt: vt in Pace Comici. Sed & nos hoc agamus. Græcus glossator interpretatur hoc modo vocem ἐνόρχαν, τὸν ὄρχεις μεγάλους ἔχοντα, τὸν τέλειον, ἢ ἡμιτομίαν. Viri docti non male de literis meriti in suis aduersariis notabant scribendum, ἢ μὴ τομίαν. Sed nihil est necesse. Solent Græci Grammatici sæpe locos interpretari, pro diuersitate scripturæ, καὶ τῶν ἀντιγράφων, καὶ τοῦ τόνου. Non est dubium, quin alibi scriptum inuenerit non ἐνόρχαν, sed ἐνόρχαν, διαζωννύμενον: quod est ἡμιτομίαν. Vtranque vocem habes apud eos magistros, qui collegerunt vocabula, τὰ κατὰ διάφορον σημασίαν διαφόρως τονούμενα. quod autores illi ex Theocriti glossatoribus sine vllo dubio compilarant. Suspicari possumus & hoc modo Maronem legisse, qui *caprum* reddidit: nam certe caper dici potest ὁ ἡμιτομίας. atque ita locum non haberet Gelliana obseruatio: quæ τὸ ἐνόρχαν, & τὸ *caprum* pugnare notat. ὁ ἐνόρχας est ὁ ἡμιτομίας. Solebant mulierculæ salaces, & quæ signum

signum amatoribus dabant se gratificari velle, nec difficiles futuras, capite e foribus exerto παρακύπτειν. Comicus Εἰρήνῃ precatur ne Pax sicut meretriculæ solent solummodo παρακύπτῃ, & deinde abeat; sed constanter maneat.

Δέξαι δῆτ' ὦ πολυτιμήτη
Νὴ Δία, καὶ μὴ πάθῃς ἅπερ αἱ
Μοιχευόμεναι δρῶσι γυναῖκες.
Καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι
Τῆς αὐλείας παρακύπτουσι,
Κἄν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς
Ἀναχωροῦσι,
Κᾆτ' ἢν ἀπίῃ, παρακύπτουσι.

Hoc est quod pastor conqueritur cum Comum suum exorditur:

— τί μ' οὐκέτι τοῦτο κατ' ἄντρον
Παρακύπτοισα καλεῖς τὸν ἐρωτύλον;

Ad illarum vocum postremam notabat Græcus interpres: παροξυτόνως δὲ τὰ τοιαῦτα πλὴν τοῦ ὄξυλος, Παῖδ' ὀλοφυρομένην Ἴτυλον. quæ mutila erant. Nos addidimus, καὶ τοῦ Ἴτυλος, ante locum Homericum. Cum pastor paulo post sibi exitium minatur, totius loci venustas, ex prouerbiali voce καὶ διωτικῇ dependet, τοῦ ἀπάγξασθαι: Lucianus eadem ratione, qui, vt poëta noster, sæpe ex eiusmodi vocibus leporem captat, dixit, ἀπηγξάμην ἄν. quod est, *funditus interiissem.* ἀπέπνιξας ὦ Πάμφιλε, ἀπηγξάμην γὰρ ἄν, εἴ τι τοιοῦτο ἐγένετο. Idem Gallo: οὐκ ἀπάγξῃ ὦ ἀλεκτρυὼν ὁ πάντως οἰόμενος Μιλησίοις ἢ Σαμίοις εἶναι; Sic sæpe Plautus pro eo quod Græcorum Comici κλαύσαι, vel κλαύσει, vel οἰμώζειν σοι λέγω, mavult dicere, *suspende te.* Quod vidit omnium poëtarum maximus, qui cum hunc locum attingeret, satis habuit dicere: *mori me denique coges.* Suauissimam Caprarii ἐννόησιν, quæ sequitur de apicula quam præteruolantem antrum Amaryllidis videbat (ita enim ea verba capio) hoc modo conceperim potius, quam vt iam legitur:

— ἆ δὴ γνοίμαν
Ἁ βομβεῦσα μέλισσα, καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν.

Non autem καί. Semel monuimus in hoc idyllio fere omnes periodos esse ἀζευκτικὰς & ἀπολύτους, ac copularum reiicere frequentiam, vt vehementius sit τὸ πάθος: quod & hic nos iuuat. Libet & credere, τό, ἁ βομβεῦσα μέλισσα, digito μιμητικῶς expressum fuisse a pastore: qui ibidem apiculam forte fortuna præteruolantem notabat, dum in Como suo esset. Interpretis Græci fabellam pueris puto somnum conciliare posse, aut nutriculis vsui esse, quæ lallum canunt: hic certe locum habere non potest. Paulo post indignabundus Comastes λύσειν στεφάνα minatur: quod quando fieri soleat Dipnosophista docet.

Τὸν στέφανον τιλαί με καὶ αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς.

Vbi viris doctis, qui vocem κατωτίκα inter Theocriticas referunt, per nos quidem tacere licuisset. Quam magno enim negligentiæ crimine se obstrinxerint, vel hinc apparet, quod ipsis infantibus puto persuaderi posse, hoc poëtam velle: τὸ στέφανον αὐτίκα ποιήσεις με τίλαι κατὰ λεπτά. Non longe ab hoc versu distinguo,

Ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος;

secus quam antea excusum erat. Corruptus est locus, qui sequitur paulo post:

Εἶπε καὶ Ἀγροιὼ τἀλαθέα κοσκινόμαντις,

Vbique antiquitas anus incantatrices facit & veneficas, sicut passim Theocritus. idyll. 7.

Ἀμὶν δ' ἀσυχία τε μέλοι, γραία τε παρείη,
Ἅτις ἐπιφθύζοισα, τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.

&, ne tam longe recedamus, idyll. 6.

Ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυτταρὶς ἐξεδίδαξεν;
Ἁ πρὰν ἀμώντεσσι παρ' Ἱπποκόωντι ποταύλει.

Lego & hic vt ibi, ἁ χαία, non Ἀχαιά. εἶπε καὶ ἁ χαία. Qui lapſus, ducentibus eo literarum veſtigiis, fuit procliuiſſimus. Vide tamen ſtuporem interpretis, qui notat, οὐδέπω γὰρ τὴν χαίαν εἶπε φησίν. quaſi difficile eſſet reponere ἁ χαία. Alius quidam, ſiue idem eſt, addit, ἢ τὴν ἀχοικινὴν τὴν ἐπὶ τῶν ἀχῶν. Ita Græci multarum opinionum profuſiſſimi ſunt, veritatis parciſſimi. Cum παραιβάτις in ſequenti verſu hæc anus dicitur, laudarem & quidem merito Græcum interpretem, ſi quid hoc verbi ſit nos docuiſſet. Sed quod proprium eſſe exiſtimat (quod vltimum Grammatici ἀμηχανοῦντος, & cui aqua hæret, refugium eſt:) quod abſurdiora hoc addat, gratiam noſtram demereri non poteſt. Scimus quid ſuſpenſa manu Euſtathius iudicarit, qui Iliad. 3. ὅτι δὲ ὁ Θεόκριτος τὴν παρ' αὐτῷ ἱεροδακίδα, ἤτοι μισθώτειαν, παραιβάτιν λέγει, καὶ διὰ τί, ζητητέον ἐκεῖ. Potuiſſet, meo iudicio, ſine magna moleſtia commentator ille, in tam libero ſcribendi genere obiter vocis iſtius rationem reddere: nec propterea a conſuetudine ſua receſſiſset. Apud veteres vſque ad Democratis tempora notum eſt omnes lunæ ſoliſque defectus καθαιρέσεις dictos fuiſse: cuius rei rationem nondum ſatis cognitam veneficis aſſcribebant. Hanc eandem magiæ partem καταιβασίαν dixerunt, ſicut apud Athenienſes poſtea omnia in cælo prodigia καταιβασίαι dicebantur. ob quæ eccleſiæ ſæpe, cum de magnis rebus agerent, dimittebantur: quibus ὁ καταιβάτης Ζεὺς præerat. Venefica talis καταιβάτις appellata fuit: quo nomine poſtea omnis incantatrix vocari cepit. Soſiphanes Meleagro:

Μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς γυνὴ
Ψευδὴς σελήνης αἰθέρος καταιβάτις.

Theocrito, quæ κοσκινόμαντις dicta fuit, nunc καταιβάτις dicitur: quam Belgico idiomate *een Weermaeſter* appellamus. Facile autem ſcriba feſtinans τὸ παρ in κατ mutare potuit, præſertim ſi ſuccincte ſcripſit. Vt iam duo illi verſus ita ſcribantur:

Εἶπε καὶ ἁ χαία τἀλαθέα κοσκινόμαντις,
Ἁ πρὰν ποιολογεῦσα καταιβάτις.

Nec dubitandum eſt. Veteres critici, qui de orationum formis iudicium ſibi vindicarunt, notabant iam olim, omnem Sophronis leporem in frequentia parœmiarum fuiſſe: nam inquiunt, φύσει γε χαρίεν πρᾶγμά ἐστιν ἡ παροιμία. Eius virtutes cum vbique expreſſerit Theocritus, ne hac quidem parte defecit. Sed vbique tanta feſtiuitate has inſerit, vt ſuauiſſimum ſermonem ſuum, quem oratione fecerat καθαρὸν, his quaſi floſculis redderet δημοτικὸν, & ſaporis omnium: quo nihil concipi poteſt nedum dici venuſtius. Sæpius tamen hæ delitiæ vel fallunt lectorem, vel aliud agentem prætereunt: interdum doctiſſimum quenque ſpecie fallunt. Cuius rei exemplum poſſum manifeſtum dare circa finem huius idyllii. Caprarii iam ἀπονοοῦντος, planeque animum deſpondentis, poſt abſolutum Comum ad antrum Amaryllidis, verba ſunt:

Κεισεῦμαι δὲ πεσών, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδοντι.

Id omnes hactenus ſimpliciter dici exiſtimarunt, a recumbente paſtore, poſtquam finem canendi feciſſet. Apud veteres, quibus nulla iam ſpes reliqua erat, etiam cum aliud agerent, παροιμιακῶς dicebant: πεσών γε κείσομαι. Strepſiades apud Comicum, poſtquam nullis precibus filio perſuadet, vt Socratis diſciplinæ operam det; nouum remedium adhibet, de quo, tanquam ſpe nondum exhauſta, pronunciat: οὐδὲ πεσών γε κείσομαι.

Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσών γε κείσομαι·
Ἀλλ' εὐξάμενος τοῖσι θεοῖς, διδάξομαι,
Αὐτὸς βαδίζων εἰς τὸ φροντιστήριον.

De

De amante, sicut hoc loco vsus est idem Comicus Ἐκκλησιαζούσαις.

*Καταδραμοῦσα τὴν θύραν ἄνοιξον*

*Τήνδ'· εἰ δὲ μὴ, πεσὼν γε κείσομαι.*

Solebant eo vti, qui παρακλαυσίθυρον carmen suum ad ianuam amicæ absoluerant. Sicut enim qui violenter ad prostibula grassabantur, minabantur, ἐπάγειν λαμπάδα: sic qui modestiores erant, nec scorti amore irretiti agebant, postquam fores inexorabiles viderant, nec admitti se, exclamabant: πεσὼν γε κείσομαι. Eo quam venuste vtatur noster Caprarius, indicare Græci interpretis fuerat: quem nusquam verba deficiunt, quam vbi prodesse possunt, & docere aliquid quod ignoratum fuit.

## Cap. VIII.

*Quartū idyllium percurritur. μολγοὶ & ἀμολγοί. Hesychius emendatus. ὁ ἐλαιὸς ὀξυτόνως. interpres emendatus. ὀπώπει ἔλαιον. ἐν ὀφθαλμοῖσι. Callimachus emendatus. λαμπριάδα δαμός. Νήαιθος. διχοτομὴ ἀπὸ μέλλοντος. Κένταυρος ὑγιέστερος. de iisdem alterum. Archilochi versus emendati & suppleti. κνίζειν τινός.*

Erat peculiare apud antiquos furti genus, pastoribus mercenariis vsitatissimum, qui absente domino gregem emulgebant: quod hominum genus ἀμολγοὺς dicebant. Eiusmodi crimen est, quod Corydoni circa initium quarti idyllii Battus intentat; cum inquit:

Ἦ πά ψε κρύβδαν τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγες;

Ab his furunculis vetus comœdia μολγοὺς & ἀμολγοὺς eos dicebat, qui vrbibus & rebuspublicis, quarum curam susceperant, peculium emulgebant. Hesychius: Ἀμολγοί, οἱ ἀμέλγοντες τὰ δημόσια. item: Μολγός, Ἀριστοφάνης, τάχα δ' ἂν εἴη ἐκ πλήρους ὁ μολγός. ὁ δὲ ἀμέλγων τὰ χρήματα ἀμολγός. ἔνιοι δὲ μολγοὺς ἀκούουσι, τοὺς μοχθηροὺς, τοὺς ἀμέλγοντας τὰ κοινά, κλέπτας, &c. Parum cauti minusque in his literis versati existimare poterant esse Aristophanis verba, quæ a Grammatico adducuntur. sed scribendum est: Μολγός. Ἀριστοφάνης. τάχα δ' ἂν εἴη ἐκ πλήρους ἀμολγός. Mens Grammatici est, μολγὸς nihil aliud esse quam ex plena voce ἀμολγός: quam πλήρη propterea dicit. Locus autem Comici quem respexit, in Equitibus is est.

—ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ πίθη,

Μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε.

Vbi diuersorum criticorum de hac voce sententiam recitat commentator. Verba autem Eratosthenis inuolauit Hesychius, qui notarat, μολγὸν καὶ ἀμολγὸν τὸ αὐτόν. ἀμολγοὺς δὲ παρὰ τούτοις λέγεσθαι, τοὺς ἀμέλγοντας τὰ κοινά. Tam honorifica igitur salutatione Corydonem inuadit Battus, qui Ægonis armenta pascebat, tantisper, dum ille præpostero studio ductus, Milonis persuasu, Olympicis certaminibus operam dabat. Cuius hominis ineptam φιλεργίαν vrbano dicterio tangit idem Battus, cum quærit:

Καὶ πόκα τὴνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει;

Quo loco non minus quam Ægon inepte curiosus fuit ille Grammaticus, qui ἐλαιὸν legebat, non ἔλαιον. quod docemur illa Græci interpretis glossa. οὐχ' ὥς τινες ἀναγινώσκουσιν ἐλαιὸν, ὡς ἀραιόν. Existimabat autem ille quisquis fuit ἀρχαιολόγος, ἐλαιὸν ὀξυτόνως peculiariter dictum fuisse τὸ ἀγριέλαιον. ita enim lego, non τὸ ἀγριέλαιον. Obseruat Eustathius, τὸ ἔλαιον, ἀρσενικῶς, esse, quem vulgo ἀγριέλαιον vocant: ἡ μέν τοι, inquit, ἀχρὰς, ἔλαιος κατὰ τὸ Αἴλιον Διονύσιον, ἤγουν ἀγριέλαιος. Videtur præterea hoc voluisse subtilis ille magister, quod interpres

pres colligit, ἐλαιὸν, sacram illam fuisse oleam, quam καλλιστέφανον vocabant. De qua habes apud Aristotelem, ἐν τῷ Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. quem philosophi locum Grammatici omnes quotquot adduxerunt, partim deprauarunt insigniter, mutilaruntque, partim non inspicere dignati sunt: inter quos & hic noster fuisse videtur, cum Aristotelem adducit. Ἐν τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία, καλεῖται δὲ καλλιστέφανος· ταύτης δὲ πάντα τὰ φύλλα τῶν λοιπῶν ἐλαιῶν ἐναντία πέφυκεν. ἔξω γὰρ ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ἔχει τὰ χλωρά. ἀφίησι δὲ τοὺς πτόρθους ὥσπερ ἡ μύρτος εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρους. ἀπὸ ταύτης δὲ φυτὸν λαβὼν ὁ Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν ὀλυμπίασιν, ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθληταῖς δίδονται. ἔστι δὲ αὕτη παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ποταμόν, σταδίους ἑξήκοντα τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα. περιῳκοδόμηται δὲ, καὶ ζημία μεγάλη τῷ θιγόντι αὐτῆς ἐστιν. ἀπὸ ταύτης δὲ τὸ φυτὸν λαβόντες ἐφύτευσαν Ἠλεῖοι ἐν ὀλυμπίᾳ καὶ τοὺς στεφάνους ἀπ' αὐτῆς ἔδωκαν. Apud Aristophanis interpretes multa male scripta sunt: apud Sudæ collectores multo plura partim corrupta, partim mutila. e quibus scorsim capita integra criticarum notarum crescerent iis quibus hoc curæ est. Philosophus duas καλλιστεφάνους constituit: alteram apud Eleos, alteram apud Athenienses. De vtra harum magistrum illum loqui existimabimus, cum notat, ἀπέχει σταδίων ὀκτὼ, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης? Parum certe abest, quin eundem eum, quem duo reliqui, locum Philosophi in animo habuisse existimem: si quis rescribat ἑπτὰ, non ὀκτώ. Et potest certe deceptus fuisse homo Græcus, qui Aristotelem negligenter inspexit, legitque, σταδίους ζ τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα, non ξ. id est, ἑπτὰ, non ἑξήκοντα. Præterea non expressit locum, an fluuium intelligat, an Olympiam: vtrobique enim fuit. vt existimem & mutilum esse & corruptum. Sed nobis hæc tanti non sunt: nec esse debent. Satis fuisset si probasset, ἐλαιὸν ὀξυνόμενον, εἶναι τὴν καλλιστέφανον. Cum Battus negat de Ægone, ὅτι πόκα ὀπώπει ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖς, saluo Grammaticorum acumine, puto potuisse ἔλαιον dici, sicut ab Atticis μύρον, cum myropolium intelligunt; ἰχθῦς, cum forum piscarium; οἶνος, cum cauponam. ita ἔλαιον erit palæstra. Fefellit multos quod additur ἐν ὀφθαλμοῖσιν: quod posterioris Hellenismi est & posteriorum Græcorum, qui ita loquuntur. Tale est illud, τὸ δὲ τέταρτον ἐν πάσῃ δυνάμει ἑρμηνεῦσαι &, χρυσοῖ δὲ πύλαι ἐφύλασσον τὴν πόλιν ἐκείνην ἑπτὰ, ἡρμοσμέναι καὶ κεκλεισμέναι, ἐν ὑπερθυρίοις, ἤγουν τῇ φλιᾷ, ἢ ἐν κλεισίν. id est, simpliciter, ὑπερθυρίοις ἢ κλεισί. Quemodo interdum loquuntur & hi Grammatici: Tale est illud ad 7. idyll. τῷ ἐφίζον ἐν Σικελίᾳ γίνεται ἀγὼν ἐν σκύλλαις. Præterea, quicquid hic redūdat efficit orationis formam puram, & simplicem: alias enim sufficiebat, ὀπώπει. quæ res interdum tamen παρακινδυνευμένη est, & ἀδολεσχίας vitio risum meretur. vt in Hircio notabat vrbane M. Tullius, cum decem mensibus filium in vtero latum esse dixisset. *Quid, aliæ*, inquit, *in penula solent ferre?* Hic sub ipsa orationis idea periculum latet, quæ simplicitatem quærit, & virtuti proximum est: nec tam superest quam adiicitur. Apud Scholiasten quod sequitur ita interpungendum est: βίαν καὶ κράτος. κατὰ τὴν βίαν καὶ κράτος, ἤγουν τὴν ἰσχὺν ἐκ παραλλήλου. ἐείσατο καὶ ἰσοδίζει. nam τὸ καὶ Grammaticis nihil aliud est quam τουτέστιν, cum glossas scribunt, & interpretationi subseruit. Putide argutus fuit, quicunque ad illa poëtæ verba,

Κἤμ' ἔσαθ' ἁ μάτηρ Πολυδεύκεος ἦμεν ἀμείνω,

hanc glossam addidit: τὸ ἀμείνονα, ἢ τὸν Αἴγωνα ἔσεσθαι κρείττονα τοῦ Πολυδεύκους, ἢ ἐμέ· τὸ γὰρ κἤμ' ἔσαθ', δύναται εἶναι καὶ ἐμοί ἐστι. Quicquid viro docto quamuis attentissimo

ſimo nunquam in mentem veniret, hoc excogitant illi Græci cum ociantur. Nam quid opus eſt his nugis? quæ fortaſſe tamen autoribus ſuis aliquo labore conſtiterunt. Suauiſſimum eſt illud Batti:

— μὴ φρῶκας σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ;

Ad quem locum Græcus interpres duos Callimachi locos affert: quos fruſtra coniungendos eſſe viri docti arbitrati ſunt, qui hoc pacto ſcribebant:

— ὥσπερ ἐκεῖναι φρῶκας ἔραζε πεσούσας
Πρωΐκιον ἐνδυκέως τέττιγος εἶδαρ ἔδων.

Quod nunquam ab illis factum fuiſſet, ſi cogitaſſent, priorem ex Apollinis hymno petitum eſſe, qui hodieq. extat.

Οὐ λίπος Α᾽πόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι,
Α᾽λλ᾽ αὐτὴν πανάκειαν· ἐν ἄστει δ᾽ ᾧ κεν ἐκεῖναι
Πρῶκες ἔραζε πέσωσιν, ἀκήρια πάντ᾽ ἐγένοντο.

Apparet itaque quomodo ſcribendum ſit: nam χρήσεις mutilas & ſine integro ſenſu ſæpe adduci, vel Grammaticorum negligentia decurtatas, vel temporis iniuria, nouum non eſt in his ſcholiis. Alterum aliunde adducitur: quod fortaſſe a poëta ita conceptum fuit:

Πρώϊον ἐνδυκέως εἶδαρ ἔδων τρέφεται,

vel vt ab illis emendatum eſt: præterquam quod non placet πρωΐκιον vt ab iis ſumitur. Grammaticus enim quia φρῶκα notarat fieri, ἀπὸ τῆς φρωὶ πέμπεσθαι, locum ex Callimacho adducit, in quo ὁ φρώξ, πρώϊον εἶδαρ dicitur. Præceſſerat enim: τὴν σταγόνα τῆς δρόσου φρῶκα λέγουσιν, ἀπὸ τῆς φρωὶ πέμπεσθαι. Suſpicor illos populares Lampriadæ, quorum paulo poſt notatur egeſtas & miſeria, fuiſſe eos, qui Laciniam habitarent, qui templum Iunonis celeberrimum accolebant, cuius Strabo meminit lib. 8. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ Λακίνιον, Ἥρας ἱερὸν, πλούσιον ποτὲ ὑπάρξαν, καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστόν. Optat illis Battus, vt cum Iunoni ſuæ ſacra facturi ſint, taurum exhauſtum & emaciatum ſorte obtineant, quod & ipſi eſſent homines tum temporis non multum obeſi, ſed miſeri & egeni: qui olim opulentiſſimi fuerant: poſtea in extremam penuriam delapſi. ita ſumo cum κακοχράσμονες dicuntur. Veterum neſcio qui legerunt in poëta κακοχράσμων γὰρ ὁ ταῦρος, non ὁ δᾶμος. quæ res efficit, vt credam τὸ κακοχράσμων ſimul conuenire poſſe & tauro parum obeſo, & exhauſto populo. Dicterium eſt non parum vrbanum in gentis illius ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν, cum optat, vt λεπτὸς ταῦρος contingat populo κακοχράσμονι, hoc eſt, λεπτῷ καὶ αὐτῷ ὄντι: qualia multa apud Comicos in Megarenſes ſtringuntur. Cum dicit:

— εἴθε λάχοιεν
Τοὶ τῶ Λαμπριάδα τοὶ δαμόται,

ſumo τὸ λάχειν, vt in illo ſcriptoris Attici: ἐπειδὴ πρώτην ἔλαχε τῇ Ε᾽ρεχθηΐδι φυλῇ διανέμειν τὸ θεωρικὸν, κἀγὼ προσῆλθον αἰτῶν τὸ γιγνόμενον, οὐκ ἔφη γνωρίζειν πολίτην ὄντα με. Dixit enim, εἴθε λάχοιεν ὅκκα θύοντι τᾷ Ἥρᾳ τοιόνδε, quod illi dicerent, εἴθε λάχοιεν θύειν τᾷ Ἥρᾳ τοιοῦτον. Λαχεῖν enim non eſt ſortiri, ſed ſorte conſequi. Scio veriſſimum eſſe, quod notarunt viri magni, legendum eſſe Στομάλιμνον, pro quo inepte irrepſerat, & obtinuerat, τὸ Μάλιμνον. Puto tamen hic certum locum ἐν τῇ Κροτωνιάτιδι deſignari, vbi idyllii ſcena eſt: qui a Troiano loco cognomine dictus ſit. Quod & interpres, ſi bene capio, voluiſſe videtur, cuius verba ita emenda: κατὰ τὴν ἐν Τροίᾳ δὲ Στομάλιμνον πεποιηκὼς καὶ τοῦτο ὀνομάσαι. Scimus vel ex ipſo Geographo in illis tractibus locos pleroſq. & colonias e Troianorum ductas dictaſque eſſe, qui notat, πολλὰς κατοικίας φησὶ, ὧν αἱ πλείους ἐπώνυμοι τῶν Τρώων ἐγένοντο. Troianos enim eo peruenisſe vel ex appellatione Νεαίθου fluuii probat ille: qui a Theocrito Νήαιθος dicitur, ἀδεῶς poëtica:

tica: qui in his longe alia sibi permittit. quod ex appellatione apparet, cuius causam non in Geographo modo, sed & in interprete habes, qui notat: ὠνόμασται δὲ, παρόσον ἐν αὐτῷ νῆας ποτὲ συνέβη καταχαῦσαι Ἑλληνικάς. Sed Strabo insuper addit id a Troianis factum fuisse. De quibus vide illum, & literarum magnum duumuirum, qui ad eum commentatus est. Locum Græci interpretis in κνίζα, qui ὑποσόλοικος est & ἀδιανόητος, ita concipe: νόμος γὰρ ἦν Ἀθηναίοις κατ' ἔτος ἄγειν τὰ θεσμοφόρια ταῦτα. παρθένοι καὶ γυναῖκες τὸν βίον σεμναὶ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τὰς νομίμους βίβλους καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀνετίθεσαν, καὶ ὡσανεὶ λιτανεύουσαι, ἐπήρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα.
Sequitur:

Φεῦ φεῦ. βασεῦνται καὶ ταὶ βόες, ὦ τάλαν αἶγων,

Εἰς ἀΐδαν.

Quid sibi voluit Grammaticus, qui hic notauit, παρείρηται ὅτι κωμικὴ ἡ διαβολή. ἐκεῖνο ἀληθῶς εἴρηται, καὶ κωμικοῖς ἁρμόζουσα καὶ τραγικοῖς: Si bene memini, nihil tale præcessit: quare dubium non est, quin supra exciderit scholion, cuius hic meminerit. Sed quam vocat διαβολὴν in hoc poëtæ loco, nisi vehementer fallor, est, quam subtiles dicendi arbitri, διαβολὴν ἀπὸ μέλλοντος vocant: quæ tamen solorum comicorum non est; sed quia crebrior illis est, κωμικὴν vocauit. Adagionem quã interpres de Crotone affert, hoc modo scribe:

Μάταια τἄλλα παρὰ Κρότωνα τἄστεα.

Affert de eadem similes duas Geographus, quarũ altera, est: Κροτωνιατῶν ἔσχατος πρῶτός ἐστι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων: altera, ὑγιέστερος Κρότωνος. quibus omnibus studium athleticum huius populi ortum dedit, quod tale fuit, vt vnis Olympicis Crotoniatæ septem victores redierint. Geograph. lib. 6. Δοκεῖ δ' ἡ πόλις τά τε πολέμια ἀσκῆσαι, καὶ τὰ περὶ τὴν ἄθλησιν· ἐν μιᾷ γοῦν Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων προτερήσαντες τῷ σταδίῳ ἑπτὰ ἄνδρες ἅπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιᾶται· ὥστ' εἰκότως εἰρῆσθαι δοκεῖ, διότι Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος ἦν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· καὶ τὴν παροιμίαν δὲ ὑγιέστερον Κρότωνος λέγουσαν, ἐντεῦθεν εἰρῆσθαί φασιν, ὡς τοῦ τόπου πρὸς ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν ἔχοντός τι φορὸν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀθλητῶν: quanuis in posteriore a Grammaticorum placitis recesserit Geographus, qui κρότωνα interpretantur, ζωΰφιόν τι τὸ ἐν τοῖς κυσὶ καὶ βουσὶ γιγνόμενον. Sed hæc nihil ad rem. Theocritus cum drama sui idyllii circa Crotonem locaret, nihil in animo habuit quam quod a Geographo commemoratur. Quæ a Corydone paulo post dicuntur, quorum principium est, Αἰνέω τάν τε Κρότωνα· καλὰ πόλις ἅ τε Ζάκυνθος, omnia quasi διὰ μέσου pronunciantur, nec ad institutum magnopere faciunt; sed sunt formulæ: quales in Comaste quasdam & Messoribus obseruauimus. Suauissima est ea consolatio Corydonis, qui, vt Batti ob mortem Amaryllidis luctum minuat, argumento περὶ τοῦ ἀέρος καταστάσεως vtitur,

Χὼ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Eadem ad verbũ, paulo tamen fusius, Tertullianus lib. De pallio: *Cæli ambitus nunc sub diuo splendidus, nunc nubilo sordidus; aut imbres ruunt, & si qua missilia cum imbribus, dehinc subsstillum, & denuo sudum.* Mutila sunt verba Grammatici, quæ ad illum leguntur versum. ea ita suppletis; τὸν Δία λέγει τὸν αἴτιον τῶν ὑετῶν, αἰθέρα δὲ αἴτιον τοῦ ἀέρος, ἐν ᾧ συνάγονται αἱ νεφέλαι. Delicatissimi Archilochi poëtæ versiculi partim apud Dionem Chrysostomum, partim apud Galenum leguntur; sed & corruptissimi & mutili vtrobique. Horum partem negligenter satis adducit magister Græcus paulo infra. Sed operæ precium est ipsos sicut emendandi sunt proponere, quos vt a diuersis citantur consarcina-

sarcinauimus: sunt autem Trochæi.

Οὐ φιλέω μέγαν σπατηγὸν, οὐδὲ διαπεπηγμένον,
Οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον, οὐδ' ὑπεξυρημένον,
Α'λλά μοι μικρός τις εἴη, κὴ περὶ κνήμας ἰδεῖν
Ρ'οικὸς, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσὶ, καρδίας πλέως.

Noluit laboris tantillum ferre Grammaticus, vt saltem partem eorum, quod debebat, ordine citaret: sed neglectis reliquis ad vocem ῥοικὸς festinabat, cuius causa cætera adducebat. Videtur legisse tamen κατὰ κνήμας ἰδεῖν, non περί. Non longe a fine scribitur:

— τὸ γ᾽ ἄρ᾽ λῷον ἦ ῥ' ἔτι μύλλεις
Τὴν ἀπ τᾶν κυπαρισσῶν ἐρωτίδα, τᾶς ποτ' ἐνιάδη;

Lucianus Ε'ταιρικοῖς. κέκλεισται γὰρ κάκεῖνος τῇ Νδείδι. Vox aliquoties ea ratione vsurpata a Dipnosophista, id est, *effli-ctim & perdite amauit*. In postremis Corydonis versibus, prior manifeste claudicat, & e numero est τῶν Cιαζόντων.

Α'κμαί γ' ὦ δειλαῖε. ὥραν γε μὰ αὐτὸς ἐπιθόν.

Scribe: ὡρίαν γε μὰ αὐτὸς ἐπιθόν. Sic idyllio proxime sequenti:

Τὸν μὲν ταὶ ζύεγγα ὡρίαν κλέψαντα Κομάταν.

Mirum hoc non obseruasse præstantissimum Henricum Stephanum: qui toties tam accurate hunc poëtam edidit, cuius manibus non possumus quin bene precemur, quoties inexhaustam eius & incomparabilem diligentiam animaduertimus, quam ad excudendos omnes scriptores optimos tam fideliter contulit. Hoc vltra pensum addamus. Notant glossatores in Σατυρί-σκοις, σαθὴ δὲ ἡ εἰς τὴν ἐπιθυμίαν ἐκτυρέωσις. Sed Hesychius, Σάθα, μοῖρα, inquit. scribe μόριον. Et, Σάθη (ita enim scribendum) τὰ ἀνδρεῖα ἀναγκαῖα. Vnde Σάθωνες, quibus supellex illa largior. Nec alio respiciebat qui Platonem Sathonem vocabat: quia τὴν ὑποχλανίδιον Socratis philosophiam amplectebatur, qui Alcibiadem aut Phædoné sub pallio docebat. Panes mox κακόκιαι dicuntur. Nostri Grammatici, qui in Theocritum extant, interpretantur, λάσιοι ἢ κακόδερμοι. At sunt inter antiquos criticos, qui exponunt, κακόχυμος, κακόφθαλμος, κακόσιτος. vt apparet ex illis glossis, quas collegit Hesychius.

## Cap. IX.

*In quinto idyllio Scholiastes emendatur.* Βουκολίαι *veræ.* Βουκολία *quid.* Βουκολίας *species in 5. Theocriti. ira Nympharum deprecatio.* νυμφοληψία. σύριγξ. σύμφις. *interpretum ambitio. Theocritus emendatus.* ναὶ. ὀφθαλμολαίτεσηκότες. *Interpretes aliquoties notantur.* κρίνειν ἐν χάριτι. ὦναξ Παιών. Παιὼν ἢ στωμύλος ἦσθα.

NON ita longe a principio quinti idyllii glossa quædam Græci interpretis legebatur, qua locum hunc Theocriti illustrare videbatur quisquis fuit Grammaticus:

Οὐκ ἀπὸ τᾶς κεράνας σίττ' ἀμνίδες;

ad cũ locũ hæc verba inueni: Περδίκκα, Α'χίλιτα, σίττα, ψίττα, Ποιμενικὰ, Αἰπολικὰ, καὶ Βουκολικὰ ἐπιφθέγματα· εἰσὶ δὲ ἐπιρρήματα. Non ita insanire existimandus est, quicunque illa notarat, vt duas priores voces inter Pastoralia sibila, &, vt ipse ait, Βουκολικὰ ἐπιρρήματα referret. Nos ea eiecimus, causam subodorati: manifeste enim translata esse vidimus ex alio loco, qui paulo post hunc excipit:

— τὺ γὰρ πόκα δῶλε Συβαρίτα
Ε'κτήσω σύριγγα;

vbi notatur: Συβαρίτας δὲ, ὡς Περδίκκας, Α'χίλιτας. sed ibi legendum: Συβαρίτα, ὡς Περδίκκα, Α'χίλιτα: sunt enim omnes

 Dorum

Dorum patrii casus, sicut ipsa vox ad quam notantur. Præcesserat enim: δώλε Συβάρτα. Δωρικῶς κατὰ τὴν φυλήν. Atque hinc manifeste verba illa desumpta erant. Alius Grammaticus, a quo incipiendum fuerat hoc caput, qui argumenta præfixit, cuiusq. eruditionem sæpe admirati sumus, ab his verbis initium facit: Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον δραματικώτερόν ἐστι. Inter alia scriptorum genera, quibus antiqui Bucolici scriptores vsi sunt, quorum character nihil aliud est quam κοινισμός quidam, vt ita loquamur, & commistio omnium characterum, siue τὸ δραματικὸν dicas, siue τὸ ἐξηγητικόν, siue τὸ μικτόν, quibus singuli poëtæ vtuntur, est vnum, quod merito δραματικώτερον reliquis omnibus vocatur: quæ vox tamen nondum præcipuum quod in his erat exprimit, τὴν κακολογίαν nimirum & dicteria: quæ si non longe ab amaritudine aberant, βουκολίαι ab hoc scribendi genere dicebantur. Veræ βουκολίας exemplum in quinto Theocriti, in Virgilii tertio habemus: qui vt hoc ipsum indicet, ita eclogam illam concludit:

*Non nostrum inter vos tantas componere lites.*

Vbi vox *lites* satis indicat τὴν δραματικὴν κακολογίαν, quam toto idyllio expresserat: sicut mos illius est verecunde eiusmodi indicare. Hesychius, βουκολία, κακολογία. vt merito non propter τὸ δραματικὸν & μιμητικόν, quod hic plenius est, sed scommaticam acerbitatem, quæ vehementissima, perfectam βουκολίαν hic habeamus. Ita vt hoc idyllium, verius quam alia aliquot, &, vt Grammatici loquuntur, κατά τι ἐξαίρετον, Βουκολία inscriptum sit. Pergamus. Nympharum quoties meminisset antiquitas, earum iram deprecabantur, hoc est, insaniam, καὶ βλεπεδαιμονίαν. Quibus enim Deæ illæ conspiciebantur; mentis statu excidere putabantur: quod etiam vatibus accidere existimabant, & hariolis: quos νυμφολήπτους dicebant. Hesychius, νυμφόληπτοι, οἱ κατεχόμενοι Νύμφαις, μάντεις δέ εἰσι καὶ ἐνθουσιαστικοί. Hoc voluit sibi Comicus in Pace; apud quem hariolus quidam de Bacide symmysta suo:

Εἰ γὰρ μὴ Νύμφαι γε θεαὶ Βάκιν ἐξαπάτασκον,
Μηδὲ Βάκις θνητούς, μηδ' αὖ Νύμφαι Βάκιν αὐτόν.

Nec aliam poëta Lyricus alibi furoris sui causam statuit, quam Nympharum Bacchique conspectum.

*Bacchum in remotis carmina rupibus*
*Vidi docentem, (credite posteri)*
*Nymphasque discentes, & aures*
*Capripedum Satyrorum acutas.*

Comatas itaque, cui Nympharum nomen exciderat, continuo ἐπιφημίζει; & deprecatur insaniam, quam sibi optabat Lacon si falleret.

Αἴτ' ἐμὲν ἵλαοι τὲ καὶ εὐμενέες τελέθοιεν.

Apud Virgilium Damœtas, ne nomen Nympharum sibi damno esset, addit statim: *sed faciles.*

*Et quo, sed faciles, Nymphæ risere sacello.*

Theocritus merito alibi eas δεινάς vocat: quod eorum conspectus plerunque contingeret ἐπὶ κακῷ. vnde *lymphati*, vt apud Festum est, ex harum conspectu dicebantur, οἱ ἐνθουσιῶντες, sicut Νυμφόληπτοι Græcis. Vetus formula & consuetudo antiquis erat, miseriam iurandi: sicut hic Daphnidis. Hinc ille quisquis est in collectaneis Grammatici cuiusdam veteris, miseriam suam eo deuenisse dolet, vt iuramentum factus sit. ὁ πρὶν, inquit, ζηλωτὸς καὶ περίβλεπτος, νῦν ὅρκος γέγονα τοῖς πάλαι θαυμάζουσι· κατὰ γὰρ ἐμοῦ ὀμνύουσι συμφορῶν. Vox non Græcorum est, sed barbarorum, *exmara.* ita illi, vt arbitror, ἐλάφου δέρμα dicebant. Εὐμαρίδες enim Grammaticis sunt, qui ex illis pellibus fiebãt calceoli. Hæc res alicunde suboluit subtilissimo,

ſimo neſcio cui Græculo, qui miras nobis hic argutias exhibuit: quaſi hoc in animo habuiſſet Theocritus cum ſcripſit:

Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρα τῷ δεσπότᾳ ἧς τοι ἐνδέδυ.

quaſique δ᾽ἁμάρα ſcribendum eſſet. Hoc ſibi volunt illa: λέγει δὲ μηδὲ αὐτὸν τὸ δεσπότην δ᾽ἁμάρᾳ ἐπικεκοιμῆσθαι, ἤγουν δέρματι. & : τὸ δ᾽ἁμάρα δέρματι φασὶν εἶναι, καὶ οὐ κύριον ὄνομα, ὥς τινες, ἵν᾽ ᾖ, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῷ δεσπότῃ τῷ σῷ δ᾽ἁμάρᾳ καὶ δέρμα τι ἦν, ὥστε ἐνδιδύειν. Adeone illis fluidam memoriam fuiſſe, vt non cogitarint, infra ſcriptum eſſe,

Εὐμάρα δὲ τὰς αἶγας ὁρῇς φίλε τῷ Συβαρίτα?

Vbi loci neſcio quem colorem ſuarum ineptiarum ſaltem probabilem poſſint afferre, vt idem nobis perſuadeant. Sed dementes ſumus qui ad veritatis normam eiuſmodi interpretatiunculas exigimus, cum ipſorum authorum interfuerit nouo aliquo & inuſitato gloſſematio veritati præuaricari: quam nimium ſæpe deſerunt. Quo magis miramur amicum quendam noſtrum ad hunc locum notaſſe quicquid de pellium vſu hoc alibi inuenit. Omnino cum Euſtathio aliiſque ſcribimus paulo poſt, ἔστε κ᾽ ἀπείπῃ non κ᾽ ἀπείπῃς, vel potius, ἔστε, quod Δωρικώτερον volunt: qua de re ſupra aliquid, vbi ſcribendum diximus ἔστε κ᾽ ἀμέλξω, vel ἀμέλξει, non ἀμέλξῃς. Ait Lacon paulo poſt,

Καὶ τίς τρίχας ἀντ᾽ ἐρίων ἐποκίξατο;

Antiqui in eiuſmodi loquendi generibus οὐδεὶς ſubintelligebant. Sic interpres Comici ad illud Α᾽χαρ.

Καὶ τίς εἶδε πώποτε βοῦς κριβανίτας;

Λείπει τὸ οὐδείς, ὡς καὶ παρ᾽ Ὁμήρῳ· τίς ἂν τάδε γηθήσειεν ἰδών; προσυπακουστέον γὰρ τὸ οὐδείς. Sed Comatas quicquid hic ἔξωθεν expectandum erat lepide ſuppleuit, cum reſpondet:

Ὅστις νικασεῖν τὸ πλατίον, ὡς τύ, πεπίθει.

Nihil enim reliquum facit Grammaticorum filiis quod ſuppleant aut intelligant; reuera πρὸς τὸ παχύτερον ἀπαντῶν. Altero ab hinc verſu male tria illa parentheſeos notæ includuntur, (ἴδ᾽ ὁ τράγος ἐστ᾽) vt videbunt qui aures ſubactas in Græciſmo habent. Scribo: Τὺ (ἴδ᾽ ὁ τράγος) ἐστ᾽ ἐρίζεις. τὸ οὗτος, vel ἐστὶ τύ, vt infra, βέντιστ᾽ ἐστί. *Heus tu, Heus bone vir, certa.* Reliqua enim διὰ μέσου κεῖται. Sequitur aliquot poſt verſibus:

Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

In quo loco mira fuit elegantia, maiorque quam ab indoctis emendatoribus animaduerteretur. Scribe:

Θρέψαι ναὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

Ac ſi dicas: *Nutri quaſo lupos, nutri videlicet.* Peculiaris in voce ναὶ venuſtas fuit, quæ obteſtationis nota eſt: vt cum ex aliis tum illo Nonni planum eſt; vbi ſcriptum erat:

Τέσσαρας ἀπήληκας ἐκόσμεεν ἡγεμονῆας,
Καὶ στρατὸν ὀτρύνων, λαοσσόον ἴαχε φωνήν·
Βασσαρίδες καὶ δεῦρο χορεύσατε.

Obſecratur vehementer obteſtaturque vt Bacchæ rem gerant ſtrenue. Legendum eſt ergo ναί.

Βασσαρίδες ναὶ δεῦρο χορεύσατε· δυομενέων δὲ
Κτείνατε βάρβαρα φῦλα, καὶ ἔγχεϊ μίξατε δύσεις.

Eodem modo noſter, niſi quod hic εἰρωνικώτερον eſt, & a ſchemate deſumit gratiam. Θρέψαι ναὶ λυκιδεῖς. *Nutri, videlicet, Nutri, ſi diis places.* Ita legendum tam mihi certum eſt, quam nugari Grammatiſtam, qui θρέψαι exponit, ἐκθρέψειεν ἄν τις. Pudoris impudentiæque ſedem veteres in oculis locabant: quo reſpexit olim acutiſſimi ingenii fæmina Sappho, quam cum amator Alcæus improbum aliquid flagitaſſet, collegit illa rem flagitioſam eſſe, quod pudo-

rem ex oculis tollere non posset. Verba Alcæi erant:

Θέλω τί τ' εἴπην, ἀλλά με κωλύει αἰδώς. Respondit illa: Αἰ δ' ἦχες ἐσθλῶν ἵμερον ἢ καλῶν, Καὶ μήτ' εἴπην γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν, Αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα. Hoc est, quod paulo ante Comatas dixit:

— μέγα δ' ἄχθομαι εἴ τύ με τολμῇς

Ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπειν.

Dixit enim, ὄμματα ὀρθὰ, quos ἀνεστηκότας ὀφθαλμοὺς, οἱ φυσιογνωμονοῦντες, qui hoc certum impudentiæ signum statuunt. Interpres Græcus infra cum notat, ταφεὶς αὐτὸ τὸ γαμηθεὶς, vocem γαμεῖσθαι sumpsit, vt Iurisconsultorum scholæ, τὸ nubere, cum de viro muliebris patientiæ agunt: sicut alibi de auersa mariti libidine in Codice. Verum quid erat opus ταφεὶς ita interpretari? satis enim per se planum est schema hoc obscenissimũ; licet vox non translatitie sumatur. sed acuti Græci, dum omnia ad τὸ ἔσω νοούμενον referunt, τὸ ἔνδον νοῦ amittunt, & minus multo quam pueri sunt. Quod in sequentibus magis apparet, cum Aristophanis locum adducit. Non vacat nobis lasciuire cum Lacone, qui ad fœdissimũ & vere Αἰπολικὸν scomma Comatæ nimis quam vrbane respondet. Hoc scio, glossæ authorem sensu communi carere, qui vt leporem & χαριεντισμὸν huius loci ostendat, qui in verbis, πυγίσματος & ταφεὶς, totus est, Comicum in partes vocat, apud quem Cleon dicitur ἐν τοῖς ταφαῖς τίλλεσθαι. Vestram fidem, Musæ, potuitne quid ineptum magis aut dissimilius? Apud Comicum Clisthenes κωμῳδεῖται tanquam male vir, quod in pædiconis sui tumulo (honor sit castis auribus) partem illam radat, quæ turpis patientiæ rea erat, τὸ πρωκτόν: sicut alii solebant morientibus amicis, partem oppositam, caput. At vero hoc loco crimen patientiæ Comatas Laconi intenderat: qui vt calumniam retundat, optat illi sepulchrum post mortem non profundius illo pygismate. Notum satis est, inter dirissimas imprecationes & illam fuisse, si cui optabant deesse terram mortuo. Quid autem dissimilius? Sed Græculi ne publica quidem ignominia adduci possent, vt saltem minus loquaces sint. Aliqua præterea iniuria est, Cleonem citare pro Clisthene. Locus Aristophanis Ranis is est:

Τὸν Κλεισθένη δ' ἀκούω

Ἐν ταῖς ταφαῖσι, πρωκτὸν

Τίλλειν ἑαυτοῦ, καὶ σπαράττειν τὰς γνάθους.

Sed eiusmodi multa peccant Grammatici. Hoc ferendum non est, quod locis per se perspicuis maxima cum molestia sua tenebras offundant: quanquam profecto nulla satis profunda nox huic generi nequitiarum esse possit. Mentem etiam Comici, quæ elegantissima est, inepta illa glossa peruertit: ἤγουν, ἐν καιρῷ συνουσιασμοῦ, τὰς τρίχας ἐκτίλλειν τῆς πυγῆς. Argutari enim in voce τάφος voluit, quam & hic & ibi ἀντὶ πυγῆς poni docuit. Sic infra ad locum poetæ, Σκίλλας ἰὼν χαίας, notat: τίλλε φησὶ τὰς παλαιὰς θρίχας τοῦ τάφου σοῦ, ἤγουν τῆς πυγῆς σου. Sed pluris nobis horæ esse debent. Nimis venustus idiotismus est, κεῖσθαι ἐν χάριτι: quod pene a nobis prætermissum erat. a quo ne diuinus quidem Plato sibi abstinendum putauit, cum dixit, ἐν χάριτι ποιεῖν, Phædone. Ταῦτα δὴ εἰπόντος αὐτοῦ, ὁ Κρίτων εἶεν ἔφη ὦ Σώκρατες. τί δὲ τούτοις ἢ ἐμοὶ ἐπιστέλλεις, ἢ περὶ τῶν παίδων, ἢ περὶ ἄλλου του, ὅ, τι ἄν σοι ποιοῦντες ἡμεῖς, ἐν χάριτι μάλιστα ποιοῖμεν. & sequitur: Ἅπερ ἀεὶ λέγω ἔφη ὦ Κρίτων, οὐδὲν καινότερον. ὅτι ὑμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμενοι ὑμεῖς, καὶ ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἐν χάριτι ποιήσετε, ἅττ' ἂν ποιῆτε, κἂν μὴ νῦν ὁμολογήσητε. Deus auerruncus erat ὁ Παιὼν Ἀπόλλων: hunc inuocabant ἀποπτύοντες, καὶ ἀποδιοπομπούμενοι, aut cum aliquid detestarentur. Sic Lacon, vt nimiam Comatæ garrulitatem exploderet, exclamauit,

ὦ Παιὼν,

ὦ Παιὰν, ἦ στωμύλος ἦσθα Κομάτα; nam ita malim quam Παιάν. Quod nihil aliud est, quam, *Dii auerruncassint illam tuam loquacitatem.* Hesychius: Ὦναξ Παιάν. ὦ βασιλεῦ καλὲ παιὼν Ἄπολλον. Sed hæc minutiora sunt: ad speciosiora, si quæ sunt, veniamus.

## CAP. X.

*Locus Theocriti aliter quam vulgo illustratus. τὸ κομᾶν apud Lacedæmonios. λεπύριον ἀπὸ πρίνοιο. χέδμα πρίνινον. καθαρμός. Theocritus emendatus, item illustratus. φάλαρος, φάλαρος κύων, ἀτηδὴς καὶ ἐπιτηδὴς. ὦ. emendatus Theocriti locus vnus & alter. Theocritus explicatus. Stupor interpretis. παραμυθάνεσθαι. Theocriti locus explicatus. Scille vsus. τίς. τινός πολύς τις defectiue, ἀγαθός τις. alia. Theocritus emendatus. iterum. Συβαρίτης.*

NVLLVM in toto hoc idyllio scomma est quod dente careat, & non mordaci aliquo aceto sit τωθαστικὸν καὶ διασυρτικόν: quod sæpe tamen latet, vel alio trahitur. sicut cum Lacon inquit:

> Κὴμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
> Ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα.

Quorum versuum vis ex præcedentibus duobus Comatæ dependet, qui dixerat:

> Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,
> Τὰς αἶγας παρελῶντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.

Non intellecta sunt postrema illa Laconis: λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα. Putarunt enim quia Cratidas pueri nomen erat, hoc quod de coma sequitur ad Cratidam referendum esse: sicut eiusmodi pueros, quos in deliciis habebant, etiam Cometas dicebant. Hæc communis omnium hactenus opinio fuisse videtur. Sed falluntur mirum in modum. Philosophus Rhetor. 1. vbi demonstratiui generis locos proponit, inter alia maximam vim habere vult τὰ σημεῖα τῶν παρ' ἑκάστοις ἐπαινουμένων, ita vocat signa eorum, quæ apud singulas gentes laudantur. Hunc locum vt illustret, vtitur exemplo a Lacedæmoniis petito: apud quos ii qui comam alebant nihil indecorum & illiberale committere existimabantur. Verba eius sunt: Καὶ τὰ παρ' ἑκάστοις δὲ ἴδια καλά· καὶ ὅσα σημεῖά ἐστι τῶν παρ' ἑκάστοις ἐπαινουμένων· οἷον ἐν Λακεδαίμονι κομᾶν, καλόν· ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον· οὐ γάρ ἐστι κομῶντα ῥᾴδιον οὐδὲν ποιεῖν ἔργον θητικόν. *Pulchra etiam sunt ea,* inquit, *quæ singulis gentibus vsitata sunt. Quæque indicia sunt rerum apud singulos laudatarum. Sicut Lacedæmoniis pulchrum est comam alere: libertatis enim signum est. Neque facile ibi existimant fieri posse, vt, qui comam alat, quicquam, quod illiberale sit, committat.* Noster Lacon, qui τὴν πατρίδα ἐπιγέγραπται, & patriæ nomen gentisque suæ gerit, duobus se Comatæ præfert: dignitate & ordine, quod pastor esset: statu, quia liber & ingenuus. Quod itaque laudat Philosophus in commendatione alicuius, id Lacon in sua præstitit: qui σημεῖον laudum suarum a coma desumit, quam alebat, Laconum more. Nam qui Sybaritam eum esse existimarunt corrupta lectione decepti sunt circa huius idyllii principium, meritoque a clarissimo Casaubono explosi sunt. Diximus supra quomodo οἱ Αἰπόλοι essent hominum genus maxime luxuriosum, fœdum & illiberale, omnium qui circa pecudes versabantur, præterea δυσλοφερεῖς, & qui status controuersiam facile patiebantur: quibus οἱ Βουκόλοι opponebantur tanquam ordo superior, quod liberi

liberi essent, temperati, & sui iuris. dixerat Caprarius. Puella me Caprarium petit, & malo percutit; Respondet Lacon: de Caprario quid mirum est, cum me qui Βουκόλος sim, non Αἰπόλος, amore sui in furorem agat Cratidas? qui, inquam, Pastor sum, liber & ingenuus, longeque alterius quam Caprarius condicionis. Hoc probat adducto e gente sua σημείῳ, apud quam liberaliter educti signum erat certissimum τὸ κομᾷν. Postrema igitur verba, λιπαρὰ δὲ, statum Laconis indicant, non de Cratida dicuntur. Nam & apud Græcorum reliquos liberi homines comam alebant, serui dimittebant. Hinc illud Comici in Auibus:

Ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις;

vbi interpres Græcus: διὰ τὸ θρέψαι, δοῦλος εἶναι. ἦν δὲ τῶν ἐλευθέρων τὸ κομᾷν. Hæc mens huius loci, hic sensus. Quod videbunt qui meminerint, nunquam nisi e gentis suæ vsu loqui Laconem. Vnde illa supra:

— τὰ δὲ Κάρνεα καὶ δὴ ἐφέρπει·

quod proprium illius gentis esse ne pueri quidem ignorant. Sed plura sunt, quæ nimium negligenter aut habita erant aut intellecta. Sicut cum idem Lacon canit:

Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκύλοις ὀρειμανίδεσσι· αἱ μὲν, ἔχοντι
Λεπτὸν ὑπὸ πρίνοιο λεπύριον· αἱ δὲ μελιχραί.

Ausim affirmare nihil esse in hoc scriptore venustius, & quod tamen minus intellectum sit. Nam Grammatista Græcus quocunque se vertat tandem huc necessitatis redigitur, vt confiteatur, τὸ, ἀπὸ πρίνοιο, & τὸ, μελιχρὸν, opponi. vtrunque enim ad colorem referri certum est. Non animaduertit autem poëtæ idioma peculiare: quod in caussa est vt deliret sæpe. Dictum est λεπύριον ἀπὸ πρίνοιο, vt, χαῖται ἀπ' ἀκάνθης, ἀπ' Αἰγίλω ἰχάς. λεπύριον ἀπὸ πρίνοιο, est, λεπύριον πρίνινον. Iam facile reliqua efficiemus. Notissimum est, arborem illam habere vim βαφικὴν, siue tingendi. Quod Theocritus λεπύριον ἀπὸ πρίνοιο vocat in glande ilicis, Plinius *tunicam rubigine scabram* dixit in glande. χρῶμα πρίνινον & color coccineus idem est: a cocco, quem πρίνου καρπὸν vocant veteres. Theophrastus: φέρει δὲ καὶ παρὰ τὴν βάλανον κόκκον τινὰ φοινικοῦν. Nec aliud est quod ἄνθος πρινὸς vocauit Simonides, quam quod alii πρίνου καρπὸν, apud Plutarchum. ὁ δὲ Σιμωνίδης οὐ λευκόν φησιν εἶναι τὸ ἱστίον τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, ἀλλὰ φοινίκεον ἱστίον ὑγρῷ πεφυρμένον πρινὸς ἄνθει ἐριθάλλου. Itaque χρῶμα ἀπὸ πρίνοιο, esset color coccinus; λεπύριον ἀπὸ πρίνοιο, est, ἐρυθρὸν λεπύριον, καὶ φοινικοῦν τι ἔχον. Nihil elegantius. Paulo post iterum condicionem suam Caprario, vt supra, obiicit Pastor, quod non magis quam locus superior animaduersum fuit. Καθαρμοῖς serui distinguebantur a liberis. Vnde καθάρματα eadem ratione qua mastigiæ dicti sunt, quanuis sciam & aliam rationem afferri a veteribus. καθαρμοὶ sunt αἱ μαστιγώσεις, *flagellationes* & *vibices*. Eam vocem ita sumptam non bene ceperant apud Phocylidem interpretes in illo:

Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὐφρονέοντος.
Ἁγνεῖαι ψυχῆς, τοῦ σώματός εἰσι καθαρμοί.

Vbi itidem καθαρμοὶ sunt αἱ μαστιγώσεις. *Noli, inquit, consilium reiicere serui: cuius quanuis corpus flagro subiectum est, mens tamen pura esse potest.* Aberrabant qui nescio quid de purgatione afferebant. Hoc est quod Lacon Comatæ obiicit, τοὺς καθαρμοὺς nimirum, cum ait:

Τοῦτο μὲν οὐ μέμναμ'· ὅκα μάν τυ ἐγὼ τῆνδε τὺ δάσας
Εὖ μάλ' ἐκάθηρα, καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμι.

Bene & conuenienter scholasticus aliquis

quis Græcus καθαίρειν exposuit δέρειν. Sed nescio qua fronte etiam illum locũ ad obscenum sensum trahat. Nobis nimis multa sunt eiusmodi: at Grammaticis pauca esse videntur, qui aliquid flagitiosi de suo addunt. Sed hoc prætermiseramus. Cum ait Lacon supra:

*Οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς ἐστὶ ὁ Κώταρος, ἀπὸ Κυναίθα,*
*Τουτεῖ βοσκησεῦντι ποτ' ἀντολάς, ὡς ὁ Φάλαρος;*

Non potest nobis displicere interpretis diligentia in φάλαρος, qui omnes de eo opiniones veterum, quas inuenit, nobis proposuit: solam tamen prætermittit, quæ vera est. Nihil est familiarius elegantibus scriptoribus, quam voces easdem alibi ἐπιθετικῶς, alibi ἀπολύτως vsurpare. φάλαρος, est, ὁ φάλαρος κύων. idyllio 8.

*Ω. πῶ τὰς ἀγέλας ὁ κύων ὁ φάλαρος ὑλακτεῖ;*

ὁ φάλαρος dicitur, sicut vulgaria illa quæ a Grammaticorum filiis magno numero notantur, ὁ πῶϋξ, ὁ βροτὸς, & hoc ipso idyllio, αἱ μηκάδες, quæ omnia ἀπολύτως dicuntur. Si quis velit simpliciter κύνειον esse, ἀπὸ κυνὶ, per me illud licebit. Sed vt pro ὡς ὧ scribatur in eo versu de quo agimus, non nostra modo, sed & Asclepiadis & omnium interest, qui, τὸ, φάλαρος, vel χοιρεῖον, vel ὄρος, vel aliud simile olim sunt interpretati: quorum omnium criticorum diligenter sententias studiosi collegerunt, aut quocunq. eos nomine appellabimus, qui has nobis extare voluerunt farragines. Idem imposuit editoribus paulo ante in illo versu:

*Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, ἆ τι μυρικαι.*

Legendum enim ὧ: quod & in primo idyllio emendandum est, vbi idem versus legitur κατὰ λέξιν. Existimarunt poni ὡς ἀντὶ τοῦ πρὸς, quod Ἀττικώτερον esset, cum omnino sit ὧ, ἀντὶ τοῦ ὅπου, Δωρικῶς. Sic infra, ὧ βάθος ὕλας legebatur, cum ὧ & Græcus interpres legerit, & viri docti rescripserint. Sic hoc loco, βοσκησεῦντι, inquit, πρὸς ἀνατολὰς ὅπου ὁ φάλαρος. Latini interpretes τὸ ὡς existimarunt sumi ἀντὶ τοῦ ὥσπερ: atque ita Phalarus pecudis nomen esset. Græci videntur legisse vt nos emendauimus: nam quomodo aliter, ἔνθα, redderẽt? Sed supra errabant ad illud, ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, cum εἰς interpretarentur, & vitiosæ lectioni crederent. Ab his locis non ita longe legitur:

*Ἤδη τις Μόρσων πικραίνεται; οὐχὶ σαφηνεῖ;*
*Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλοις.*

In quibus versibus quomodo vt merentur stuporem Græculorum exagitabimus? Quorum error leuior nobis videri posset, nisi & authoritate nocuisset, reliquique eum secuti essent. Non arbitror posse peius quenquam de loco aliquo mereri, quam interpres Græcus fecit cum, οὐχὶ σαφηνεῖ, interpretatus est, οὐκ ἐνόησας; οὐ κατὰ τὶ σαφηνίζεις; cum ex hoc sequens versus plane pendeat, eiusque sensus. de quo quid non somniarunt interpretes? Hinc profundæ illæ ineptiæ: Σκίλλα εἶδος βοτάνης πάντη ἀγρίου: & illa vbi mentem posterioris versiculi tangit, vt sibi videtur: ἄξιος εἶ φησὶ μᾶλλον ἀπελθεῖν εἰς τὰ μνημεῖα, καὶ τὰς γεγηρακυίας καὶ παλαιὰς καὶ ξηρὰς σκίλλας τίλλειν, ἤπερ ἐμοὶ ἐρίζειν. Sed nihil est infelicius Grammatico, cum semel delirare cœpit: strenue enim & confidenter nugatur. Postremo quid sterilius illis, vbi obscenum etiam ex his sensum elicit? quem adducere me pudet. Adolescentes sumus: sancta est hæc ætas nostra. Est igitur mens loci huius longe alia, quam perpendamus. Sicut παρακούειν & παραφρονεῖν in sensibus contraria sunt, τῷ ἀκούειν & τῷ φρονεῖν: sic παραισθάνεσθαι & αἰσθάνεσθαι eodem modo. Quæ duo cum idem inter se designare putarint,

rint, pugnant: cum alterum ſit ſicut φρονεῖν, alterum ſicut παραφρονεῖν, non ſecus quam aliud eſt ὀπλίζεσθαι, aliud παροπλίζεσθαι. Ita Cato apud magnum ſcriptorem Plutarchum, cum eripi ſibi & extorqueri enſem a filio videret, queritur cum indignatione ſe παροπλίζεσθαι. κωλύομαι δὲ, inquit, χρῆσθαι τοῖς ἐμοῖς λογισμοῖς καὶ παροπλίζομαι. Lacon igitur cum ſerio indignari videret Comatam, conuicium pro conuicio reponit, maius tamen aſperiuſque, vt iam in iram manifeſtam prorumpat. Quod cum videret Comatas, ad iudicem conuerſus: Iam ait o Morſon vir ille bonus iraſcitur (non intellexerunt autem quam vim habeat, vox τὶς, in eo: ἦδή τις Μόρσων: quod nos poſtea oſtendemus) Rurſuſque ad Laconem conuerſus: Nonne, inquit, inſanis? nonne Lucumo es o Lacon? eas igitur, vt ſcillam tibi compares. Scilla Lucumones & inſani purgabantur. Vnde *acetum ſcillatum* apud Auſonium:

> *Scillato decies ſi cor purgeris aceto,*
> *Anticipeſque tuum Samii Lucumonis acumen.*

Ita locum hunc ſumo: nec aliter intelligendus eſt. Magnus Deſiderius ſcillas ad inſaniam rettulit, vbi de hoc verſu agit, cui inter adagiones locum dedit; loci cohærentiam, & mentem poëtæ, occaſionemque, qua dicitur, non percepit. Nam quid hoc, quod indicare eum ait, futurum, vt virtus præ dolore in inſaniam incideret? quale nihil in his verbis inuenire poſſum. Quanuis ne ſic quidem omni labore defuncti ſumus, quem ad illuſtrandum penitus hunc locum ſuſcepimus. Pergamus igitur. Quatuor horum verſuum elegantia, quorum primus eſt, quem iam adduximus, Ἤδη τις Μόρσων, dependet ex vnica voce τὶς & τινός: quæ repetitur: quo magis nobis enitendum eſt, vt de hoc lepore conſtet lectori. Sciendum eſt, τὸ τὶς, apud Dores non πληρωματικὸν ſemper eſſe, & expletiuū, neque ſemper περιττὸν, vt loquuntur Grammatici, ſed defectiuæ orationis notam eſſe & indicium. Sic in Epithalamio Menelai, πλαγῶ τινα, pro πλάνη οἶνον.

> Ἦ ῥα πλαγῶ τιν' ἔπινες, ὅτ' εἰς εὐνὰν κατεβάλλευ;

Ibidem, ἀγαθός τις, eſt, ἀγαθὸς δαίμων.

> Ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
> Ἐς Σπάρταν.

Sic βαρυγούνατός τις, eſt, βαρυγούνατος ἀνήρ.

> Ἦ ῥά τις ἐντὶ λίαν βαρυγούνατος; ἦ ῥα φίλυπνος;

Hinc totus huius loci lepor dependet. Cum enim diu cauillis inter ſe certaſſent Caprarius & Paſtor, ac poſtremo quædam ſatis amare obieciſſet Comatæ Lacon; reſpondet ille ad Morſonem conuerſus: ἤδη τις πικραίνεται. cum dicendum fuiſſet: Λάκων πικραίνεται. Et rurſus Lacon reſpondet: καὶ ἐγὼ κνίζω τινά: cum dicendum erat, καὶ ἐγὼ κνίζω Κομάταν. Quæ res miram addit ἔμφασιν τῷ τῆς εἰρωνείας σχήματι. Apud Tragicos hoc interdum non longe aliter inuenitur: vbi οἱ παθαινόμενοι grauiterque commoti ita loqui amant. Menelaus in Sophoclis Μαστιγοφόρῳ poſt longam illam contentionē de cadauere Aiacis:

> Τοὔτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεται τινί.

Hoc loco χλευασμὸν eſt, ſicut interdum in Comœdia. Feſtiuiſſimus Ariſtophanes Βατράχοις, dixit, ἥκει τις κακὸν, cum vellet dicere, τῷ Ξανθίᾳ. Sed vt iam diximus, poſſunt hoc ſibi vindicare Dores. Mirum eſt profecto in verbis tam paucis tam multa eſſe partim adhuc corrupta, partim male intellecta. Dixerat Comatas, οὐχὶ παρῇσθα; quod eſſe oſtendimus, οὐχὶ παραφρονεῖς; *Nonne inſanis?* Eodem plane modo reſpondet Lacon, vt in contentione fieri ſolet: *Et tu inſanis.* Scribe igitur καὶ τὺ δὲ λύσσῃ. At interpretibus quid infelicius eſt, qui legunt,

gunt, καὶ τὺ δ' ἀλέγεις, & interpretantur, *& tu vides*. Atqui sequitur & præcedit, quod necessario hanc lectionem flagitat. Mirum vero est, quod poëta noster sibi licere voluit in extendendis & ampliandis vocibus non tantum omnibus vsitatis, quod sæpe notamus; sed & propriis: vt cum dixit,

Ῥεῖτω χ' ἁ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι.

At vero Geographus non aliter quam Σύβαρις & Συβάριδος. Ἐφεξῆς δ' ἐστὶ διακοσίοις σταδίοις Ἀχαιῶν κτίσμα ἡ Σύβαρις, δυοῖν ποταμῶν μεταξύ, Κράθιδος καὶ Συβάριδος. Postrema Comatæ verba quæ hoc idyllium concludunt, a poëta decori obseruantissimo conscripta sunt: est enim Βουκολικὸν καὶ Αἰπολικόν. quod discrimen vbique in his personis obseruatum fuit. Nunc vero vel maxime. Nam vt Laconi Βουκόλῳ iuramentum Βουκολικὸν supra tribuerat, cum Daphnidis dolores iurat; sic nunc Caprario Αἰπολικόν, qui pœnam Melanthii Caprarii Homerici. Quam his verbis describit poëta princeps:

Ἐκ δὲ Μελάνθιον ἦγον ἀνὰ πρόθυρόν τε καὶ αὐλήν·
Τοῦ δ' ἀπὸ μὲν ῥῖνάς τε καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ
Τάμνον· μήδεά τ' ἐξέρυσαν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι,
Χεῖράς τ' ἠδὲ πόδας κόπτον κεκοτηότι θυμῷ.

Sed postrema interpretis Græci verba quibus hæc notabat corrupte legebantur, hoc modo: ἀλλ' ἐὰν μή σε θλάσω, γνοίμην αὐτὶ Κομάτα Μελάνθιος, καὶ κολασθείην ὥσπερ ἐκεῖνος ὑπὸ Εὐμαίου, καὶ Φιλοίτιος ἐγὼ ἐν τοῖς Ὀδυσσέως οἴκοις. Nos rescripsimus, ὑπὸ Εὐμαίου καὶ Φιλοιτίου. Nam, ἐν μνηστηροφονίᾳ, vbi de Melanthio pœnæ sumuntur, Telemacho coniungit poëta Βουκόλον ἠδὲ συβώτην, hoc est, τὸ Φιλοίτιον, καὶ τὸ Εὐμαῖον: quo respexit cum hæc scriberet Grammaticus.

## CAP. XI.

*Percurritur Idyll. 6. βάλλειν, βαλλίζειν φύλλα καὶ κάρφεα. Sophronis locus emendatus & illustratus. Theocritus emendatus. mos Dorum. ἐπὶ νάσσω. emendatus Theocritus. στορέσαι, λέχος αἰπῶν. στόρεσον, στρῶσον. πωθόρησθα, ὀρεῖσα, ἐπορεῖσα, ὄρης. πτύειν ἐς κόλπους de arrogantibus. Callimachus emendatus. γραῖα κοτυττάρις. κοττίς. προκόττα. Tauropolia. Cotyttia.*

NOTAVIMVS locis infinitis, quantum per iniuriam temporis licuit, quæ pauca nobis eius viri reliqua fecit, mimicum Sophronem & Theocritum nostrum in easdem voces ἀπροπόροις esse, & procliues. Sic apud poëtam nostrum interdum τὸ βάλλειν, est, τὸ ἐρεθίζειν, absolute, & κατ' αὐτό. Vt cum cecinit:

Εἶδον ναὶ τὸν Πᾶνα τὸ ποίμνιον ἀνίκ' ἔβαλλε.

Nisi quod existimari possit ibi relinqui quod a Daphnide suppletum erat, qui ita præiuerat:

Βάλλει τοι Πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
Μάλοισιν.

quod notissimum ex Comico est, & infinitis aliis qui μηλοβολεῖν vel μήλοις βάλλειν dixerunt, quos non prætermiserunt amici nostri. Sed & τὸ βάλλειν, & βαλλίζειν κατ' αὐτὸ absoluteq. ita sumi putarim: nam & βαλλίζειν φύλλα καὶ κάρφεα ea notione dixit Sophron, pro *exagitare aliquem* καὶ ἐρεθίζειν: quem, vt solet, in animo habebat. Eius locus lepidissimus est: Θᾶται δ' ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες τὼς ἄνδρας βαλλίζοντι· οἷόν περ φαντὶ φιλατὲς Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ πάλῳ. Quia tamen corruptus est viros doctos exercuit, cum fortasse nihil lepidius vnquam ab illo scriptore profectum sit. Docti Itali qui commentarium in

Phalereum scripserunt, merito non inueniunt quomodo commodam ex Homero interpretationem petant. Sed scribendum est: οἷόν περ φαντὶ φίλε τὼς Τρῶας. Sensus est: Pueri tantum molestiæ viro illi quem lacessunt afferunt, quantum Troes Aiaci forte. Locus quem tangit extat Ἰλιάδ. η. vbi cum Heleni suasu fortissimum Græcorum prouocasset Hector, sors Aiaci obtigit: quem ait poëta gaudio exultasse.

— χαίρε δὲ καὶ αὐτὸς

Θυμῷ, ἐπεὶ δοκέω νικησέμεν Ἕκτορα δῖον.

Scribit interpres Græcus non longe a principio: ὡς Εὐριπίδης· πυῤῥὸς γένυσιν. dubium non est quin locum Euripidis designarit, qui hodie in Phœnissis extat:

Ἤδη δὲ πυῤῥὸς γένυσιν, ἐξανδρούμενος.

pro quo tamen paulo aliter nunc legitur. Sed Grammatici nusquam negligentiæ rationem reddunt. Quis enim dubitet omnes Musas illi iratas fuisse, qui infra ad illa poëtæ verba, Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς κινεῖ λίθον, hæc notabat: λίθον οὐ τὸν ἀπὸ γραμμῆς ἐνταῦθα λέγει, τὸ λίθινον ἄγαλμα. ὁ δὲ νοῦς· δοκεῖ δὲ ἡ Γαλάτεια καὶ τὸ λίθινον ἄγαλμα, εἰς τὸν αὐτοῦ ἔρωτα ἐπισπάσασθαι δι' ὑπερβολὴν κάλλους. Sed nobis iam semel constitutum est vbique illa præteruehi, a quibus nullum est lectori periculum. Nam has aranearum telas facile vel muscæ quælibet vitabunt. In verbis Polyphemi, vel Damœtæ potius, statim in principio scribendum est, ᾧ ποθορῷμι Ἐς τέλος, non ποθόρημι. Dorum hæc loquendi ratio est, qui ita cum optant præcidunt & amputant. Hoc est quod technici notant: οἱ Δωριεῖς τὰ εὐκτικὰ τῶν ῥημάτων ὅτι μὲν κυρίως εὐκτικά εἰσι καὶ δίχα προφέρουσιν, ἀλλὰ συνδέσμου τινὸς προφέρονται. causam addunt, qui de idiomatibus scripserunt, ὅτι ὀλιγοφθεγγεῖς οἱ Δωριεῖς, hoc est, quod breuitatem mire amplectantur, & succincte loqui amant. Eleganter ita Cyclops dixit: ναὶ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκὺν, ᾧ ποθορῷμι Ἐς τέλος. *non per vnicum oculum meum, quo videam semper.* ᾧ ποθορῷμι, pro, ᾧ εἴθε ὁρῷμι. sicut Oppianus: — ἀείδω· βαλλοίμαν δ' ἐπὶ σκοπὸν ἠχλύν. & idyll. 7.

— ἇς ἐπὶ σωρῷ

Αὖθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον·

hoc est, εἴθε πάξαιμι. Lego in iisdem Cyclopis verbis,

— ἔστι κ' ἀμὶν

Αὐτᾷ μοι στορεσεῖν καλὰ δέμνια τᾷδ', ἐπὶ νάσῳ.

non τᾶδε, vt sit, ἐνταῦθα, ἐπὶ τῆς νήσου. Nam ἁ νᾶσος Theocrito vbique, κατὰ τὸ ἐξαίρετον, est, ἡ Σικελία, quæ sedes Cyclopis erat. Sed in eodem versu puto non prætermittendam esse vocem στορέσαι, quæ aliquid contumeliæ habet, cum de Galatea dicitur, & insolentiam Cyclopis denotat, qui contemptum sui vlturum se minatur. Est enim στορέσαι quod Homerus dicit, λέχος ἀντιᾶν: tribuiturq. a poëta illis cōcubinis quæ in bello capiuntur, & iure gentium victoris fiunt. Catullus, *veste cubile consternere*, dixit. Apud quem Ariadne optat, si a legitimo Thesei connubio arceatur, vt liceat saltem, *cubile veste consternere*. Opponit enim τὴν λέχος ἀντιῶσαν, *nuptæ legitimæ*.

*Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,*
*Sæua quod horrebas prisci præcepta parentis,*
*Attamen in vostras potuisti ducere sedes,*
*Quæ tibi iucundo famularer serua labore,*
*Candida permulcens liquidis vestigia lymphis,*
*Purpureaque tuum consternens veste cubile.*

*consternens cubile*, est, ἡ στρέσασα, ἡ ἀντιᾶσα τὸ λέχος. hoc enim sicut στρέσαι est ἀποστρωννύειν, & per consequens, τῆς κοίτης ἀντιλαμβάνειν: sed in iis quæ victori cesserant.

ferant. Apud Comicos verbum plerunque quo vtuntur, ei qui cum meretricibus de nocte agunt, postquam de precio conuenit, est ὑφίεσθαι, & ῥᾳθυμεῖν: ita apud Machonem, citante Athenæo, elegantissime miles. Locus festiuissimus est, dignusque qui annotetur.

Εἰς τὰς Ἀθήνας παρεπιδημῶν ξένος
Στρατιώτης πάνυ γέρων ὢς ἐνενήκοντ' ἐτῶν
Κρητικὸς ἀπήντων εἰς τὴν Γναθαίνης
Μετὰ τῆς Γναθαίνης ὑπ' Ἀφροδισίων τινός,
Τό τ' εἶδος αὐτῆς τοὺς ῥυθμοὺς τε καταμαθὼν,
Ἐπυνθάνετο μίσθωμα, σφόδρα δ' ὁπόσον
Τῆς νυκτός; ἡ Γνάθαινα δ' εἰς τὴν πορφύραν
Καὶ τὰ δόρατ' ἀποβλέψασα δραχμὰς χιλίας
Ἔταξ', ὁ δ' ἄρτι καιρίαν πληγεὶς, παπαῖ:
Ζωγρεῖς γύναι φησὶν ἕνεκα τῆς στρατιωτικῆς,
Μνᾶς πεντε ξαμένη δὲ πέντε τὴν σπονδὴν ποιοῦ,
Καὶ στρῶσον ἡμῖν ἔνδον.

Nimium sibi licere voluerunt, qui Theocritum, vt in mentem veniebat, descriptum, ad nos transmiserunt. Vbique nobis temeritatis suæ & imperitiæ vestigia reliquerunt. Ποθόρημι, ἐσόρημι Dores dicunt, non ποθορῶ, ἐσορῶ. Scribendum est supra in Daphnidis verbis, Καὶ τύ νιν οὐ ποθόρησθα, non ποθορῆσθα. Sic eodem idyll.

Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ κνίζων πάλιν, οὐ ποθόρημι,
Ἀλλ' ἄλλαν τινὰ φαμὶ γυναῖκ' ἔχειν.

At vero cum ait, Ταῦτα δ' ἴσως ἐσορῶσα, omnino scribo, ἐσορεῦσα: quo pacto Dores & Æoles loquuntur, ὁρεῖς, ἐσορεῖς, ποθορεῖς. Pittacus in epistola ad Crœsum: Κέλεαι με ἱκνεῖσθαι ἐς Λυδίαν ὅπως σοι τὸν ὄλβον ἴδοιμι· ἐγὼ δὲ καὶ μὴ ὁρεῖς πέπεισμαι τὸν Ἀλυάττεω παῖδα τῶν βασιλέων πολυχρυσότατον πέλειν. Ne supra quidem idyll. 3. dubitarim scribere,

Εὐμάρεα δὲ τὰς αἶγας ὅρης φίλε τὺ Συβαρίτα,

non ὁρῆς: vnde illud ὁρῆσθαι. Homines arrogantes & qui magnos sibi spiritus sumebant, iubebantur ab amicis admonitione vrbana, ἐς κόλπους πτύειν, in sinum spuere. Lucianus, Πλοίῳ ἢ Εὐχαῖς. Θαυμάζω σε γε ὦ Ἀδείμαντε, καὶ εἰς τὸν κόλπον οὐ πτύεις, οὐδὲ οἶδα ὅστις ὢν ναυκληρεῖς, οὕτως ἐπηρμένος καὶ τὴν οἰκίαν ἐν τῷ ἀρίστῳ τῆς πόλεως οἰκοδομηθεῖσαν, καὶ ἐκβλέψαι δεῖν τὸ πλῆθος. Ex quo more ille fascinum metuentium dimanauit, qui propterea amabant ἐς κόλπον πτύειν, vt inuidiam oculi deprecarentur venenosi: quem nimia insolentia prouocabat: de quo more, *Omnia iam vulgata*, vt primus poëtarum ait. Versus Callimachi, quem critici veteres huc trahunt, ita legendus est, vt edidimus.

Δαίμων, τὸν κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.

non τί. Dubium non est, quin ex Hymno Callimachi εἰς Ἑκάτην desumptus sit ille locus: nam & hunc scripsisse inter reliquos eum poëtam nulli dubitamus. Sequitur:

Ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυτταρὶς ἐξεδίδαξεν.

In quo id quod præcipuum erat non assecuti sunt veteres interpretes. Dicitur, γραία κοτυτταρὶς, sicut supra γραία κοσκινόμαντις: pro quo antea inepte legebatur, Ἀχαιά. Corinthiis, qui Dorum ἄποικοι sunt, κοττὶς, est, ἡ κεφαλή. Vnde apud eosdem κοττίδα tonsuræ genus erat, de quo Pollux. quas voces, vt & multas alias, a Corinthiis retinuerunt Dores. A Cottis vnius elementi elisione fit Cotys: apud Corinthios, testibus veteribus, effeminatorum, eorumque qui nimio cultu virum sibi quærebant, vt ille aiebat, Deus vel Dea. In Sudæ collectaneis locus integer ex Synesio sine vllo iudicio consarcinatus legitur, prætermissa ipsa voce quam ex Synesio interpretari debebat. Κότυς δαίμων παρὰ Κορινθίοις τιμώμενος, ἔφορος τῶν αἰσχρῶν· ὅθεν οἱ Κλεισθένεις καὶ Τιμάρχοι, καὶ πάντες οἱ περὶ ἀργύρειον τὴν ὥραν διατιθέμενοι, καὶ οἱ μὴ

πρὸς ἀργύρεον ᾖ, ἀλλὰ πρὸς ἄλλο τι, καὶ εἰ μὴ πρὸς μηδὲν ὅπου ᾖ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονὴν, καθάπερ οἱ θηλυδρίαι τειχῶν πλάσται πάντες εἰσί. Verba quidem Synesii sunt, sed in quibus tamen, quod præcipuum erat, vox Κότυς prætermittitur. Accuratissimi illius & superstitiosi Atticistæ verba sunt in Φαλάκρας ἐγκωμίῳ. ἕτερον δὲ ὃ τούτου πολὺ χεῖρόν ἐστι, τὸ τὸν Ἀλέξανδρον ἡμῖν ἀναδείξαντος, ὅθεν οἱ Κλεισθένεις καὶ Τίμαρχοι, καὶ πάντες οἱ πρὸς ἀργύρεον τὴν ὥραν διατιθέμενοι, καὶ εἰ μὴ πρὸς ἀργύρεον ᾖ, ἀλλὰ πρὸς ἄλλο τι, καὶ εἰ μὴ πρὸς μηδὲν ποιῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονὴν, καθάπερ οἱ θηλυδρίαι, τειχοπλάσται πάντες εἰσίν. Quæ omnia instituto Grammatici illius seruire non poterant. Sed sequitur: ἀλλ' εἰ μὲν ἐπὶ τῶν οἰκημάτων αὔπνεις εἶναι· καί τοι νικᾶν νομίζουσιν, ὡς ταύτῃ μάλιστα τὸ θῆλυ τοῦ γένους ἐκμιμησάμενοι· ὅσας δὲ λάθρα μέν ἐστι πονηρὸς, δημοσίᾳ δὲ κἂν ἐξομόσαιτο, καὶ οὐδὲν ἄλλο παρέχεται γνώρισμα τοῦ θιασώτης εἶναι τῆς Κότυος. Huius Dei, siue Deæ, quam etiam Κοτυττὼ dicebant, sacra, sicut ea quæ Thuropolia vocabantur, incantationibus constabant, τὰ Κοτύττια nimirum, teste Athenæo: apud quem propterea πυρόπολος dicitur venefica, sicut Theocrito κοτυτταρίς. Grammatistæ quicquid non intelligunt statim κύριον esse volunt, & nomen proprium: qua ratione semper euadere possunt. In Græcis epigrammatis tit. Εἰς γραίας lib. 2. fallitur qui aliter sumit.

> Ἡ πολιὴ κροτάφοισι κοτυτταρὶς, ἡ πολύμυθος
>
> Γραῖα, δι' ἣν Νέστωρ οὐκ ἔτι πρεσβύτατος,
>
> Ἡ φάος ἀθρήσασα ἐλάφου πλέον, ἡ χερὶ λαιῇ
>
> Γῆρας ἀριθμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένη,
>
> Ζώει καὶ κλαίουσα, καὶ ἀρτίποδος οἷά τε νύμφη,
>
> Ὥς τέ με δοιάζειν μή τι πέπονθ' Ἀΐδης.
>
> *Cana comam, nimiisque odiosa venefica verbis,*
>
> *Nestora quæ senio iã superauit anno,*
>
> *Quæque dies ceruo plures deduxit, & æuum*
>
> *Instituit læua bis numerare manu,*
>
> *Viuit adhuc, ceu sponsa, valens oculosque pedesque,*
>
> *Vt dubitem Stygium non superesse Deum.*

At quam valide scholiastes nugatur, περὶ τοῦ κότυ, καὶ τοῦ Κότυος, qui nomen id proprium esse existimat: quem secuti sunt reliqui interpretes Latini. qui tamen meminisse debebant artes magicas veneficæ Canidiæ, ab Horatio Cotyttia dici.

> *Inultus vt tu riseris Cotyttia,*
>
> *Vulgare sacrum liberi Cupidinis.*

Nihil aliud est κοτυτταρὶς, quam ἡ φαρμακεύτρια, ἡ ἐπάδουσα. vt dixi, γραῖα κοτυτταρὶς, sicut supra, γραῖα κοσκινόμαντις. Quid vero planius?

## CAP. XII.

*Quædam in principio septimi idyllii animaduersa.* ἕρπομεν ἐς τὸν Ἄλεντα. *Siculorum loquendi ratio.* ἀμᾶν ποθ' Ἱπποκόωντι, νομίζειν ἐπ' Αἰτναίοιο *& similia.* ἡ πόλις. *Scena huius Dramatis, & de ea disputatum. Grammatistarum errores toto idyllio perpetui. Locus Theocriti qui aliter scribendus videtur.* Κῴων ἀδαμαντία. *de ea adagio.* Βούρινα. *Alia. Simichidas.* Πάτρεις, ὁ Φιλόχειτος. κορυδαλλίδες ἐπιτυμβίδιοι. κρηπῖδας ἀστείας *elegans & vrbana.* κρηπῖδες *&* κρηπίδια. δρυὸς τύμμα. ὄρνις *&* ἀοιδὸς. ὄρνις ᾠδῶν *ales carminis. de eodem Theocriti locus illustratus.*

HAc tenus in Sicilia cum antiquo Cyclope suauiter egimus, nunc

nunc in Co proficiſcimur, vbi nos Theocritus noſter, ταύτῃ τῇ νήσῳ ἐπιδημήσας, vt loquuntur de hoc idyllio critici, lauta aduentitia excipit. Cuius fercula toto idyllio, tanquam θεῶν δαῖτες, apponuntur. Eorum fidem nobis in ipſo limine ſtatim illud facit:

— ἐς τὸν Ἅλεντα
Εἵρπομες ἐκ πόλιος,

cuius condimenti delicias cum non guſtaret Græcus interpres merito id præterire potuit, aut faſtidioſo ſtomacho non concoquere. Nota omnibus ſunt quæ de voce Ἅλεντος primo diſputat, in quibus, vt probet eſſe δῆμον τῆς Κῶ quas non moleſtias ſubit? De quo quidem nos paulo poſt pluribus. Dicitur hoc loco ἕρπειν ἐς Ἅλεντα, ſicut ſupra, ἄγειν ἐπ' Ἀλφεόν. vbi Ægon paſtor, qui ad Olympiam profectus erat, quam Alpheus præterlabitur, ratione familiariter Doribus vſitata, dicebatur, ἐπ' Ἀλφεὸν iuiſſe. Sicut hic qui extra vrbem deambulabant, vbi Haleus fluuius labebatur, dicuntur ἐς Ἅλεντα, vel ἐς Ἅλεντα procedere. Dores in locorum deſignationibus nil præter fluuios nominant. Talia ſunt toto hoc opere infinita propemodum. Tale eſt de quo idyllio primo diſputauimus, ὕμνος ἐφ' Ἱμέρᾳ, &, πρμλω ποτ' Ἀνάπῳ, & νομεύειν ἐπ' Αἰσάροιο, & ἀμᾶν ποτ' Ἱπποκόωντι. Cuius rei rationem non diſpexerunt apud Maronem interpretes, qui Siculum loquendi genus imitatus, eos qui in Olympia certabant, contentus fuit ab Alpheo fluuio deſignare.

*Cuncta mihi Alpheum linquens lucoſque Molorchi,*
*Curſibus & crudo decertet Gracia caſtu.*

Nec aliunde venuſtatem ſuam traxit illud lacteum, illud diuinum, illud quouis melle dulcius: quod paulo poſt in hoc idyllio habebimus:

Ὕμμες δ' Ὑετίδος καὶ Βυβλίδος ἁδὺ λιπόντες
Νᾶμα, καὶ οἰκεῦντες ξανθᾶς εἶδος αἰπὺ Διώνας.

Vbi Amorculos & minutos Veneris puſiones poëta iubet linquere Hyetidis & Byblidis aquas, ſicut Virgilius τοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγωνίζοντας, Alpheum. Et illud, hoc eodem idyllio:

Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ,
Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτω.

& illud in deſcriptione lugentis καὶ παθαινομένου τοῦ Δάφνιδος:

Ἱμέρα αἴτε ῥέοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο.

Dictum eſt non aliter εἵρπομες ἐς τὸν Ἅλεντα, quam illud, Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος. Nam ita integer tractus deſignatur qui extra Syracuſas eſt. Quæ res non percepta quantæ ἀπορίας cauſa fuerit, in quam ſe præcipitarunt ſcholiaſtæ, continuo apparebit. fruſtra enim laboramus niſi hoc ſciamus quam Theocritus τὴν πόλιν vocet. Quod ſi intelligamus ſciemus & illud, in quo toto idyllio ſcholiaſtæ nugantur, vbi collocanda ſit ſcena Dramatis. Nam Græci, qui illa perperam videntur cepiſſe, aut negligenter inſpexiſſe quæ in argumento dicuntur, conſtituunt totum ἐν Κῷ. Itaque lepide & venuſte omnes locos quotquot hoc idyllio occurrunt, quanuis in media Sicilia ſint, in Co locant. quæ ἀνιστορησία perpetua eſt. Sicut ἡ νῆσος Siculis eſt Sicilia, τὸ ἄστυ Athenæ: ita ἡ πόλις Syracuſæ. Si qui hic aliam vrbem commenti ſunt, nihil ſe indignum fecerunt. Propterea quæ de Halente notarunt, ſicut reliqua omnia quæ de locis propriis quorum in hoc idyllio fit mentio, putida ſunt, inepta, & ex ignorantia nata. Non eſt alius Haleus ab eo fluuio qui idyllio 5. commemoratur:

Ἔνθ' ἂν τὰν κυκλάμινον ὀρυξεῖ νυν ἐς τὸν Ἅλεντα.

Εἰς τὸν Ἅλεντα deambulare dicitur ἐκ πόλιος, qui relictis Syracuſis per agrum Siculum

Siculũ iter suscipit. Isaacius Tzetzes, Halenta in Colophone constituit: aut potius Alentam: qui notat Ἀλέντα apud Lycophronem ἀντὶ τοῦ Ἀλέντιος, Δωρικῶς δή. Sed viderit. Nos hoc melius in eo quod sequitur.

— ἔτι τῶν ἐσθλὸν

Χαῶν τῶν ἔτ' ἄνωθεν.

Quicquid nobis persuadent de voce χαός Graeci interpretes, & viri doctissimi, qui accuratissime de ea notarunt, existimo scripsisse Theocritum, Κώων τῶν ἔτ' ἄνωθεν, non χαῶν. Primo enim cum haec scripsit, in Co profectus fuisse notatur: & vetus argumentum, quod praefixum est, notat scriptum hoc poëmatium ex occasione τῆς ἐν Κῷ ἐπιδημίας, vbi innotuit duobus illis quos hic commendat. Dubium praeterea non est, quin paroemiam aliquam suo more respiciat: erat autem tum temporis in ore omnium ea, qua huius insulae feracitas, hominumque benignitas, τῇ ἀξενίᾳ καὶ κακομηχανίᾳ Aegyptiorum, & sterilitati opponebatur: ὃν οὐ θρέψει Κῶς, ἐκεῖνον οὐδ' Αἴγυπτος. Itaque diu in hac insula soli θεῶν παῖδες viuere dicti sunt. Vnde illud Dioxenis de hac ipsa:

— θεοὺς γὰρ φαίνεθ' ἡ νῆσος φέρειν.

Qua de re plura sciremus, si Pindari hymni extarent, in quo libro multa ille de pugna Herculis contra Meropes, huius insulae incolas, vt ex Fabio colligimus, commemorabat. Praeterea non possum scire, vnde Grammaticus, qui argumentum scripsit, duos hosce fratres Coos fuisse scire potuerit, quam si ita legatur. Sed non putarunt melius secum agi posse ignaui homines, qui fucum nobis fecerunt, vt ambitiosi esse possent, quam si apud Theocritum nos docerent quid sit χαός: Nam quod in suis παρεκβολαῖς & excerptis obseruarant, aliter accommodare non potuissent: quo morbo semper laborant Graeci. Itaque tanti fuit nouam lectionem substituere, vt vnicam glossam lucrarentur. Quod saepius multo quam vellemus in his scholasticorum collectaneis factũ videtur: quibus omnibus minus opus fuit, quã emendato Theocrito. Scimus quidem probam eam vocem esse, sed hac ratione possum omnes voces quae probae sunt & minus vsitatae, vnum in locum congerere. Mihi videtur nihil simplicius esse, quam si Κώων legamus. Poëta vt duos hos fratres commendet, ait eos obtinere antiquum τῶν Κώων, quorum mores, & felicitas in paroemiam abierant, vt qui Deorum filii haberentur. Non possum quin statim postea veram lectionem esse arbitrer Βύρρινας aut Βύρινας, non Βύρσας. praesertim cum vtroq. modo scriptũ se reperisse homo Graecus testetur. Accedit Eustathii ad Periegeten autoritas, qui vt in hanc partem inclinem facile impetrat. Εἶχε δὲ καὶ ποταμὸν Βώκαρον λεγόμενον, ὡς καὶ Λυκόφρων ἱστορεῖ, ὡς αὖ ἕτεροι τὶς Βουκέφαλον. καθὰ καὶ πηγή τις παρὰ Θεοκρίτῳ Βύρινα, ἡ παλαιὰ βοὸς ῥινὶ τυπωθεῖσα ὀνομαζομένη. Eustathius videlicet nõdum subtiles illos Geographos legerat, qui Burinam sicut omnes fluuios & locos qui in hoc idyllio ocurrunt, in Co locarit. Itaque si aut Scaldis, aut Honta, aut Rhenus hic fuissent, continuo sapiens aliquis Grammaticus eos ἐς τὴν Κῶ transtulisset. Sciat hoc semel lector: scenam huius idyllii non ἐπὶ τῆς Κῶ χθονὸς, sed ἐπὶ Ἰταλίας, in Italia dico & Sicilia. Quicquid enim repraesentatur antequam ad Co peruueniatur absoluitur, ac, prius quam iter poëtae, terminatur idyllii κατάστασις. Versus Philetae qui de Burina adducebatur, ita conceptus erat:

Δέξαιτο δ' ἐν σελίχνῃ σιλαμπίτσοιο Βυρίνης:

nos rescripsimus:

Νάσσατο δ' ἐν σελίχνῃ μηλαμπίδος Βορίνης,

atque

atque ita edi iussimus. Malim paulo inferius scribere: εὔσκιον ἄλσος ὑφαίνειν: quod Latini poetæ dicunt, *syluam texere*. Virgilius, *intexere umbras*. *intexite fontibus umbras Pastores*: Græci poëtæ dicerent,

—ὑφαίνετε ποιμένες ἄλσος
Κρανάων ἐφύπερθε.

nam *vmbra* pro ipsis arboribus & nemore, vt apud Græcos σκιὰ, vsitatum est. quæ de altera voce notant magni viri, puto veriora esse quam huic loco conuenientiora. Homerica parodia est, cum dicitur,

—οὐδέ κέ τίς μιν
Ἠγνοίησεν ἰδών.

Scripserat enim ille,

—οὐδέ μιν Ἥρη
Ἠγνοίησεν ἰδοῦσ'.

Nimium se excruciant Grammatici cum inquirunt subtilius quis hic Simichides dicatur. Mirum est argutis illis doctoribus in mentem non venisse loci Theocritici, vbi sibi hoc nomen poëta vindicat. Is est in Syringe;

Ὧ τόδε τυφλοφόρων ἐρατὸν
Πῆμα Πάρις θέτο Σιμιχίδας
Ψυχάν.

Vbi Simichidam & Theocritum eundem esse fatetur, sed occulte & schemate suo, de quo mox sub finem huius capitis. Paris & Θεόκριτος idem sunt: fuit enim Theocritus Paris, hoc est, θεῶν κριτὴς, cum de forma trium Dearum iudicaret. Itaque metaleptice vox Paridis pro Theocrito sumitur. Hoc est quod notabat Pediasimus ibidem: ὁ Πάρις, ἤγουν ὁ Θεόκριτος κατὰ μετάληψιν, διὰ τὸ καὶ τὸν Πριαμίδην Πάριν κρίναι τὰς τρεῖς θεὰς περὶ τοῦ μήλου, καὶ τὸ εἶδος. Itaque hac in parte securam esse iubemus Grammaticorum industriam, quos hæc res valde torsit, & sollicitos habuit. Scholiastes, homo leporis Græcanici, sæpe nobis ridendi copiam facit, ne videlicet laboris suscepti nos pœniteat, quotiescunq. nobis fabellas suas propinat. Cum κορυδαλλίδες ἐπιτυμβίδιαι dicuntur, nimis vulgare homini Græco visum fuisset, si nihil amplius dixisset quam quod verum erat. Aliam glossam commentus est. ἐπιτυμβίδιοι, inquit, αἱ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τὸν τύμβον φέρουσαι τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Causam ne quis ignoret, nouo nos demeretur beneficio, & historiolam interpretationi suæ plane similem attexit. Si cui interea ocium est, assem paret. Fuisse ait ante terram hanc auem: vbi cum degeret (nam locum dare non possumus) vt nihil in rebus humanis perpetuum est, obiisse eius patrem, cumque terram frustra requireret, in qua sepeliret eum, nec reperiret tamen, tandem in capite suo sepeliisse. Atque hinc ἐπιτυμβίδιον dictam esse. Miseram auiculam, sed miseriores scriptores, qui his chartas replent. Nec dubium quin singulari commiseratione Græculus ille infelicissimi animalculi pietatem prosequeretur, dum hæc narraret. Sed optima illa corydalis saltem si sepulchro indigebat, ante terram conditam, cur non quærebat ideam Græci Grammatici, in cuius capite, quia cerebro caret, facillime sepeliri potuisset. Eam fabellam quam serio applicat, e Comico hausit, qui, vt solet, χαριεντιζόμενος, in rebus humanis τῷ κορυδῷ τὴν πρωτογονίαν tribuit hac fabella, quam, ne a more suo recedat, Æsopo ascribit, non quod, vt ego existimo, tale quicquam ab eo fabulatore traditum esset, sed salse κωμῳδῶν τὸν αὐδρα, quia Αἰσώπειοι μῦθοι illi dicebantur, in quibus solis brutis partes dabantur, vt docent progymnastæ scholastici. Lepidissimus locus in Auibus est:

Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς καὶ πολυπράγμων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας,
Ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι.

Προτέρας τ᾽ ἦς. κἄπειτα νόσφι πατὴρ αὐτῆς ἀποσπάσειεν.
Τὴν δ᾽ ἐκ τοῦ τῆς περκναίδος πιμελαίον τὴν δ᾽ ἀπαρχὴν
Τὰ τ᾽ ἀμηχανίας, ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι.

Optime ibi annotat Græcus interpres: φαίνονται δὲ πιὼν πῶς ἅπαν Αἰσώπῳ ἀνατεθέντες. Ac propterea similem fabulam conscripsit Comicus ἐπὶ γέλωτι: cuius, aut ego fallor, aut nemo facile περιμύθιον aut ἐπιμύθιον inueniret. Lusit præterea ille in voce κεφαλὴ, quam scimus populum fuisse Atheniensem. Quod si Grammatici exorari non possunt, quin omnia, quæ alibi repperérunt, quamuis longe alia ratione dicantur, è suis pugillaribus depromant, potuisset multo prudentius hanc fabellam ad ipsam vocem κορυδοῦ referre. Festiuissimum est quod in Theocrito sequitur, sed alio modo:

Ἦ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; ἢ τινὸς ἀστῶν
Λανὸν ἔπι θρώσκεις; ὥς τευ ποσὶ νισσομένοιο
Πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ᾽ ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.

Quæ verba nihil præ se ferunt quam exactissimam ὑποχαφὴν τῶν κρηπίδων, quibus agrestes vtebantur. Erant autem κρηπίζαι & κρηπίζια peculiariter Bœotorum, qui eiusmodi calceis oleas & vuas calcabant. Ex quo Lycidas vrbanissimum scomma deduxit, qui, occurrente in via cum eiusmodi Simichida, quærit, an a torculari redeat? Hesychius: τὰ ξύλινα σανδάλια κρηπίζια λέγεται, καὶ ὑποδήματα ξύλινα, μεθ᾽ ὧν τὰς ἐλαίας πατοῦσι. Eustathius ex Pausania ad Iliados IV. Pollux & alii, qui Bœotos ab his peculiariter κρηπιζοφόρους dictos fuisse notant. In postremo versiculo, & penultimi parte, eadem κρηπίζια occulte ἐτυμολογοῦνται, taciteque alluduntur: sed ἐνιγματωδῶς & ex poëtæ nostri ratione, de qua suo loco plura dicturi sumus. quod doctos facile præterlabi potuit, quia Theocritica nocte inuoluta est vox quæ huc facit. Est autem τὸ ἀείδειν, quo poëta metaleptice ἀντὶ τοῦ κρέκειν vsus est. Κρέκειν & ἀείδειν vnum & idem sæpe est (vnde τὰ κρέματα) sed κρέκειν est τὸ κόπτειν, ergo & ἀείδειν pro eo ponitur. Frustra essemus, nisi tam sedulo monuissent veteres, sine his Theocritum non dextre intelligi, qui præire tamen in eius inuestigatione, præterquam in vno & altero exemplo, noluerunt. Quærunt viri incomparabiles cap. 25. Theocriticarũ suarũ Lectionum quæ sint ea quæ Grammatici τὰ σκληρὰ τοῦ Θεοκρίτου vocant; ac potissimum Eustathius, cum scripsit: Ἰστέον ὅτι περὶ Ἀπόλλωνος Δηλίου ὕμνῳ γεννηθέντος ἐν Δήλῳ τῇ νήσῳ αἴνιγμα φέρεται ἐοικὸς τοῖς τοῦ Θεοκρίτου σκληροῖς τοιοῦτον· Ἐν φιλέρῳ γλυφόμενον πάτρην δὲ μὲν ἁλιμυρὴς ὕδωρ Ἀμφὶς ἔχει μήτηρ δ᾽ ἐς ἀέθλεον παῖς· ἢ γρυπὸν ἐν τῇ Δήλῳ ἐγεννήθην, μητέρα δ᾽ ἔχω Λητὼ τὴν παῖδα τοῦ Κοίου· ὃς ὁμώνυμός ἐστι τῷ παρὰ Μακεδόσι κοίῳ, ὅ ἐστι τῷ ἀριθμῷ. Nobis dubium non est quin intelligat schema, quod nos vbiq. Theocriticum dicimus, quod reuera est αἰνιγματῶδες, de quo ad Polyphemum agimus. Scribo aliquot ab his versibus:

Ταὐτί, ἔφα, κορώνας δωρύλλομαι,

non δωρήσομαι. quod Doricum esse scimus, beneficio τῶν τεχνικῶν, qui hoc obseruarunt. Non existimamus, vt quod res est dicamus, viros doctos recte intellexisse versus illos:

Καὶ μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ χῖον ἀοιδὸν
Ἀντία κοκκύζοντες, ἐτώσια μοχθίζοντι.

quibus nunquam in mentem venit, tria illa eodem spectare, ὄρνιχες, ἀοιδὸς, & κοκκύζειν. Ac primo hoc sciat lector, Theocrito idem esse ὄρνις, & vocẽ ἀοιδὸς. Vtrunque illi designat τὸν ἀλεκτρυόνα, auemque lucis prænunciam, quæ cantu

cantu suo noctem diuidit. Ἡρακλίσκῳ:

*Ὄρνιθος ᾖτον ἄρτι τ' ἔσχατον ὄρθρον ἀεισδον.*

Eundem, vt planius sit quod dicimus, ἀοιδὸν vocat alibi.

*Νεῦμαι κἠμμες ἐς ὄρθρον, ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς*

*Ἐξ εὐνᾶς κλαδῆσῃ ἀναχὼν δύσπεκτα διήλην.*

Ὄρνις igitur & ἀοιδὸς idem sunt, de eadem aue, sicut Latinis, *ales & cantor:*

*Excubitorq. diem cantu prædixerat ales.*

Ὄρνις quare dicatur, obscurum non est: quare ἀοιδὸς non multo magis. Eustathius: ὅτι ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς φαμέν. *galli proprie, inquit, ᾄδειν dicuntur.* Vnde antiqui noctis tempus in ᾠδὰς ἀλεκτρυόνων diuidebant. Long. Ποιμ. ἀλλὰ πρὸς καύσωντες μέγα, περὶ ᾠδὰς ἀλεκτρυόνων, οἱ μὲν ὀλίγον ἔπεφον, οἱ δὲ αἰγῶν βίχας ἔπλεκον. Ne quis dubitet accedit tertium, vox κοκκύζειν, quam illi aui propriam esse sciunt pueri. Propriũ autem & hoc est gallorum, vt inter se quotidie cantu certent, ita vt præcedente altero, alter sequatur. Vide quam longe a venustate huius versus abfuerint interpretes. Lepor mirus in eo est: ac si dicat: *Frustra est gallus Musarum, quicunque Chium illum gallum crocitu lacessit.* vel, *qui Chio illi gallo obstrepit.* vt Propertius de iisdem dixit, qui locus hunc plane illustrat:

*Et matutinis obstrepit alitibus.*

Qui non videt quam venuste poëtæ dicantur *Musarum alites*, ἤγουν ἀλεκτρυόνες, plane a Musis alienus est, nec illum Horatii locum percipit; quem frustra attigerunt docti homines:

*Scriberis Vario fortis, & hostium*

*Victor, Maonii carminis alite.*

Vocat Varium *alitem Maonii carminis*, non aliter quam Theocritus ὄρνιχας μοισᾶν, τὼς ποιητάς. Χῖος ἀοιδὸς, est, ὁ Χῖος ἀλεκτρυών: *Maonii carminis ales* dictum est, sicut ὄρνις ὁδοῦ ab Æschylo Cabiris. Ὄρνιθα δ' οὐ ποιῶ σε τ' ἐμῆς ὁδοῦ. *alitem non facio te mei itineris.* ὄρνις est ἀλεκτρυών: & propterea, ὁ ἡγεμών. ὄρνις ὁδοῦ, *ales viæ*, ὄρνις ἀοιδῶν, *ales carminũ*, qualis Varius, dux videlicet. Nihil suauius aut vrbanius, quam ita vocare poëtarum omnium principem.

## CAP. XIII.

*Loci aliquot interpretum partim emendati, partim expensi in eodem idyllio septimo. de inscriptione idyllii disputatum. Locus Theocriti emendatus, e quo inscriptio dependet. Amaranthi inscriptio.* Λυκίδας ἢ Θαλύσια. Ὁδοιπορεία. ὁδοιπόριον. ὡραῖ ὥρα. ὥρα. ὥρα ἔτεος. ἔτος ὥριον. ναῦται παρ' ὥραν. μὴ ὥραιον ἵκοιτο. Παιδυσία. deuexus Orion. *Negligentia interpretum. Corona ex anetho.* αὐλός, πῦρ, πότος. μεμνῆσθαι τὸ ἐπιφημίζειν. ἐς ζύγα. *Theocriti locus tentatus.*

PARVM adhuc in hoc idyllio promouimus præ iis quæ restant; sed vno & altero loco in principio neglecti sunt interpretes: quos prius absoluamus. Quid sibi voluit criticus ille, qui notauit ad tertium versum huius idyllii, καὶ Φρασίδαμος. ἔσθ' ὁ καὶ πειστός? Certe aut ineptit magister ille aut corruptus est. nam vbi hoc dixit Theocritus: καὶ Φρασίδαμος? Nusquam opinor: nam glossa quæ notat τὴν πειστότητα τοῦ καὶ alium locum respicit. Scribe: ζωῶ καὶ βίτος ἄμμιν Ἀμύντας. ἔσθ' ὁ καὶ πιστός. Vbi verum fortasse erit: quia satis fuerat dixisse, ζωῶ δὲ ἄμμιν τρίτος Ἀμύντας: quanuis meo iudicio parum differat. Sed non agimus Grammaticorum causam, quam illis relinquimus. Versus Philetæ, qui in Βρέσια legebatur, supra emendatus est. Non

est prætermittenda nota illa quam interpretum aliquis illis Theocriti verbis apposuit: καί μ' ἀβρίμες εἶπε σιωπαρός. οὐκέτι δὲ κέχρηται τῇ λέξει. Videtur, quicunque est ille, obseruasse τὸ σιωπαρὸς esse vocem μονήρη, & quæ in hoc scriptore semel tantum occurrit. Quod si verum esset, & ab antiquo Grammatico notatum, qui aliam huius poëtæ ἔκδοσιν tractauit, non esset Theocriti illud idyllium, in quo legitur,

— καί τι σιωπαρὸς,

Καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν.

nimirum Βουκολισκός: quod nos supra iudicabamus. Flagrum Theocrito minatus est aliquis literator e plebe, qui versum illum legit, in quo dicitur,

— τάχ' αὔτριος ἄλλον ὀνασεῖ.

Sed mentem eius non perficiunt illa verba quæ nunc extant: ἡμάρτημένως δὲ ἐξενήνοχε τὸ, αὔτριος· ἕτερος γὰρ ἄλλος ἐκ πλειόνων. Aliquid dixisset, si scriptum esset: ἡμαρτημένως δὲ ἐξενήνοχε τὸ, ἄλλος· ἕτερος γὰρ ἐκ δυοῖν, ἄλλος ἐκ πλειόνων. Attigerunt & hoc viri docti: sed sic malim. Cum Theocritus scripsit: πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος, Græcanicum est & nugatorium quod legitur: τὸ δὲ ἐκ Διὸς, ὅτι ἀψευδής ἐστιν ὁ Ζεύς. Græci poëtæ millies Iouis nomen tantum ἐπ' εὐφημίᾳ vsurpant, πλεοναζόντως. Vide quæ nuper festinanter ad Hesiodi Ἡμέρας notauimus, cum ait:

Αἵδε γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς παρὰ μητιόεντος.

Vbi fallebantur viri docti, qui aliquos Iouis dies ab Hesiodo statui putabant. Sed hæc minuta sunt. Versus Theocriti qui ante initium est illius Odæ, qua abeuntem Ageanactem prosequitur Lycidas:

Τοῦθ' ὅ, τι πρᾶν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα,

a doctioribus aut omnino non, aut leui manu tactus est. Nobis tanti momenti visus est, vt nisi semel aliquid de eo statuamus, ne quidem ipsam idyllii inscriptionem, quæ siue a poëta, siue a veteribus præfixa est, nos capere fateamur. Itaque quod primo idyllio præstitimus, vt præcipuam vocem Theocrito redderemus, circa quam totum versabatur: idem hoc loco præstabimus. Nam cur dissimulem lectori scrupulum quem in animo nostro relinquit inscriptio, ΘΑΛΥΣΙΑ, Η ὉΔΟΙΠΟΡΙΑ ἘΑΡΙΝΗ? quæ duo, si aliquid iudicamus, inter se pugnant. Scimus enim Θαλύσια non nisi sub autumnum celebrata fuisse, sicut Ἀλῷα Atheniensium. Quomodo potest igitur esse ἐαρινὴ ὁδοιπορία hoc iter, quod a poëta supra ὁδὸς Θαλυσιὰς vocatur; quo directe cum Eucrito & Amynta se conferebat? Et ne quis excipiat, plura fuisse Thalysia, ipse poëta infra occurrit, longa & luculenta descriptione commendans τὴν ὀπώραν. Ita vt omnis dubitandi ansa præcisa sit. Necesse est igitur, aut nimium temere, quisquis est inscriptionis autor, credulitate hominum abuti voluerit, aut aliud esse, quod nos fugiat. Sed nos, vt diximus, nodum eum ex hoc loco soluemus, qui ita apud Eustathium legitur, quem vidimus etiam a viris doctis ὁδοῦ πάρεργον obiter citari: sed, cum non satis eum excuterent, suspectum habuerunt. Τοιοῦτον καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ, τὸ ὄρη φίλε, ὃ μελύδριον ὤρῃ ἐξεπόνασα. τουτέστιν ὄρεα τὸ μέλος ὃ καθ' ὥραν ἐπονησάμην. Existimaram primo legendum esse in Eustathio: ὄρη φίλε ὃ μελύδριον ὥρῃ ἐξεπόνασα. τουτέστιν ὄρεα τὸ μέλος ὃ καθ' ὥραν ἐπονησάμην. Mouisse enim Grammaticum vocem ἐκπονεῖν existimaram, ac propterea legisse apud poëtam nostrum, ὥρῃ, ἤγουν ζωῇ φροντίδι, καὶ ἐπιμελείᾳ. Nunc vero nihil muto, sed lego in Eustathio vt scriptum est. In Theocrito vero pro ἐν ὄρει, ὥρῃ repono. Τοῦθ' ὅτι πρᾶν ὥρῃ. Nunc quomodo intelligendus sit poëtæ locus, si ita legimus, ostendemus. Carmen

men quod Ageanacti scripserat Lycidas, huius idyllii pars præcipua est, non aliter quam in primo, cantio Thyrsidis. Sicut in ea Daphnis & dolor eius; sic hic Ageanax & eius nauigatio. Sicut illud inscribebatur THYRSIS, sic hoc a nonnullis LYCIDAS. In Amaranthi enim veteris Grammatici, qui in hunc poëtam commentatus erat, ἐκδόσει ita inscribebatur: ΛΥΚΙΔΑΣ ἢ ΘΑΛΥΣΙΑ, vt ex authore discimus Etymologiarum: qui non aliam agnouisse videtur. Quid ergo de altera illa dicemus, quam nihilo minus antiquam arbitramur? Eius rationem reddet hic versus quem in manu habemus, cum eum vt legendum diximus interpretabimur. A nauigatione Ageanactis inscriptum est ipsum idyllium. Ὁδοιπορία est ὁ πλοῦς. Apud poëtam Telemachus ὁδοιπόρειον nautis persoluit, quibus in nauigatione vsus erat. Glossæ in poëtam: ὁδοιπόρειον, τὸ ἐπὶ τῷ πλοῷ δεῖπνον, ἢ ἀμοιβή. Est igitur ὁδοιπορεία, ὁ πλοῦς, nauigatio. Nauigationem fuisse veteribus duplicem notum est, ἐαρινὴν καὶ θερινήν. quarum altera vsitatior, sed minus tuta: altera tutior, sed minus vsitata. quam Hesiodus longe præfert vbique, vt notant veteres, ἀπεχθόμενος τῆς κατὰ θάλασσαν. ἘΑΡΙΝΗ ὉΔΟΙΠΟΡΙΑ, est, verna Ageanactis nauigatio. a qua inscribi meruit hoc idyllion. In hanc amici sui vernam nauigationem scripserat vernum carmen Lycidas, quod suauissima vota continet, quibus Ageanactis abitum prosequitur. Hoc carmen ait a se scriptum fuisse πρᾳ ὥρᾳ, id est, *vere precedente*, cum nauigationem susciperet Ageanax. Ὥρα est τὸ ἔαρ: nam & poëta modo ὥρα, modo ὥρα ἐαρινὴ dicit. Sic ὥρα ἔτους cum dicunt, ver, & interdum æstatem complectuntur. Hesychius ὥρα ἔτους καιρὸς ἔτους, τὸ ἔαρ, ἢ τὸ θέρος. Infra ὥρειον ἔτος in hoc ipso carmine dicitur ver & æstas. nam ita sumere malo quam vt interpretes. Ἔτος ὥρειον est annus sine hyeme & autumno, anni pars altera: sicut infra cum apes dicuntur ἔτος ὥρειον pauisse Comatam. Ὥρα igitur totũ nauigandi tempus est: sed hic de vere malo accipere. Ὥραῖος πλοῦς, est, ὁ ἐαρινός: quamuis Hesiodus longe alio respectu τὸν θερινὸν πλοῦν ὡραῖον vocat: quia solum tutum esse existimat. Illi qui nec vere nauigabant, nec æstate, ναῦται παρ' ὥραν dicebantur: qualis ille naufragus, in quem poëtæ nostri extat epigramma:

> Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην.
>
> Ναυτίλος ἴσθι· ὡς οὐ πλοῦς ἀνδρὶ βίος.

Iidem dicebantur, μὴ ὥραισι πλεῖν: nam ὥραι erant nauigandi tempora. Comicus Lysistrate:

> Ἔλεγε δ' ὁ μὴ ὥρασι μὲν Δημόστρατος
> Πλεῖν εἰς Σικελίαν, ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη
> Αἰαῖ Ἄδωνιν φησίν.

Vnde notissima Atticorum imprecatio: μὴ ὥρασιν ἵκοιτο: quod toties in illorum libris. Id ego a nauigationibus desumptum esse mihi persuadeo. de quo cum integram nuper disputationem instituerint magni viri, longeque diuersam rationem afferant, non potui non hoc notare, cum præsertim maxime omnium nos iuuet locus Platonis, qui ab ipsis adducitur, vbi suadet philosophus ille amico cuidam, τὴν ἐνιαυτὸν τοῦτον μεῖναι, ἀπιέναι δ' εἰς ὥρας. Ὧραι autem tempora sunt cum mare est πλώϊμον, vt Theophrastus loquitur; vt Hesiodus, ἀμβατόν: quod incipiebat esse circa prima Dionysia Atheniensium: quo tempore Ageanactem profectum fuisse statuamus, &, vt philosophus loquitur, τοῦτο χειάζω. Illo tempore suum hoc προπεμπτικὸν scripsit Lycidas: qui optat illi, ὥραια πάντα γενέσθαι. Scribo itaq.

> Τοῦθ' ὅ, τι πρᾳ ὥρᾳ τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα.

Scripſerat vere carmen in vernam amici nauigationem. Apparet iam non modo cur ὥρα legendum ſit, ſed etiam quid ſibi velit inſcriptio quam habemus: non aliter quam ſi quis primum idyllium inſcribat, ΠΑ'ΘΟΣ ΔΑ'ΦΝΙΔΟΣ. Pergamus iam in hoc ſuauiſſimo propemptico. In eo cum ſcribitur:

— κ' Ὠρίων ὅτ' ἐπ' ὠκεανῷ πόδας ἴσχει,

tempus deſignatur quod nautæ veteres Παρδυσίαν dicebant, cum maxime infeſtatur mare. quo celeberrimus ille Horatii Architas naufragium erat paſſus, qui conqueritur:

*Me quoq. deuexi rapidus comes Orionis*
*Illyricis notus obruit vndis.*

*Deuexus Orion*, eſt, ἡ Παρδυσία, tempus illud cum poſt Orionem occidunt Pleiades. Itaq. Heſiodus in nauigationis præceptis ante omnia hoc excipit.

Εὖτ' ἂν Πληϊάδες σθένος ὄβριμον Ὠρίωνος
φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θυίουσιν ἀῆται·
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

Sed ne hoc quidem tempus Ageanacti nociturum eſſe Lycidas ait, ſiquidem ſuo animo morem gerat. Grammaticus aliquis notat paulo poſt: Ἀριστοτέλης δὲ διήρηκεν, ἀλκυόνα καὶ κήρυλον, καὶ κορώνην· οἱ δὲ φασίν, ὅτι τὰ ἄρρενα τούτων, κήρυλοι καλοῦνται. Vbi hoc dixit Ariſtoteles, aut quis eſt ſubtilis adeo & acutus animalium diuiſor, qui cornicem & halcyonem diſtinxit? Verba philoſophi ſunt lib. Hiſt. animal. 8. cap. 3. περὶ δὲ τὴν θάλατταν, καὶ ἀλκυὼν, καὶ κήρυλος. καὶ αἱ κορῶναι δὲ νέμονται ἁπτόμεναι τῶν ἐκπιπτόντων ζώων. Scimus quidem intelligi auem quam εἰναλίην κορώνην vocat princeps poëtarum. Agit autem philoſophus de auibus illis quæ circa mare verſantur, aut potius, vt noſter loquitur, αἵ τ' ἐξ ἁλὸς ἄγρα. inter eas ait halcyones eſſe, & cerylos: ſed & fulices, aut quo nomine eas appelles, quas ibi κορώνας vocat, piſciculis e mari prodeuntibus inſidiari; hinc concluſit vir acutus, Ariſtotelem diſtinguere, halcyones, cerulos, & cornices. Non aliter quam ſi ego lupum & ouem vtrunque in terra verſari dicerem: atque hinc aliquis inferret, diſtinguere me lupum & ouem. Male ſit illis lucifugis commentatoribus, qui nobis toties dant verba. Nos non aliter eos vlciſcemur, quam ſi eiuſmodi ineptias poſthac intactas prætermittamus: quatenus aut lectoris fieri ſine incommodo poteſt, aut inſtitututum noſtrum feret. Sed eamus ad geniales Lycidæ epulas. Cum notat Græcus interpres: εἶδος ἄνθους τὸ ἄνηθον. ἀνηθίνοις δὲ ἐχρῶντο στεφάνοις, ὡς Ἀλκαῖος, καὶ Σαπφώ. Locus quem intelligit Alcæi, eſt apud Dipnoſophiſtam, ſicut & Sapphus. inde petant ſtudioſi harum literarum. Anetho in coronis ſuis cur amantes vterentur ignorare non poteſt, qui meminit, in veteri diſciplina Atticorum liberis anetho interdictum fuiſſe, ſolis vero ſenibus permiſſum, propter τὴν ἀφροδίσιον ἕξιν, ſicut & apium, ex quo perinde atque ex altero coronæ fiebant. Comicus Νεφ.

Οὐδ' ἂν ἐλεῶς δειπνοῦντ' ἐξῆν κεφάλαιον τῆς ῥαφανῖδος,
Οὐδ' ἂν ἄνηθον τῶν πρεσβυτέρων ἁρπάζειν, οὐδὲ σέλινον.

Sicut eadem ratione in coronis vtebantur bulbo, gratificantes illi Deæ, ἣ Γολγὸν τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασε. Sed ad cætera. Non ſcio quid ſibi velit Grammaticus quidam, qui cum de vino Pteleatico notat, ex Homero locũ adducit περὶ Πτελέου ἐλαίου. Πτελέα γὰρ, inquit, ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο. ἢ τόπος ἐν αὐτῇ ἢ ἐν Ἀρκαδίᾳ. Ὅμηρος· Πτελεὸν ἔλαιον. Nihil tale puto apud poëtam eſſe: ſed ſcribendum, καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος. Locus eſt Iliad. β.

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι

Ἀπύμεναι Θάμνεα † Θεύγικα παυδ ἀοιδῆς.

Antiqui ἀσχαιῶτες, & genio suo dedita opera indulgentes tria ad voti consummationem requirebant: IGNEM, POTVM, TIBIAM. Ex his Comicus deprompsit vrbanissimum scomma in Megarenses, cuius generis ea sunt quæ in veteri comœdia παρὰ προσδοκίαν ἢ ὑπόνοιαν dicuntur: in quibus aliud poetæ præter id quod expectabatur efferunt. Locus est Ἀχαρνέων·

Δι. Πῶς ἔχετε; Με. διαπεινᾶμες αἰεὶ ποτὶ τὸ πῦρ.

Perfundit eos melle Attico & eorum egestatem: expectarat enim auditor vt responderet, διαπίνομες ἀεὶ ποτὶ πῦρ: illi respondent διαπεινᾶμες. Ille rursus pergit ad tertium:

Δι. Ἀλλ' ἡδύ τοι τῷ Δί' ἢν αὐλὸς παρῇ.

Non aliter quam si dictum fuisset διαπίνομεν: adiungitque tertiam voluptatis partem, TIBIAM, post IGNEM & POTVM. In quo scommate summus est lepor. Tria hæc studiose obseruat noster Lycidas. Primo, παρ πυρὶ κεκλιμένος, secundo, καὶ πίομαι μαλακῶς, tertio, αὐλησεῦντι δέ μοι. Pauperculi ex his tribus solum ignem sibi reliquum habebant, tanquam cæterorum solatium: quem etiam Megarensibus relinquit Comicus. Et Tibullus:

*Me mea paupertas vita traducat inerti,*
*Dum meus assiduo luceat igne focus.*

Nam, vt veteres ad Aristophanem notarunt, τὸ πῦρ εὐωχίας σημαντικόν. Quæ de poculis sequuntur; καὶ τῆς Πτελεατικῆς, quæ Ageanactis memoriæ instituitur, ita distingue:

Καὶ πίομαι μαλακῶς, μεμναμένος Ἀγάνακτος
Αὐταῖσιν κυλίκεσσι, καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων:

Hæc coniungenda sunt quæ disiuncta erant. τὸ μεμνῆσθαι, est idem quod τὸ λέγειν, ex idiotismo poetæ. Vnde illud in Comaste, μεμναμένω εἰ φιλέεις με, nihil aliud est quam λέγοντος, ἤτοι ἐρωτῶντος. Μεμνῆσθαι κυλίκεσσι, est, κύλιξιν ἐπιφημίζειν πῶμα. Quod sequitur non satisfacit omni ex parte. Scio quid apud Horatium sit, *poti face tenus cadi.* Sed propterea non capio quomodo in calyce possit esse τρύξ, ἤγουν ὑπόστασις, cum dixit Lycidas, καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων. Nam huc inclinat scholiastæ opinio. Et certe potuit Theocritus ita locutus esse χυδαίως, & minus accurate, vt mos est ipsius, pro, μέχρι πυθμένος. Sed ne sic quidem nihil in animo meo relinquit, vt penitus arrideat: & non potius existimem τὸ τρύγα simpliciter vt in illo Anacreontis posse accipi. Μεγίστης δ' ὁ φιλόξενος δ' ἔχε δή μέλιτος ἐπειδὴ στεφανοῦται τῇ λύγῳ, καὶ τρύγα πίνεις μελιηδέα. vt ἐς τρύγα sit ἐς τὸν οἶνον. Quod si esset tamen, legere malim, καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείσω. In quo ipso iuuat nos distinctio quam paulo ante his verbis adhibuimus. Sed eiusmodi indicamus viris doctis vt cogitent. Eo certe modo maior καθαρότης erit in duobus illis, πίομαι μαλακῶς, &, καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείσω, eruntque παράλληλα: quod nobis quidem hoc loco suauius videtur. Sed hæc hactenus.

## CAP. XIIII.

*Ξενίας. ξένεοι. ὁ ξένος ἢ ξένη. ὦ ξένε. κεράστας, κομάτας. interpres emendatus semel & iterum. poeta Deam Syriam ἐξειδιάζει. Locus venustissimus excussus. Mos veterum in conuiuiis, & ex eo Theocriti locus de Philino illustratus. Theocritus emendatus. βέλος, ἢ πέτρα τοῦ Κύκλωπος. Cyclops e Satyrico dramate. ἀδολεσχία ab interprete notata. ἢ ποτὶ Ἰωνικῶς καὶ Δωρικῶς.*

LYCIDAS in suauissima cantione sua tanquam ascititium ἐπεισόδιον intexit

intexit duas fabellas: alteram Αἰπολικὴν de Comata: alteram, quæ prior est, Βουκολικὴν de Daphnide, in priore ita canit:

Ὡς πόκα τᾶς Ξενίας ἠράσσατο Δάφνις ὁ βώτας,
Χὡς ὄρος ἀμφεπονεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν,
Ἱμέρα αἵτε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο.

In vocis Ξενίας interpretatione quid necesse est dicere, quantum se veteres magistri torserint, cum hodieq. extent illorum glossæ, quæ nihil tamen quam meras coniecturas nobis proponunt, in quibus Græculi plerunque insigniter infelices sunt? Illorum tamen opinio præualuisse videtur, qui Ξενίας legerunt, & ὄνομα κύριον esse voluerunt. Quo semper illi confugiunt, qui nihil melius didicerunt. Vt omittam nullum esse veterum qui Xeneam illam a Daphnide amatam scribit, res ipsa se conuincit facile. Multo minus nos illi iuuant qui in hoc Theocriti loco ξανθᾶς legerunt. Postquam igitur omnem suam sapientiam exhauserunt veteres critici nos per nos sapere discamus. Græci cuiuscunq. nomen reticent, illũ ξένον appellant. Cuius rei festiuitas cũ apud alios, tũ præcipue apud Theocritum frequens est. Apud Platonem exempli gratia in libris De legibus tres introducuntur personæ. Primus Atheniensis est, secundus Cretensis, tertius Lacedæmonius. Cretensi nomen est, Cliniæ; Lacedæmonio, Megillo: solius Atheniensis nomen non exprimitur. Ergo ξένος vocatur. Ἀθηναῖος ξένος, Κλεινίας Κρὴς, Μέγιλλος Λακεδαιμόνιος. Ξένος Ἀθηναῖος, est, *Atheniensis quidam.* In Pharmaceutria nostri poëtæ mater Philistæ & Melixonis ἁ ξεῖνα dicitur: eius enim nomen non exprimitur:

Ταῦτά μοι ἁ ξεῖνα μυθήσατο.

In idyllio quinto iudex cum non nominatur ξένος dicitur:

Εἶα λέγ', εἴτι λέγεις· καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις
Ζῶντ' ἄφες. ὦ Παιάν, ἦς ἦν μύλος ἦδα Κομάτα.

Hinc ὦ ξένε nihil aliud est quam Atticorum ὦ τᾶν, cum nomen vel non exprimimus, vel non meminimus, eius quem vocamus. Sic eodem idyll. ιθ' ὦ ξένε μακρὸν ἄκουσον. Et in piscatoribus ita socium appellat socius: τὺ δ' ὦ ξένε λοιπὸν ἔρευδε ταῖς γνώμαις. Non longe aliter Græcorum scriptores ξένον vocant τὸν τυχόντα, quod sæpe in lemmatibus inscriptionum & in ipsis est. Sed Theocritus, vt diximus, ξένος cum dicit, intelligit τὸν δεῖνα, illum aut illum: certum aliquem quem non nominat. Daphnidis amica cuius nomen dissimulatur ἁ ξένη dicitur, mira elegantia, Ὡς πόκα τᾶς ξενίας ἠράσσατο Δάφνις, quod nihil aliud est, quam si dixisset, quomodo olim illam puellam amauit Daphnis: certam illam & notissimam, quam non nomino, quam tamen intelligo. Iam ξένιον dici τὸ ξένον, & ξενέαν τὴν ξένην non est quod scrupulum in doctiorum animis relinquat. Apud Hesychium legitur ξένιοι, exponiturque, στρατιῶται, sicut ξένοι sunt οἱ στρατιῶται, ratione viris doctis non incognita, & apud Comicos, τὸ ξενικόν. Nihil est elegantius aut verius. Non intelligo quid voluerit criticus, qui notauit: τὶς Αἰπόλος κνημοσ Κομάτας, παντὸς δὲ ἐστιν ἐπεὶ Μενάλκας. De eodem Comata cum aliquamdiu postea agit, verba quæ adducit αἰπολῶν, e Theocriti Syringe desumpta sunt. Κεράστας & Κομάτας idem sunt Theocritico schemate, quia κέρας veteribus ἡ κόμη dicebatur, vel tonsuræ species: vt cum a poëta Alexander κέρας ἀγλαὸς dicitur. In omnibus scholiorum editionibus, quas nos quidem vidimus, scribitur, cum de festo Arcadico agunt Grammatici, in quo dicitur vapulare Pan: οἱ Ἀρκάδες ὅτι θήραν ἐξιόντες, εἰ μὲν δαψιλείας ἔτυχον, ἐτίμων τὸν Πᾶνα· εἰ δὲ τοὐναντίον, σκίλλαις εἰς αὐτὸν παρφόρουν.

παρόσον ὀείων τ' θήρας ἐπιστατεῖ. Scribe, παρόσον θηείων καὶ τ' θήρας ἐπιστατεῖ. Deinde cum legitur ibidem post adductam Munati sententiam: Χῖοι δὲ, ὅπω οἱ χορηγοὶ λεπτὸν ἱερεῖον θύσωσι, καὶ μὴ ἱκανὸν ᾖ τοῖς ἐσθίουσι, scito scriptum fuisse, ἔνιοι δὲ, contracte, atque inde χῖοι factum. Ita certe scribendum est; nec aliter sententiæ satisfieri potest. Sed nescio an hæc tanti sint. Versibus illis qui non longe postea sequuntur & omnino diuini sunt, in Simichidæ carmine, poëta Venerem cum tota familia & Amorum exercitu, ἐξοικίζεται, & ad Siculos transfert. Qua ratione id agat non assecutus est interpres Græcus, quem ab his deliciis exulare, vt Grammaticum, decebat. Venerem olim sibi vindicabant plurimi, præcipue tamen in Asia Assyrii, qui circa Libanum, quod non ignorare possunt illi qui viderunt, quæ περὶ Συρίας θεοῦ Græci tradiderunt. Ex altera parte Siculi τὴν Ἐρυκίνην omnibus præferebant, cuius honor in posterum semper accreuit, & ad Romanos terrarum dominos dimanauit, vt non immerito Siculus Diodorus tot verbis in admirationem huius Deæ vtatur. Hunc montem poëta, in quo primum culta fuit, & ex quo nomen traxit, ἕδος αἰπὺ Διώνας vocat, ἀποσημαίνων, vt critici loquerentur, τὴν ἐγχώριον θεὸν, & quæ proprie in Sicilia tum temporis colebatur. Quod vt festiuius faciat, ipsos Amores tanquam colonos introducit, qui relicta Assyria eundem cum matre mõtem incolere ceperant. Non aliter sumendum est τὸ λιπόντες, quod ita homines Græci ceperunt, quasi illud & τὸ οἰκοῦντες coniungenda essent, aut eodem spectarent. Atqui totum hunc scrupulum sustulisset poëta, si articulum addidisset, quos non amant poëtæ, etiam vbi necessarii sunt. Nam mens & τὸ συνέχον tale est: Ὑμεῖς ὦ Ἔρωτες οἱ λιπόντες, Vos Amores qui Byblidos vndas deseruistis, & coloniam vestram ad Erycen Siciliæ montem transtulistis: qui ex Assyria ad nos venistis; Vos, inquam, Arati mei Philinum, quem deperit, tangite. Non possumus satis dicere quo lepore aspersa sint hæc, quæ tamen non ita magni momenti esse videbuntur iis, quibus nos semper operam dedimus, vt quam maxime simus dissimiles. Antiqui in conuiuiis pyra in aqua mersa apponebant, ex quibus singuli conuiuæ statim pro se quisque rapiebant τὸ πεπαίτατον: nam eadem voce in hoc more vtitur Alexis, quo Theocritus cum de Philino agit, quem maturrimo pyro confert, aut potius pubem eius & ætatis exorientem flosculum, καὶ ἤδη ἐν ὥρᾳ ὄντα. Verba Alexidis sunt:

— εἶδες ποτὲ
Πεπᾶσιν ἀνθρώποις ἀπίους παρακειμένας
Ἐν ὕδατι πολλῷ; πολλάκις δήπου, τί οὖν;
Οὐκοῦν ἕκαστος ἐκλεγόμενος λαμβάνει
Τῶν ἐπιπεύζων τὴν πεπαιτάτην ἀεί.

quod certe non inuenustum est, vtpote a conuiuiis translatum, vbi quæ maturrima erant, celerrime occupabantur. Viderunt viri docti, quod nos quoque monueramus, legendum paulo post,

— ἐπεὶ τ' ξεῖνον ὁ δύσμορος οὐκ ἐλεεῖ μευ.

Ne hoc quidem verum est, quod notat Græcus glossator in ἀκανθίδες: φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ αἷμα αἰγίθου καὶ ἀκανθίδος μὴ μίγνυσθαι. Non hoc scripsit Aristoteles de ægitho & acanthide, sed de ægitho & antho. Verba eius sunt: λέγεται δ' ὅτι αἰγίθου καὶ ἄνθου αἷμα οὐ συμμίσγεται ἀλλήλοις. Infra cum de Cyclope scribitur a poëta, — ὃς ὄρεσι λᾶας ἔβαλλε, interpretatur glossa. ὃς αὐτοῖς λίθων ὄρη ἔβαλλεν, ἢ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι λίθους. Ineptiæ, quas secuti sunt Latini interpretes. Prius etiam ridiculum est. Scribe, ὃς ὄρεσι νᾶας ἔβαλλε, qui montibus naues petebat. Alludit, locum

cum poëtæ, vbi narratur totis montibus n..u.s petiisse Vlyssis Cyclopem:

> Ὣς ἐφάμην. ὁ δ' ἔπειτα χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.
> Ἧκε δ' ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο.
> Κὰδ δ' ἔβαλε προπάροιθε νεὼς κυανοπρώροιο.

Quam simplicia hæc sunt & ἀδιαιόητα, quæ tamen interpretum quoque tempore corrupta fuerunt? Dixit ἔβαλε, ἐμφατικώτατα, quia poeta βέλος & βέλη illos Cyclopis lapides & montes vocat. Nam, ὅτι Ὅμηρος βέλος εἴρηκε τὴν πέτραν τὴν ὑπὸ τοῦ Κύκλωπος βληθεῖσαν, vetustissimorum Grammaticorum παρασημείωσιν est. Tota autem persona Cyclopis, aut potius quæ de eo hic dicuntur, e Satyrico dramate desumpta sunt, ex Euripidis Cyclope. Nec frustra est Grammaticus, qui infra monuit, τὸ δὲ χορεύσαι τὸν Κύκλωπα, ἐκ τοῦ Εὐριπίδου μετενήνοχε. De emendatione nostra nemo dubitabit qui meminerit postrema illius dramatis Euripidis quod in animo habuit cum hæc scriberet poëta, eam penitus confirmare: in iis enim idem dicitur.

> Οὐ δῆτ', ἐπεί σε τῆσδ' ἀπορρήξας πέτρας
> Αὐτοῖσι συνναύτῃσι συντρίψω βαλών.
> Ἄνω δ' ἐπ' ὄχθον εἶμι, καίπερ ὢν τυφλὸς,
> Δι' ἀμφιτρῆτος τῆσδε προσβαίνων ποδί.

Sed quanto lepore dixit, τὸ νέκταρ, ἤτοι τὸν οἶνον, ποιῆσαι χορεύειν τὸν Κύκλωπα, in eo:

> Ἆρά γέ πα τῆνον τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπῳ
> Τὸν κρατερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι νᾶας ἔβαλε,
> Τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι;

cui loco plane sunt germani versiculi antiqui poetæ apud Dipnosophistam, qui idem de vino dicunt.

> Λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος οὐ κακῶς ἔχων,
> Οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας ὦ πάτερ
> Πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

Sed neque illud penitus omittendum fuerit, quod paulo ante notat interpres, ad illud Theocriti, φόλω κατὰ λάϊνον ἄντρον, cui locutioni ille, e Rhetorum schola obeliscum opponit. ἀδολεσχίαν γὰρ ἔχει, τὸ, λίθινον σπήλαιον. Quæ est ea ἀδολεσχία? Non alia, nisi fallor, quam ea est quam committit, qui lac album dicit: quod Rhetoricam professi facilius in poëta quam in suis discipulis excusant. Sed longe aliud esset si dixisset λίθινον σπήλαιον, quod cum dixisse vult, non λάϊνον ἄντρον. Nam si subtilibus καὶ λεπτολόγοις etymis Græcorum aurem præbeamus, σπήλαιον οὐδὲν ἄλλο ὅτι ἢ λίθος κατεσπασμένος. Quare cogitemus quanti momenti sit hæc ἀδολεσχία, quam committit qui ἄντρον λάϊνον dicit. Cum idem Cyclops ποιμὴν ποτ' Ἀνάπῳ dicitur, leuiter in superioribus editionibus peccatum erat ab iis qui literam subscribebant: quod nescirent τὸ ποτὶ hic Ionicam non Doricam esse præpositionem. Interpres Apollonii: ἡ δὲ ποτὶ πρόθεσις, παρὰ μὲν Δωριεῦσι πρὸς, παρ' ἡμῖν δὲ καὶ Ἴωσι εἴληπται ἀντὶ τοῦ παρά. Recte autem monet criticorum obseruatio; Noua Dorica lingua vsum esse Theocritum, quæ reuera multos Ionismos amat. nam vetus asperior est. Atque hæc quidem ad Thalysia erant quæ occurrebant.

## Cap. XV.

*Idyll.8.* Χάρις. χαρίεις. ὄπιυεος & ὄπιῦεος. κεφάλον. μυρίοι βάθος *& similia. Theocritus emendatus.* ὦ πόλι. Μίλος Μίλω. *Theocritus emendatus semel & iterum. Locus eiusdem aliter explicatus quam vulgo & inter punctus.* σιμαὶ αἱ μέλισσαι. σιμαὶ αἱ αἰαβάσεις ὀρέων. *Poëta emendatus. Percurritur idyllium 9. Theocritus emendatus.* πέντε πέντε ἔχει. κόγχλω διελεῖν.

*λεῖν. Emendatur Theocriti locus præstantissimus.*

HOMERVS in ea ætate in qua Iurisconsulti pubis emissionem locant, τὴν χάριν collocare videtur, cum naturæ beneficio viro aut fœminæ conceditur vt Veneris leges inire possit. Vnde Sappho ἡ καλὴ puellam ἄχαριν vocabat, quæ nondum viripotens erat, &, vt comœdia loqueretur, τὴν ἐπ' ἀταύρωτον. Hanc ætatem Daphnidi τῷ ὑποκειμένῳ τῇ βουκολικῇ πραγματείᾳ tribuunt veteres. Ælianus: Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ, καὶ πρώτῳ ὑπηνήτῃ, ἔνθα τοῦ χρόνου ἡ χαριεστάτη ἐστὶν ἥβη τῶν καλῶν μειρακίων, ὥσπερ φησὶ καὶ Ὅμηρος. Daphnis igitur ingressus ἡλικίαν τῆς χάριτος, venuste a poeta χαρίεις dici potest, vt hac voce denotetur non forma corporis, sed ætatis tempus. Cum scripsit poeta, Μυκῶνται ἐπήροι βοῶν Δάφνι, si acute καὶ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον censuram exercere vellemus, diceremus scribendum esse, ἐπῆροι, non ἐπήροι. Meminimus enim alibi notasse veteres criticos vacante præpositione περισπωμένως scribi hanc vocem. Iam quis adeo peregrinus est in poeta nostro vt nesciat vbique τὸ σύνθετον ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ poni, id est pro simplice compositum? Infinita eiusmodi notari possunt toto opere. Ἐπῆρος tale est quale ἐπιβουκόλος, quo infra vtitur. Est autem nequaquam contemnendus inter antiquos Grammaticos qui notauit, Ἐπῆρος, εἰ μὲν περισπωμένως, περισσὴ ἡ πρόθεσις· ἦρος γὰρ ὁ φύλαξ. εἰ δὲ προπαροξυτόνως, πάλιν ὁ φύλαξ, ἀπὸ ξυλίνου ἐπιφέρει. Puto locum ita emendandum: Ἐπῆρος εἰ μὲν προπερισπωμένως, περισσὴ ἡ πρόθεσις· ἦρος γὰρ ὁ φύλαξ εἰ δὲ παροξυτόνως, πάλιν ὁ φύλαξ καὶ ἧλοι ξύλινοι, ἀπὸ ξυλίνου ἐπήρου. Nam paulo ante idem Grammaticus notarat: Ἐπήροι, ἐπίσκοποι, καὶ ἧλοι ξύλινοι. Et Eustathius notat ad poetam, τὸ, ἐπίηρος, vocem esse qualis ἐπιβώτωρ est, qua Theocritus vtitur vt infinitis eiusmodi aliis in quibus περισσὴ ἡ πρόθεσις. Sed in hac voce cum interpres χρῆσιν ex poeta citabat, quæ adducebantur negligenter scripta erant & confuse, vt vnde desumpta essent solum authoris nomen indicaret, hoc modo: καὶ Ὅμηρος, Ὅς εἶμι ἐπίηρος, καὶ, Ὅς πρῶτον Μίνωα τέκε. Reposuimus e poeta, Ὅς πινύων ἐπίηρος, &, Ὅς πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον. Nam oportet saltem vocem esse cuius causa reliqua citantur. Quod dixit Menalcas, ὁ δ' εἴ τι πάθοις; Plutarchus paulo aliter, ὁ δ' εἴ τι φθόνοιο. οἱ δ' ἁρμάτειοι βοχοὶ πόνῳ κεκμηθέντες, οὐδ' εἴ τι φθόνοιο, τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο λαβεῖν ἀδυναμίαν: in tractatu περὶ παίδων ἀγωγῆς. Quem Daphnis non ita longe post διαχθέντα κάλαμον vocat, videtur esse quem Græci κρόταλον dicebant. Eiusmodi κρόταλον procul dubio sibi præparare voluit bonus pastor, cum manus sauciauit; de quo his verbis conqueritur:

— ἐπὶ καὶ τὸν δάκτυλον ἄρτι γ' ἐνῷ
Τύπτ', ἐπεὶ κάλαμός με διαχθεὶς διέτμαξεν.

Aristophanis interpres: κρόταλον χυρίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος, ὁ κατασκευαζόμενος ἐπίτηδες, ὥστε ἠχεῖν, εἴ τις αὐτὸν δονοίη τῇ χειρί, καθάπερ κρότον ἀποτελῶν. Forsan neque prætermittendum est Menalcam in quinto Ἡρακλεΐσκῳ suo elegantissimo, cuius initium est;

Ὦ φάγη, τὰν κάλλιν αἰγῶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
Μυελόν,

vsurpasse τὸ μυελὸν ἀντὶ τοῦ μέγα. Quo modo Hedylus poeta Elegiographus suauissimus θαῦμα μυελὸν dixit. Versus delicatissimos apponam.

Τῷ Φοίβῳ ἱερὰ πολλὸν διὰ κῦμα θέλξαι,
Ἤλθομεν αἱ ταχιναὶ τόξα φυγεῖν ἔλαφοι,
Μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πάρα, πῶς ἀνόδιστον
Χεῦμα δ' ἀκαστῶν ἐδράμομεν Ζεφύρων.

Sic Apollo apud Eusebium Præparat. Euangelicæ lib. 5. τάδ᾽ ὤλεσε μυείος αἰών. apud Pindarum sæpius & alios. Nunquã potui ex animi sententia pro vera lectione amplecti quod in eodẽ mellitissimo tetrasticho a Menalca dicitur:

— ἴθ᾽ ὦ κόλε, καὶ λέγε Μίλῳ,
Ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμε.

Optime emendauit, meo iudicio, Hugo Grotius noster, ὦ πόλε. de quo iuuene quoties mecum cogito, non possum satis gratulari Batauiæ, aut potius huic sæculo. Ipsi mihi tamen præcipue, qui admirabili splendore illius perculsus sæpe ingemisco, æmulatione honesta tamen, & qualis in Hesiodico κεραμεῖ est. Iudicium in scriptis versis, solutis, ad antiquitatem vbique comparatum: sine ineptiis, sine ambitione, sine fuco. quæ omnia (o Musæ & Apollo) a paucis omnino æstimantur, vix ab vno & altero vt debent. Nam de iis recte iudicare tanti propemodum esset; quanti scribere. Iam de curis forensibus quid dicam & quotidianis clientium molestiis? Quis posterorum credet, aliquem in ipso ætatis limine scientiarum propemodum fines attigisse, cuius otium tam multi sibi vindicarunt? Itaque mæstior ab eo plerunque recedo, non quod inuidere possim iis, quos miror. Sed cum de patria nostra cogito, & qua infelicitate temporum eiecti in literarum spe angusta acquiescere cogamur, & ingeniolum hoc nostrum qualecunque ingratæ patriæ debere. Sed querelarum satis: ne nimium prolixa fiat hæc παρενθήκη. Noster igitur Grotius legebat, ὦ πόλε. vt nimirum Menalcas mandet αἰπόλῳ alicui, quæ personæ vbique seruiles sunt, καὶ τὸ δευτέρας τάξιος in Bucolicis, vt hæc verba Miloni consueto suo deferat. Insolenter autem dixerat, Μίλῳ: quod neque criticum illum fugit; qui obseruauit Theocritum, ὁ Μίλος, τὸ Μίλων dixisse. Sed inuerso ordine verba illa concepta legebantur, hoc modo: Μίλῳ δ᾽ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ Μίλωνι· καὶ γὰρ τὴν δ᾽ θεῖαν οὐχ ὁ Μίλος ἔφη, ἀλλὰ ὁ Μίλων. Præpostere, vt diximus, quod mutare nobis non fuit religio. In vltimo mollissimoque Daphnidis Elegiaco male, meo iudicio, legitur:

Σιώνομα μᾶλ᾽ ἰσορῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.

qui locus tamen scholiastis tempore scriptus fuisse videtur vt debet, nimirum: τὰν Σικελὰν δ᾽ ἄθ᾽ ἅλα, vel, τὰν Σικελάν τ᾽ ἐς ἅλα. Exponit enim ibi, καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος: quem sensum quidam interpretes cum secuti sunt ex posterioribus, reddendo, *& in mare Siculum aspiciens*; non viderunt Græca aliter legenda esse, vt illa admittatur interpretatio. In vltimo Menalcæ lego, Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς κότος, non vt scriptum est, πόθος. Certum est hoc modo legisse Virgilium, qui vertit, *nobis Amaryllidis ira*. Mutando nimirum, elegantia quadam illi deo poetarum peculiari, vocem παρθενικᾶς in proprium Amaryllidis. Monuerunt iam viri docti legendum esse paulo ante ὦ βάθος ὕλας Μυεῖον, non ὦ. Vt hæc γνώμη sit & sensus loci: δεῦτε ὦ βάθος, id est ὅπου, sicut Græcus interpres legit. Sed inuenimus totum hoc distichum aliter interpunxisse & scripsisse veteres. hoc modo:

Ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
Μυεῖον, ὦ σιμαί, δεῦτ᾽ ἐφ᾽ ὕδωρ ἔριφοι.

Vt mens sit, δεῦτε ἔριφοι, ὅπου ἡ ὕλη, ὅπου αἱ σιμαί. Σιμὰς Græcus commentator vocari ait τὰς μεγίστας. Qui vbi hoc inuenerit mihi difficile esset dicere. Nisi quod in Thalysiis vbi poëta μεγίστας σιμὰς dixit, sed tantum appositiue καὶ ὀρ-θεινᾶς, hoc quoque voluisse videtur qui notauit ibi: σιμὰς καλεῖν ἔθος τὰς μελίσσας. τὸ γοῦν πρὸς ὑποδοχὴν τῆς ἐργασίας αὐτῶν ἄγγος, σίμβλον καλοῦμεν, ὅπου τὰ κάμμα-

τῶν

τιν τῶν σιμῶν βάλλομαι, σιμόβολόν τι ὄν. Sed adhuc requiro authoritatem: neque enim video necessitatem vllam quæ nobis imperet, vt quicquid effutiunt temere Grammatici id credamus. Quin potius existimo: si illis impune quiduis dicere licet, nobis quoque licere, quiduis non credere. Sed existimo ego, criticos veteres, si qui inter eos fuerunt qui hunc locum ita distinguerent legerentque, ὡς βάθος ὕλας Μυσίον, ὡς σιμαὶ, aliud voluisse, quod melius adhuc conueniat cum syluis, quam apes. Σιμαὶ dicebantur veteribus αἱ μετέωροι ἀναβάσεις, loca montosa & accliuia: quod Hesychius notauit. Σιμὰς δὲ ἔλεγον, inquit, τὰς μετεώρους ἀναβάσεις, quæ interpretatio forte ex aliquo antiquo glossatore Theocriti, qui hunc locum ita interpunxerat, desumpta est. Ac fortasse Hesychius priusquam in compendium redactus erat, nondumque exsectus esset τῶν ἀνδρῶν a crudelibus Grammaticis, hanc ipsam χρῆσιν nostri poëtæ laudarat. Verisimile autem est non assecutos esse posteriores Grammaticos, quid sibi vellent qui hanc interpunctionem secuti erant. Cum Daphnis ait:

Οὐ μὰν οὐδὲ λόγον ἐκείνῳ ἀπὸ τῶ πικρὸν αὐτᾷ,

Puto melius simpliciusq. scribi posse:

οὐ μὰν οὐδὲ λόγον ἐκείνῳ ἀπὸ τῶ μικρὸν αὐτᾷ.

οὐδὲ μικρὸν λόγον αὐτῷ ἀπεκείνῳ, quo nihil, vt dixi, simplicius & facilius. Locum qui paulo post intricatior circa finem videtur, puto optime sibi constare posse, si pro ὡς in priore membro ὃς scribamus. Sicut Daphnis exiliit, ita hinnulus ad matrem saltarit. Vt alter doluit, ita noua nupta doleret. inuerso ordine, pro, vt hinnulus ad matrem saltarit, ita ille. Sed melius Illustris Scaliger. Absoluemus eadem opera quod in sequenti idyllio notandum est. Henricus Stephanus, vir nunquam sine laude nominandus, existimabat illud quod non longe a principio idyllii occurrit esse ὑποσόλοικον καὶ σολοικοφανές:

—ἔχω δέ τοι οὐδ᾽ ὅσον ὤραν
Χείματος, ἢ νωδὸς καρύων, ἀμύλοιο παρόντος.

Nam certe, vt bene vidit ille, non est ferendum τὸ ὅσον, quod nullo colore defendi potest. Sed mirum est tanto viro non venisse in mentem protinus, scribendum esse, οὐ πόσον. Cum dixit Menalcas, πέντε ταμὼν πέντ᾽ ὦσι, alludit procul dubio vetus dictum lepidissimum, κόγχην διελεῖν: nam hæc de conchæ diuisione ab eo dicuntur, id autem de eo vsurpabant qui æqualiter aliquid diuidebat. Hesychius, κόγχην διεῖλες, ἴσον ἐποίησας. Κόγχην igitur διελεῖν, æqualiter diuidere: æqualius autem non potest, quam quod fecit Menalcas. qui eam in quinque dissectam, totidem sociis singulas partes distribuit. Quam elegantiam præ se ferunt illa, πέντε πέντε ὦσι, quæ τὴν ἰσότητα denotant. Est & apud Teleclidem in Dipnosophista, κόγχην διεῖλες, quod ex illius Ἡσιόδοις adducitur. Circa finem idyllii erumpit Menalcas in commendationem Musarum ita dulcem, vt mihi videantur a deabus illis dictata esse verba singula. Quo minus ferendum erat locum tam diuinum pessime corruptum esse. Sed videamus. Ait ταῖς μελίσσαις gratos esse flores, sicut sunt μύρμηκες μύρμηξιν, ἴρηκες ἴρηξιν: sed cui gratum est τὸ ἔαρ, καὶ ὁ ὕπνος, id est ver, & somnus? Satis apparet locum in mendo esse, idque vitio vocis vnius. Scribe, οὔτε γὰρ ὕπνος, Οὔτ᾽ ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις Ἄνθεα. Quid planius? Iam locus integer erit:

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Ἴρηκες δ᾽ ἴρηξιν· ἐμὶν δ᾽ ἁ μῶσα καὶ ᾠδά·
Τᾶς μοι πᾶς εἴη πλεῖος δόμος. οὔτε γὰρ ὕπνος,

 Οὔτ᾽

Οὔτ' ἐν ἐργατίναις γλυκερώτερον, οὔτι μαλίστας
- Ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι.

Nullum ibi locum habebat ἐξατίνας, ex quo verissima emendatione fecimus, ἐργατίναις. Nihil verius est aut certius, præsertim cum Doricæ χρήσεως sit hæc vox ita sumpta, & familiarissima Theocrito.

## CAP. XVI.

*Percurritur idyllium decimum. βουκαῖος. ἐργατῖναι. κάκτος ἔτυψε. τύμμα κάκτου. κάκτος. Theocritus emendatus. ὦλαξ. νεῶ ἐγκλινόμενον. Theocriti locus obscurus explicatus. μάντις. γραῦς Σέριφος. Scholiastes emendatus. Euphorionis versus emendati. Lytiersas Theocriti aliter edendus. λιμηρὸς ἔρως.*

VETERES Grammatici, ac ii præsertim qui breuibus glossis κατὰ στοιχεῖον, & obseruato literarum ordine, poëtarum præcipue mentem explicarunt, qualis hodie inter paucos relictus est nobis Hesychius, etiam in voce βουκαῖος sedulo curam gesserunt, vt aliouorsum quam reliqua idyllia, hoc quod nunc in manibus habemus, traheretur: nec Βουκολικὸν aut Αἰπολικὸν esse sciretur sed Θεριστικόν. Itaque βουκαῖον, quæ vox inter primas occurrit, & ad personas idyllii spectat, rei ipsi accommodare sunt conati, & βουκαῖον θεριστὴν esse dixerunt. Hesychius, βουκαῖον, βουκόλον, οἱ δὲ θεριστήν. Dubium non est, quin, siue ipse Grammaticus ille, siue eius compendiator in disputationem bene longam inciderit commentatoris veteris. qui, vt Græculi verborum mire prodigi sunt, hanc vocem ita ex hoc idyllio etiam aliis in locis contra opinionem aliorum sumendam probarit, cuius sententiam breuiter proposuit. Vox ἐργατίναι minus vacat quam altera. Ἐργατίνας vocauit hos messores, sicut Pindarus Musam Simonidis, quod mercede scriberet, & precium mereretur, ἐργάτιν: quibus infra a glossatoribus opponitur ὁ ἐργοδότης, ad verba illa: Εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω παῖδες βίος. ὅτι σκώπτει τὸν ἐργοδότην, ὡς μὴ αὐτάρκες ποτὸν παρεχόμενον. quod infra illis satis confirmatur:

Σφίγγετ' ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα, μὴ παριών τις
Εἴπῃ, σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλετο χ' οὗτος ὁ μισθός.

Sequitur:

Ὥσπερ ὄις ποίμνας, τᾶς τὸν πόδα κάκτος ἔτυψεν.

Vbi & illud ἔτυψεν, & reliqua ὑποδωρίζει. Ex idiotismo suo dixit κάκτον τύπτειν, sicut supra, τύμμα vocarat τὸ τραῦμα.

Ὁσσίχον ἐστὶ τὸ τύμμα, καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάζει.

Sed & Philetas τύμμα κάκτου dixit.

Γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα;
Ὀξείης κάκτου τύμμα φυλαξαμένη.

Et ita semper Nicander, quem recte notant eius interpretes ἐν ἐνίοις δωρίζειν. Erat autem famosum in re bucolica τύμμα κάκτου, siue vulnus ab illa spina inflictum, nec tantum pastori, sed & eius tibiis noxium. Hinnulus enim si in κάκτον incidisset, actum de tibiis eius erat, e quibus pastores suos αὐλοὺς fabricabant. Deinde & κάκτος Siculorum vox erat, quam propterea Phænias apud Dipnosophistam κάκτον Σικελικὴν dixit. Pergit quærere Milon, cum Battum matutino tempore sub diei initium cessantem videret,

Ποῖός τις δείλαντι καὶ ἐν μέσῳ ἄματος ἐσσῇ,
Ὃς νεῶ ἀρχόμενος τὰς αὔλακος οὐκ ἀποτρώγεις;

Vbi scribo, Ὃς νεῶ ἀρχομένω, vt sit patrius casus

casus Doricus, nimirum ἄμαλος. Qualis, inquit, eris ἐν μέσῳ ἄμαλος, qui nunc ἀρχομένῳ ἄμαλος, id est, incipiente die, nihil efficis? opponitur ἀρχόμενον ἄμαρ τῷ μέσῳ. Deinde scribe, ὤλακος, quod Dorum proprium est. Totus itaque locus ita concipiatur:

Ποῖός τις δείλαν τὺ καὶ ἐν μέσῳ ἄμαλος
ἐσσῆ,
Ὃς νῦν ἀρχομένω, τᾶς ὤλακος οὐκ ἀποτράξεις;

Interpretes Apollonii, ὠμόλακες, ὄμυροι. ὤλακα γὰρ τὴν αὔλακα, Δωρικῶς. Nota autem totum hoc idyllium accuratissime δωρίζειν. Postea, duobus interiectis versiculis, legitur,

Οὐδαμὰ νῦν ζωΐσα τυ ἀγρυπνῆσαι δι᾽
ἔρωτα;

Vbi scribendum, Οὐδαμά νυν ζωΐσα, reiecto videlicet accentu. Νῦν enim hic, quod non obseruarunt viri docti, ἀντὶ τοῦ οὖν ponitur, & inclinatur. Apollon. lib. 2.

Κλῦτέ νυν· οὐ μὲν πάντα πέλει θέμις ὔμμι
δαῆναι.

quod diligenter notandum. Glossæ ad eum poëtam. τὸ νῦν ἀντὶ τοῦ οὖν. quod apud Comicum sæpe decies vna pagella. Valde elegans sed parum intellecta fuit mens illius versiculi παροιμιώδους, quo Milo Batti amores ridet, cum inquit:

Μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἁ καλαμαία.

Interpres Græcus suo more verba nobis dat, qui Theocritum his verbis gracilitatem puellæ ridere existimat: & postea nescio quas ineptias ex Aristarcho de natura τοῦ ἀκρίδος affert, siue locustæ huius, quæ Græcis μάντις & ἀγραία dicitur. Nos quid sit videamus. Locusta illa quæ μάντις hic poëtæ dicitur, aliis vero ἀργυραία, ea est, quæ γραῦς dicebatur. Erat autem γραῦς Σέριφος prouerbialis locutio, qua vtebantur, cum de puella agerent, quæ virgo anus erat, hoc est, in virginitate senium contraxerat. Sudas. Σέριφος γραῦς, ἡ ἐν παρθενίᾳ γεγηρακυῖα, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀργυραίας ἀκρίδος, ἣν καλοῦσι γραῦν Σέριφον καὶ μάντιν. Hesychius magis corrupte. Γραῦς ἔειφος. Ἀπολλόδωρος φησὶν, ὅτι ἐστί τις παροιμιώδης λεγομένη ἐειφία γραῦς. εἶναι δὲ αὐτὴν ὅτι γραῦν ἔειφον τὴν ἐν παρθενίᾳ καταγεγηρακυῖαν. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρίδος· τὴν γὰρ ἀργυραίαν ἀκρίδα ὑπό τινων * μάντιν λέγομεν. Scribe, γραῦς Σέριφος, & Σεριφία, & Σέριφον. τὴν γὰρ ἀργυραίαν ἀκρίδα εἶναι, τὴν ὑπό τινων μάντιν λεγομένην. Lepide igitur & salse Milo Battum ridet quod vetulam virginem deperiret. Theocritus autem, vt sæpe probamus, prouerbia alludit verius quam exprimit. Apud Græcorum scholiorum autorem in γραπτὰ ὑάκινθος, cum ea verba interpretatur Grammaticus, legitur: ὅθεν καὶ τὸ πάθος τοῦ Αἴαντος ὑποφαίνει. εἰς τὸν Εὐφορίωνα * φείδων εἶπεν. [ἢ εἰς τὸν Εὐφορίωνα ἀπιδὼν εἶπε. δῆλος γὰρ ἐν τοῖς παρ᾽ ἡμῖν γράφοις.] Verba quæ vncis inclusa sunt ad marginem notata fuerunt: itaque eodem iure quo apposita sunt expungi possunt. quod præcedit ita scribendum est: εἰς τὸν Εὐφορίωνα δὲ ἰδὼν εἶπε. Ad quæ verba alius notarat, legi etiam ἀπιδὼν in quibusdam. Euphorionis versus ita concipio:

Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις
ἀοιδῶν,
Ῥοιτείης ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο,
Εἶρος ἀνερχομένου γεγραμμένα κωκύουσι.

Sed non capio quomodo dicat Αἰακίδαο, non Αἴαντος. nam hac fabula nihil est tritius. & præterea monet commentator in eo quoque vulgarem opinionem secutum fuisse Euphorionem. Paulo aliter e MS. eos versus emendat Cl. Casaubonus, cui credes tutius. Sequitur suauissimus Lytiersas, cuius principium est, Δάματερ πολύκαρπε. Sed ea omnia aliter edenda sunt. Idyllii huius pars sequitur altera, cuius primam partem consumsit Battus in

cantan-

cantandis amoribus suis, quem ob id hic amare tangit Milo, aitque eum frustra πώγωνα ἀναφῦσαι, id est, barbam aluisse: quod circa eiusmodi occuparetur. Illud vt emendaret exemplo suo, proponit Lytiersam. Sunt autem formulæ aliquot incitatoriæ, quibus mercenarios homines ad metendum adhortantur, maximeque τοὺς ἐνδιδόντας, & qui remitterent: nam de ipso authore tale quid tradunt Græci, ὅτι εἰς ἔργον προκαλεῖν εἴωθε, μαστιγοῦν δὲ τοὺς ἐνδιδόντας. Omnes autem, vt dixi, singulæque, formulæ sunt; quod animaduersum non fuit, &, quod multo minus, diuersæ omnes, καὶ κεχωρισμέναι, quæ singulæ vno disticho terminantur, & exceptis vna & altera παρεγκειμέναι. quare hoc modo edendæ erant:

Δάματερ πολύκαρπε, πολύσταχυ, τοῦτο τὸ λαῖον
Εὔεργόν τ' εἴη, καὶ κάρπιμον ὅττι μάλιστα.

Σφίγγετ' ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα, μὴ παριών τις
Εἴπῃ, Σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλετο χοὗτος ὁ μισθός.

Ἐς βορέην ἄνεμον τᾶς κόρθυος ἁ τομὰ ὔμμιν
Ἢ ζέφυρον βλεπέτω· πιαίνεται ὁ στάχυς οὕτως.

Σῖτον ἀλοιῶντας φεύγειν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνον·
Ἐκ καλάμας ἄχυρον τελέθει τημόσδε μάλιστα.

Ἄρχεσθαι δ' ἀμῶντας ἐγειρομένω κορυδαλλῶ,
Καὶ λήγειν εὕδοντος· ἐλινῦσαι δὲ τὸ καῦμα.

Εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω παῖδες βίος· οὐ μελεδαίνει
Τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεῦντα· πάρεστι γὰρ ἄφθονον αὐτῷ.

Κάλλιον ὦ 'πιμελητὰ φιλάργυρε τὸν φακὸν ἕψειν,
Μὴ 'πιτάμῃς τὰν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον.

Qui nondum animaduertit hic nihil cohærere, parum certe videt. Sunt enim tales vt ἀμοιβαίως a duobus vel pluribus cani possint, vel ab vno. Nec minus seiunctæ sunt quam veterum ὑποθῆκαι ἠθικαί, aut Theognidis sententiæ. Atque hæc causa est cur postea addat, Ταῦτα χρή. quo significat, nihil aliud quam formulas esse. Quæ iam faciliores erunt. Cum dicitur ab eodem,

Τὸν δὲ τεὸν βουκαῖε πρέπει λιμηρὸν ἔρωτα
Μυθίσδεν τᾷ ματρὶ κατ' εὐνὰν ὀρθρευοίσᾳ,

Nō libet refutare quæ περὶ τοῦ λιμηροῦ ἔρωτος adfert Theocriti interpres: cum nec Theocriti mentē assecutus sit ille, nec fortasse suam. Neque magis merentur illi qui λιμηρὸν ἔρωτα noxium amorem vocant. Nihil videmus hic difficultatis. Sensum tamen obiter dabimus, ne nos in cursu remorentur hæ salebræ. Talia, inquit Milo, viri canere debebant in sole, quibus res familiaris curæ est, deque iis sibi prospiciunt quæ ad vitam necessaria sunt. Tu vero famelicum tuum amorem matri narrato ociose in lecto recumbens. Tota porro venustas est in vocibus illis, ἔρωτα λιμηρὸν, quæ pauperem famelicumque amatorem respiciunt, qui cum vix de pane prospexisset sibi, ociabatur tamen, quodque miserrimum, in Veneris regno vapulabat: & cum duabus curis conflictabatur; fame & amore. Deinde in illis, ἐν ἀδίῳ, quo labor denotatur, & κατ' εὐνὰν, quo ocium. Ioci lepor, quod ad primum, infra idem propemodum est: vbi Pythagoristam quendam tangit plane similiter pallidum squallidumque, qui eodem morbo laborabat, nimirum, vt hic loquitur, τοῦ λιμηροῦ.

Ἤρατο μὰν καὶ τῆνος (ἐμὶν δοκεῖ) ὀπτῶ ἀλεύρω.

Quem locum recte illustrarunt viri docti. Ita Theocritus per Theocritum intelli-

intelligendus est. Ibi amorem ἐπὶ τῷ ἀλφίτῳ vocat, id est, tostæ farinæ, nimirum panis, quem hic λιμηρὸν, id est, famelicum.

## Cap. XVII.

*Percurritur idyllium vndecimum. Philoxeni Cyclops. interpres emendatus. apud eundem emendatus Callimachi locus. ἐρᾶν μήλοις ἢ ῥόδοις, aut, μήλοις ἢ στεφάνοις. Theocritus emendatus. ἐρᾶν ἢ δωρεῖσθαι οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνοις. μῆλα, ῥόδα, καὶ σέλινα, ea quæ grata erant. Versus Cratini suppleti & correcti. ῥόδον τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον· ῥοδωνιὰ τὸ τοῦ ἀνδρός. αὐταί. ipsi. αὐτεῖ. πεῖ, Dorica. Theocritus semel & iterum emendatus & explicatus. αἰεχοίμαν καιόμενος. καττάν. ποιμαίνειν τὸν ἔρωτα.*

CVM idiotismi elegantia & simplicitas qua vsus est noster poëta, mirifica sit in omnibus poëmatiis, in quibus hactenus versati sumus: tum vero in nullo magis quam in Cyclope. Quod mirum non est: loquitur enim vt αὐτόχθων, & ex ipsa insula oriundus. Argumentum hoc tractasse videntur Siculi poëtæ complures, inter quos fuit Philoxenus, qui cum hac inscriptione drama dedit, ex occasione meretriculæ cuiusdam Dionysii tyranni, cui Galatea nomen erat. Non alius est de quo circa principium homo Græcus: Καὶ Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθούμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς Γαλατείας ἔρωτι, καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφῖσιν, ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῷ, ὅπως ταῖς μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκεῖται. Fusius tamen glossæ Comici: Φιλόξενος δὲ ὁ διθυραμβοποιὸς ἐν Σικελίᾳ ἦν περὶ Διονύσιον. λέγουσι δὲ ὅτι ποτὲ Γαλατείᾳ τινὶ παλλακίδι Διονυσίου προσέβαλε. καὶ μαθὼν Διονύσιος, ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς λατομίαν. φυγὼν δὲ ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Κυθήρων. καὶ ἐκεῖ δρᾶμα τὴν Γαλάτειαν ἐποίησεν, ἐν ᾧ εἰσήνεγκε τὸν Κύκλωπα ἐρῶντα τῆς Γαλατείας. τοῦτο δὲ αἰνιττόμενος εἰς Διονύσιον. ἀπείκασε γὰρ αὐτὸν τῷ Κύκλωπι, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Διονύσιος οὐκ ὀξυδερκεῖ. Philoxenus in suo dramate induxerat Cyclopem, qui a delphinibus petebat vt Galateæ nunciaret, se amorem suum musis & cantu solari. Nihil vsitatius poëtis quam eiusmodi γλυκύτητος σχήματα. Propterea legendum apud interpretem, ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῇ, non αὐτῷ. Sed priusquam ad reliqua pergamus, emendandus nobis erit Callimachi locus, qui corruptissime ab interprete Græco adducitur. Ὡς ἀγαθὸς Πολύφαμος ἀνεύρατο ταὶ ἀοιδαί, Αἱ μοῦσαι τὸν ἔρωτα κατίσχανον. Scribe,

Ὡς ἀγαθὸς Πολύφαμος ἀνεύρατο τᾶς Γαλατείας,
Αἱ μοῦσαι τὸν ἔρωτα κατίσχανον.

idem dixerat Callimachus de remedio musarum, quo amorem suum solabatur Cyclops, quod hic Theocritus. Vehementiam amoris optimi Cyclopis postea ostendit poëta: in quibus nihil elegantius fuit, quam quod corruptum erat, atque adeo non satis intellectum. Merebatur tamen hoc poëmation vt ab eo manus abstinuissent homines leporis & venustatis Theocriticæ plane incapaces. Ego certe hic exclamare cogor, Ὦ μιαρὸν τόλμημα δεδρακότες ἄνδρες ἄμουσοι! Diximus sæpe in Theocrito nihil venustius esse, nihil lepidius, quam vbi dictum aliquod prouerbiale alludit, quod hoc loco fecit. Qui vulgari more amabant, nec nimium insaniebant, aut profusi erant, dicebantur ἐρᾶν μήλοις, καὶ ῥόδοις, aut, vt alii, μήλοις καὶ στεφάνοις. Theocritus vtrunque expressit, quod videbis vbi mecum emendaueris:

Ἤρατο δ' οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐδὲ σελίνοις.

Nam per ῥόδα & σέλινα τοὺς στεφάνους intelligit, quod præcipue non minus quam e rosis etiam ex apio coronæ constabant. Sicut supra:

—κισσοῖο φυλάσσω

Ἐμπλέξας καλύκεσσι καὶ εὐόδμοισι σελίνοις.

Subest non vulgaris elegantia. Qui vel impense amabant, vel impense donabant, dicebantur ἐρᾶν ἢ δωρεῖσθαι κατὰ μῆλα καὶ στεφάνοις. quia hæc munera vulgo ad amicas missitabant. Festiuissimus Lucianus Toxari: τὰ μὲν γὰρ δῶρα, οὐ κατὰ μῆλα, καὶ στεφάνους ἀπεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ συνοικίαι ὅλαι, καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς, καὶ χρυσὸν, ὁπόσον ἐθελήσειε. Nam Chariclea, de qua ibi agit, mala semirosa, & corollas semiaridas, vt solet fieri ab amantibus, mittebat. Ille vero nihil κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους reddebat. Partim enim id quod de Chariclea dixerat, partim hoc lepidissimum dictum in animo habuit festiuissimus ille scriptor. Elegantissimum hoc loquendi genus, sicut alia multa Theocriti, habes apud Longinum Ποιμ. lib. 3. Ἦ τάχα μικρὸν ὕστερον νέμουσα τὴν παρθενίαν ἀπολέσει, καὶ ἄνδρα ποιήσεταί τινα τῶν ποιμένων ἐπὶ μήλοις ἢ ῥόδοις. At Theocritus noster τοῖς ῥόδοις etiam τὰ σέλινα addidit. Mirum est interpretem Græcum non potuisse odorari ita legendum esse. Nam quem locum hic habere coma & cincinni possunt? κικίννοις, inquit, τοῖς μαλλοῖς, τῇ κόμῃ, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς κέχρηται. Ὦ ἄνερ ἐγχέλεις χρυσοῦς ἔχων κικίννους. Accedit huc quod omnia ea quæ dulcia erant & grata, μῆλα, ῥόδα, καὶ σέλινα vocabant. Cratinus ἐν Νεμέσει, cuius versus ab interprete mutilos adductos & corruptos, ita emendamus & supplemus:

Ὡς ἐσθίειν σοῦ ποῖον εἴπῃς ἥδομαι,
Ἅπαντα δ' εἶναί μοι δοκεῖ ῥοδωνιά,
Καὶ μῆλα, καὶ σέλινα, καὶ σισύμβρια.

Potuitne hos versus adducere, nec tamen animaduertere, legendum esse, σελίνοις? Sed verum est, quod suspicamur, diuersorum Grammaticorum etiam has esse glossas, sicut iam millies diximus de reliquis omnibus, quæ hodie ad Theocritum leguntur. Dubium enim non est, quin qui hoc adduxit, σελίνοις, vt nos, legerit. Putamus, quod amplius est, glossam illam, quæ versus illos Cratini præcedit, non esse illius a quo versus adducuntur; nimirum: ῥόδον δὲ, τὸ γυναικείας ἥβας. τερπνότεροι ῥοδωνιῶν ἔσθ' ὅτι λέγει. Quod interdum verum est. sed non apud Theocritum: multo minus in illis versibus Cratini. Sed Pherecrates manifeste muliebrem florem, partemque sacram illam, in qua omnes virum exuimus, ῥόδον vocauit.

Κόραι δ' ἐν ἀμπεχόναισι τριχάπτοις ἀρτίως
Ἡβυλλιῶσαι, καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι,
Πλήρεις κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου
Ἤντλουν διὰ χώνης τοῖσι βουλομένοις
πιεῖν.

Hesychius ῥόδον, Μιτυληναῖοι τὸ τῆς γυναικὸς, καὶ τὸ ζώνης. Sed & ῥοδωνιά, vt notat interpres Græcus, in parte obscena positum, de viris. idem: Ῥοδωνιὰ, ὁ τόπος ἔνθα φύεται τὰ ῥόδα· καθάπερ καὶ ἰωνιά, ὅπου τὰ ἴα φύεται· καὶ κειρωνιὰ ἔνθα τὰ κεῖρα. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀνδρὸς αἰδοῖον αὕτη. Sed hoc loco id accommodare velle, fatuitatis, dementiæ, ambitionis Græcanicæ est, quæ semper puerilibus vitiis laborat. Illud quod sequitur, ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις, est quod Attici, λύπη ἦν ἀκριβὴς τὸ πρᾶγμα. Plautus:

*Quam ego postquam aspexi non ita amo*
*vt sani solent*
*Homines: sed eodem pacto, vt insani*
*solent.*

Illud,

Πολλάκι τὰς ὄϊς ποτὶ ταὔλιον αὐταὶ
ἀπῆνθον,
Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας,

est quod Virgilio occasionem dedit, vt similiter *ipsi* pro *sponte* diceret.

*Huc ipsi potum venient per prata iuuenci.*

Sequitur versu proximo:

—ὃς

— ὁ δ᾽ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων

Αὐτῶ ἐπ᾽ ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσας. Scribe, αὐτεῖ, non αὐτῶ, quod Doricum est. Sicut enim πεῖ dicunt, pro ποῦ, ita αὐτεῖ, pro αὐτοῦ. At qui hoc Cretensium tantum esse volunt, hos ego certe Cretenses esse arbitror. Apollonius lib. 3. Οὐχὶ οὖν καὶ ἐπιρρήματα παραλαμβάνεται, ὡς τὸ πεῖ, αὐτεῖ, καὶ πῆ διὰ τοῦ η, τὸ προῶτι, Δωρίων· ὅπερ ὁ παρείπετο τῷ δεῖ· τὸ δ᾽ ἄτρον, ἀντὶ παρῳχημένου τοῦ ποῦ. & de his aduerbiis sæpe alibi. Sic li.4. τοῖς γὰρ κοινοῖς συμπαραλαμβάνεται καὶ τὰ εἰς ει λήγοντα ἐπιρρήματα, τῷ ποῦ, τὸ πεῖ· τῷ αὐτοῦ, τὸ αὐτεῖ. Igitur legamus, Αὐτεῖ ἐπ᾽ ἀϊόνος. Notat interpres Græcus aliquam discrepantiam καὶ χαρίεσσαν διαφορὰν ex veteribus exemplaribus, quæ legebant, Πάσας μαννοφόρως, cū Cyclops de hinnulis suis agit, non ἀμνοφόρως, ut vulgo; & interpretatur: μάννος δέ ἐστιν, ὁ περιτραχήλιος κόσμος, τὸ λεγόμενον μαννάκιον. Et certe nihil notius est, quam solere veteres illis animalculis, quæ domi voluptatis causa nutriebant, vt mansuefierent, eiusmodi ornatus appendere, sicut hodieque apud nos fit. Valde igitur placeret Polyphemum hoc dicere, seruasse se quatuor hinnulos, μαννοφόρους omnes, & monili insignitos. Valde placeret dico. Sed vidi postea ne hoc quidem prætermisisse magnum virum Isaacum Casaubonum. Est igitur lectio elegantissima si vera sit, nec a Græco aliquo excogitata, vt paginas impleret, & numerus linearum cresceret. Nam illi homines omnia ad pensum dicunt. Puto autem iis displicuisse ἀκυρολογίαν. Cum canit Polyphemus,

Καιόμενος δ᾽ ὑπὸ τεῦ καὶ τὰν ψυχὰν ἀνεχοίμαν,

vix possum dicere quam infeliciter ille versus acceptus sit cum sequenti, qui præterea corruptus est, vt mox dicimus. Locus est quantiuis precii, & ἔννοια Cyclopis argutissima, quæ vt appareat, ostendemus ab illo versu, quid sibi velit, Ἀλλ᾽ ἐγώ τοι αὐτὸς ἐγώ. Si, inquit, Galatea abhorres a me quod hirsutus tibi videar, sunt alia rursus, quæ me tibi commendare possunt. Quale est illud, quod ignis mihi sit perpetuus, focusque assiduus. Quanuis certe sufficere mihi poterat, ignis ille, quo a te, o Galatea, cor meum vritur. Atque hoc quidem illud: quod sequitur postea videbimus. Nunc hoc agamus. Existimauit interpres ἀνέχεσθαι hoc loco esse ὑπομένειν, perferre & pati. Itaque hoc arbitratur velle Cyclopem. Possem perferre a te vel cor meum peruri: quod plane ἀνάρμοστον esset, nec vel tantillum cum præcedentibus cohæreret. Ἀνέχομαι καιόμενος, vt meminerunt, qui primas Hellenismi delicias gustarunt, est, ἀγαπῶ καιόμενος, id est, *sufficit mihi vri*, vel, *satis est mihi si vrar*. Hoc ergo vult Cyclops. Ignis mihi perpetuus est: poterat tamen ille sufficere, qui cor meum inuasit. Quod loquendi genus vt melius animaduertas, scribe:

Καιόμενος δ᾽ ὑπὸ τεῦ κατὰν ψυχὰν ἀνεχοίμαν.

κατὰν pro κατὰ τὰν, sicut πτῶ & similia, quæ non potest ignorare, qui hunc authorem attigit. Iam de sequenti quid dicemus qui tam leui occasione tantum venustatis & elegantissimæ mentis amisit? Diu esse quod corruptus fuerit iste locus, apparet vel ex Græco interprete, qui deceptus vitiosa lectione vnius voculæ, omnium ineptias & stuporem superauit. Antiquos ea quæ plurimi faciebant iurare solere, res est vel pueris nota. Polyphemo nihil erat carius vnico oculo: cum aliis etiam nihil carius sit duobus. *Ni te plus oculis meis amarem*, ait Romanus poëta. Semper autem pluris oculum suum merito μονόφθαλμος facit, quam cui vterque relictus est. Qua de re locus est elegans apud philosophum in

Rhetoricis, vbi maiori multa afficiendus dicitur, qui μονόφθαλμον excæcauit: additur causa: τὸ γὰρ ἀγαπητὸν ἀφῄρηται. Itaque Polyphemus iurare solet τὸν ἀγαπητόν: oculum suum vnicum & dilectum. Sic idyll. 6.

Κοὐ μ' ἔλαθ', οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν, ᾧ ποθορῷμι
Ἐς τέλος.

Non me latuit, inquit, non per dulcem meum vnicum, nimirum oculum. Scribo igitur: Ναὶ τὸν ἕν' ὀφθαλμόν· nō Καί. Vide iam sensum. Præcesserat, Καιόμενος δ' ὑπὸ τεῦ τὰν ψυχὰν ἀνεχοίμαν. Mihi, inquit, sufficere vel hic ignis poterat, quo a te comburor. imo, inquit, iuro illud per vnicum meum oculum, quo nihil mihi dulcius aut carius. Sicut supra τὸν ἕνα γλυκύν dixit ἐλλειπτικῶς, sic hic, τὸν ἕνα ὀφθαλμόν. Tiresias infra eodem modo per amissos oculos iurat:

Ναὶ γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος ἀποιχόμενον πάλαι ὄσσων.

At interpres Græcus qui non vidit hic Ναὶ legendū, sicut & reliqui, omnibus neruis sententiam spoliauit. Nemo, vt arbitror, negabit valde insolenter a Theocrito dictum esse illud, quo hoc idyllium concludit:

Οὕτω τοι Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα, Μουσίσδων.

Nam a Græco interprete frustra sit qui auxilium expectet, cum notat: πρὸς τὸν Νικίαν ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ. οὕτως ὁ Πολύφημος, ἐπεὶ, μὴ τυχεῖν ἐφιέζετο τὸν ἔρωτα καὶ ἐθεράπευσε μελουργῶν. Quædam supra a me notata memini de Theocritico schemate, quale sit & quam frequenter eo poëta vtatur. Idem hic factum est. Βουκολεῖν & ποιμαίνειν vtrunque est νέμειν, id est pascere. Nihil autem vsitatius est Græcis, quam τὸ βουκολεῖν ἀντὶ τοῦ μεταχειρίζεσθαι ἢ κουφίζειν vti, mitigare, & leuiare! τὸ βουκολεῖν τὸν ἔρωτα, est κουφίζειν τὸν ἔρωτα: quod si dixisset, nemo miratus fuisset, cum nihil sit vsitatius. At ille suo more, ἐκ μεταλήψεως, ποιμαίνειν non βουκολεῖν dixit. Atque ita Cyclopem relinquamus.

## Cap. XVIII.

*Aites percurritur. βράβυλα. χρύσειοι. Lectio Theocriti elegantior. θεοὶ ὑπέρτεροι τύπτειν. Locus Theocriti emendatus. εἰς ἀγρία. Signum violatæ religionis τῆς ἀληθείας pustulæ in naso. Νισαία. Locus emendatus Theocriti. περίαλλα ξείνων. Diocles. Διόκλεια. ἄκρα φέρεσθαι. alia.*

FACILIVS cuius non sit hoc idyllium, quam cuius sit, conuici posse existimo. Character mollis, planus, suauis: ac vel propterea non pro Theocrito nostro. Interpres Græcus statim in principio cum reliqua tangat, quæ ibi dicuntur, altum tamen silet in illo: — ὅσον μῆλον βραβύλοιο

Ἥδιον, ὅσσον ὄϊς χιμαίρης λασιωτέρη αὐτός.

Succurrit Hesychius: Βράβυλον, εἶδος φυτοῦ κακοῦ. Valde ad hunc locum accommodate. Nihil tamen de specie definit. Nam quod apud Athenæum notat Clearchus, Siculis βράβυλα dici τὰ κοκκύμηλα, notum est. Grammaticus aliquis ad septimum idyllium notat, βράβυλα, τὰ κοινῶς κοκκύμηλα, ἤγουν δαμασκηνά. Quorum posterius ex hoc loco manifeste falsum esse conuincitur. Quis enim nescit quanti pretii apud veteres tam Romanos quam Græcos τὰ δαμασκηνὰ fuerint; quæ hic tanto interuallo post τὰ μῆλα statuit, quamuis intelligas illa quæ γλυκύμηλα dicebant? Cum dicitur non longe a principio ab eodem amante,

— ἦ ῥά ποτ' ἦσαν

Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες,

puto τὸ χρύσειοι sumi vt sæpe in comœdia occurrit, vbi vox amatoria est, & delicias

delicias notat. Apud Antiphanem meretrix quædam dicitur ἔχειν ἦθός τι χρυσοῦν, quæ præ reliquis amabilis erat.

— ἔπειτ' δ' ὃν λέγω
Ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης τινὸς
Ἰδὼν ἑταίρας, εἰς ἔρωτ' ἀφίκετο,
Ἀστῆς, ἐρήμου δ' ἐπιτρόπου καὶ συγγενῶν,
Ἦθός τι χρυσοῦν πρὸς ἀρετὴν κεκτημένης.

Horatius:

*Qui nunc te fruitur credulus aurea,*
*Qui semper facilem semper amabilem*
*Sperat.*

*auream & amabilem* ἐκ παραλλήλου: Et fuit certe inter illas voces ea quibus meretriculis abblandiri, καὶ ὑποκορίζεσθαι amatores solebant. Comicus Acharnensibus:

φιλήσατόν με μαλθακῶς ὦ χρυσίω.

Causam alibi infra plenius reddimus. Sed, ne quid dissimulem, non possum dubitare, quin poëta scripserit, non πάλαι sed πάλιν: sensu longe alio & venustiore. Putarim sic quoque legendum esse in glossa interpretis, quicunque tandem est ὁ ὑπομνηματιστής, qui notauit: ὡς ἔοικε δὲ τότε ἦσαν πάλαι ἄνδρες ἐν τῷ χρυσοῦ γένους, ὅτε ὁ φιλῶν ἀντεφιλεῖτο. vt sit sensus: Certe tunc secunda ætas aurea fuit: bis enim ea fuit: semel sub Saturno semel illo tempore quo amabat quicunq; amabatur. Mirum est quantos in errores homines sæpe doctos vulgaris Hellenismi imperitia impellat. Quod apparet cum Theocritus scripsit, sit quicunq; est ὁ πολυζάλωτος,

Ἀλλ' ἤτοι τούτων μὲν ὑπέρτεροι Οὐρανίωνες
Ἔστωσ' ὡς ἐθέλοιεν.

Græcus interpres; ἀλλ' οἱ θεοὶ μέν εἰσιν οἱ οὐρανίωνες ὑπέρτεροι τούτων· τουτέστιν ἰσχυρότεροι βοηθοί, ὡς ἐθέλουσιν. qui manifeste ἔξωθεν assumere videtur vocē βοηθοί. Vnde Latini interpretes tanquam sensui ἐλλείποντι vocem *dispensatores* addiderunt: qui hos versus hoc modo reddunt:

*Verum horum omnium superi cælicolæ*
*Dispensatores erunt, sicut volent.*

Cum oratio tamen sit integra & plena, nec quicquam foris accersendum sit. Plenus sensus, plena est mens. Dicunt Græci τὸν ὑπέρτερόν τινος, τὸν εὖ τι καὶ καλῶς διοικοῦντα, qui bene & prudenter aliquid administrat, vel, qui plenam alicuius rei potestatem habet. Sic ὑπέρτεροι χρημάτων, qui opes suas bene administrant, aut eas in potestate habent: Pro quo eadem ratione κρείσσονες dicebant. Atque hinc κρείσσονες, Dii locorum dicebantur, qui plenam aliquam in locum potestatem habent. Vbi κρειόντων sumitur sicut hic ὑπέρτερος. Sunt Dii κρείσσονες, sunt ὑπέρτεροι rerum omnium. Nemo igitur eos miretur τούτων ἢ τούτων ὑπερτέρους dici. Toti huic versui, Ἀλλ' ἤτοι τούτων μὲν ὑπέρτεροι Οὐρανίωνες Ἔστωσαν, Homericus ille ἀντίστροφος est: Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Quod autem ἐθέλοντι habeamus; sicut quædam alia quæ Dorica sunt, in hoc idyllio, factum negligentia est imperitorum hominum, qui cum per se verum videre non possent; noluerunt, quod proximum est, εὖ εἰπόντι πιθέσθαι. monuerat enim magister, qui huic idyllio argumentum suum concinnarat, scriptum esse τῇ Ἰάδι. In sequentibus verbis de naso miramur viros doctos tam obstructi nasi fuisse, vt se tam manifeste paterentur circumduci, καὶ ῥινὸς ἕλκεσθαι: qui editoribus crediderunt, scribentibus,

Ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιῆς οὐκ ἀναφύσω,

& interpretibus, qui reddunt, *super naso raro:* quibus profecto fuit potius ἀραιὰ φρήν. satis manifestum est hoc velle poëtam: Ego vero te laudando non alam in naso pustulam, quod est, tua causa non mentiar. quia mentientibus eiusmodi ψυδράκια vt vocabant, id est pustulæ, in naso erumpebant. Sed nondum video cur ῥὶς ἀραιὰ dicatur, ἤγουν λεπτή. Scribendum, ἀραιᾶς, ἤγουν κατιφιάτε. Eorum qui mentiebantur

 tur

tur nasum fieri existimabant κατάρατον, & quasi reum tanti criminis hanc pœnam pendere, vt in pustulas abiret. Ἀραῖοι sunt qui relligione tenentur, ac plectuntur ob commissum nefas. Relligionis autem violatæ signa in naso erumpere existimabant. Ἀραία ῥὶς dicitur, ἡ τῇ ἀρᾷ ὑποκειμένη. Hesychius: Ἀραίας, βλαβερὰς. &, Ἀραῖον, κατάρατον, ὡς τὸ, ὁ πρόσθεν ἐλθὼν ἦν ἀραῖος μοι νέκυς. καὶ ἀρὰν προστρίβεται, καὶ κατ' ἀρχῆς. Σοφοκλῆς Πολυΐδῳ. Scribit Græcus homo: Νισαίους τοὺς περὶ τὴν Ἀττικήν. ἐπίνειον γὰρ Μεγαρέων ἡ Νίσα. Si aliis credimus vix est dubium quin scribendum sit, Νισαία. Autor gentium: Νισαία, ἐπίνειον Μεγαρίδος, καὶ αὕτη ἡ Μεγαρὶς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος. Itaque mirum non est, omnibus fere poetis τοὺς Μεγαρεῖς perpetuo adiuncto Νισαίους dici: pro quo alibi tamen νισαῖοι substitutum inuenies: sicut Nonni Dionys. κε, cum legitur,

> *Καὶ πόθεν ἱμερόεις πολιπόρθιος ἦν ἐπὶ λαῷ*
> *Νισαίῳ Μεγαρῆι Κυδωνιὰς ἔβρεμε*
> *σάλπιγξ.*

vbi in ἀνεκδότοις suis in hunc poëtam Gerardus Falkenburgius, ex hoc loco, Νισαίῳ emendarat. Non satisfacit quod paulo post dicitur,

> *— τὸν Ἀττικὸν ὡς περὶ ἄλλων*
> *Ξείνων τιμήσαντες Διοκλέα τὸν φιλόπαιδα.*

Scriberem, ὡς περίαλλα Ξείνων τιμήσαντες. alterum sine venustate est. nam τὸ περίαλλα hoc modo qui in poëtarum lectione non penitus hospites sunt non vehementer probare non possunt. Περίαλλα ξείνων, vt ἔξοχα πάντων. Atque ita citat hunc versum Aristophanis interpres, nisi quod non ξείνων, sed ξεῖνον ibi legatur: quod & ferri potest: quamuis hoc præstet. Sunt ergo scribendi & distinguendi hi versus hoc modo:

> *Νισαῖοι Μεγαρῆες, ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς,*
> *Ὄλβιοι οἰκοίητε τὸν Ἀττικόν, ὡς περίαλλα*
> *Ξείνων τιμήσαντες Διοκλέα τὸν φιλόπαιδα.*

Posita distinctione post Ἀττικόν, τὸν Ἀττικόν, ἐλληνισμένως, vt τὸν Δωρικόν, τὸν Σικελικόν, nimirum ἀγρόν. Festum quod huic Diocli apud Megarenses institutum erat, dicebatur Διόκλεια. Aristophanis interpres Ἀχαρ. vbi multum vapulant Megarenses, καὶ ἐξ ἁμάξης μονομαχεῖν κωμῳδοῦνται οἱ ἄνδρες, notat: Διοκλῆς ἥρως ἐτιμᾶτο παρὰ Μεγαρεῦσιν, ᾧ καὶ ἀγῶνα τιθέασι τὰ Διόκλεια. Hunc amatorem iurabant illi. sicut ille apud Comicum:

> *Δ. Ἀλλ' ἔστιν ἀνθρώπου γε. Μ. Ναὶ*
> *τὸν Διοκλέα,*
> *Ἐμάγα.*

Certamen hoc instituit Alcathus Pelopis filius. Meminit eiusdem, nisi fallor, in Theseo & Plutarchus. Theocritus ἄκρα φέρεσθαι dixit, quod Sophocles, ἄριστα φέρεσθαι. Quem locum eius non bene assequuntur interpretes. Is est in Electra, vbi chorus:

> *Ζώης μοι καθύπερθεν χειρὶ*
> *Πλούτῳ τε τῶν ἐχθρῶν, ὅσον*
> *Νῦν ὑπόχειρ ναίεις.*
> *Ἐπεί σ' ἐφεύρηκα μοί-*
> *ρᾳ μὲν οὐκ ἐπ' ἐσθλᾷ.*
> *Βεβῶσαν· ἃ δὲ μέγιστ' ἔβλαστε*
> *Νόμιμα, τῶνδε φερομέναν*
> *Ἄριστα τᾷ Ζηνὸς εὐσεβείᾳ.*

Notat interpres, ἃ δὲ φυσικὰ καὶ μέγιστα νόμιμα ἔβλαστε, τούτων ἀποφερομένην τὰ ἄριστα. ἢ ἄριστα, ἀμφότερα τῇ εὐσεβείᾳ τῇ τοῦ Διός. ἢ ἄριστα τῇ εὐσεβείᾳ, ἢ ἄν τις εὕροι ἀντὶ τοῦ περισπουδάστῳ περιφερομένην τῇ εὐσεβείᾳ τὰ νόμιμα· ἀντὶ τοῦ μετ' εὐσεβείας πράττουσαν. Triclinius vero: ἤγουν, φερομένην δὲ ἐν τῇ εὐσεβείᾳ τοῦ Διὸς ἄριστα καὶ πρῶτα. λέγω δὴ τὸ κῦδος τοῦ πατρὸς, ἄριστα τῶνδε καὶ τούτων, ἃ μέγιστα νόμιμα ἔβλαστε παρ' ἀνθρώποις. πάντων γὰρ τῶν νομίμων καὶ δικαίων τὸ θεὸν κρεῖττον καὶ μέγιστον παρὰ πάντων ἀνακηρύττεται, φροντίδα ποιεῖσθαι πατρός· ὁ θεὸς ἀποδέχεται, καὶ εὐσεβῆ λογίζεται. Neuter poëtæ mentem videt: vterque se torquet. Ἄριστα φέρεσθαι τοῦτο ἢ τοῦτο Græci dicunt aliquem, qui in certamine reliquos superat, & victor euadit. Itaque dixit Tragicus Electram

φέρεσθαι

φέρειν ἄεϑλα in iis quæ maxima sunt & habentur, id est, potiores partes obtinere, & superare reliquos: non aliter quam Theocritus dixit, ἀκρέστερος φιλήματος. Iam illud, τᾶ Ζηνὸς ἀπ᾽ ἀστέρος, more Tragicorum dictum est κατὰ τῶν ἀπαιτούντων, qui defectiue loqui gaudent.

## CAP. XIX.

*Hylas percurritur. ἐκ Διὸς, interdum apud poëtas ominis causa. Theocritus emendatus. ἀνήκειν. μεταγγίζειν. πλεῖν μετὰ κώδας. Locus poëtæ emendatus. ἰθύνειν αὔλακα. ἐπιδόρπιον. Χαλεπὸς ἦν μῦθος. εἰλιτενής ἄγρωστις. μακάρων ἀριθμεῖσθαι. Hylæ κατακοίμησις. λειπόναυτον.*

ARGVMENTVM valde tritum veteribus, & pene vsu consumptum, Hylas: vt merito exclamet princeps poëta, *Cui non dictus Hylas puer?* Ad hoc tamen Theocritus non minus quam reliqui symbolam suam conferre voluit, nec cum Chœrilo questus est,

> Ἆ μάκαρ ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἴδρις ἀοιδῶν,
> Μουσάων θεράπων, ὅτ᾽ ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών.
> Νῦν δ᾽ ὅτε πάντα δέδασται, ἔχουσι δὲ πείρατα τέχναι,
> Ὕστατοι ὥστε δρόμου καταλειπόμεθ᾽· οὐδέ πῃ ἔστι
> Πάντῃ παπταίνοντα νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι.

Poëta bonus frugalem patremfamilias imitatur, qui sæpe sumptu minimo veteri supellectili nouum cultum addit. Huius idyllii in ipso limine legitur:

> Οὐδ᾽ ὅκχ᾽ ἁ λευκίππος ἀνατρέχει ἐς Διὸς ἀώς.

Scribendum ἐκ Διός. Quæ præcedit est medii diei descriptio: quæ sequitur iam declinantis: in medio posuit τὸν τοῦ ὄρθρου, & matutini temporis. Neque interpres Græcus aliter legisse videtur. Quoties vtantur τῷ, ἐκ Διὸς, poëtæ, sciunt qui Homerum & Hesiodum in manibus habuerunt. Plerunque tamen est ἀεροειδές. Vt cum ὕδωρ ἐκ Διὸς dicunt τὸ ὄμβριον & similia. Sæpe solet περιττεύειν, & ominis causa poni tantum. Nonnus,

> Εἰσέτι νῦν κόρυκας Λεσβαίοιο θυηλῆς
> Γαῖαν ἀναψύχουσιν ἐτήσιοι ἐκ Διὸς αὖραι.

Ex Apollonio autem melius, e quo id mutuatus est, quomodo sumendum sit apparet: qui ait voluntate τοῦ Διὸς, auras illas spirasse ἐκ Διός.

> Καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς Ἰκμαίοιο·
> Ἱερά τ᾽ εὖ ἔρρεξεν ἐν οὔρεσιν ἀστέρι κείνῳ
> Σειρίῳ, αὐτῷ τε Κρονίδῃ Διΐ. τοῖο δ᾽ ἕκητι
> Γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτήσιοι ἐκ Διὸς αὖραι.

Sicut apud Hesiodum ἐκ Διόθεν sæpe. Hic autem necessarium est. At qui ἐς Διὸς legebant voluerunt poëtam bis idem agere: hoc enim tempus quo Aurora diceretur ἐς Διὸς ἀναβαίνειν, esset idem, quod sequenti versu describitur. Iam tres diei partes habet. Præterea; quis dixit vnquam vesperi Auroram abire? hoc esset, meo iudicio, ac si quis diceret, vesperi matutinum tempus occidere. Cum vespertinum tempus ita describit poëta,

> Οὐδ᾽ ὁπότ᾽ ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῷεν,
> Σεισαμένας πτερὰ ματρὸς ἐπ᾽ αἰθαλόεντι πετεύρῳ,

ὀρτάλιχοι vocauit pullos gallinaceos, non promiscue omnium auium, sicut video a Grammaticis explicari. Patet ex πετεύρου, quod exponitur, σανὶς ἐφ᾽ ἧς αἱ ὄρνεις κοιμῶνται. Et Nicandri loco in Theriacis:

> Μορφῇ δ᾽ ἰχνεύμονος κινωπέτου, ὃς ἀμυδρῆς
> Ἴκτιδος, ἥτ᾽ ὄρνισι κατοικιδίῃσιν ὄλεθρον
> Μαίεται, ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πετεύρων.

Ἔνθα λέχος τοὔχοντ' ἐπ' ἴκελον, ὃ καὶ · ἀραιεῖ

Τέκνα τιθασσεύουσιν ὑπὸ πλαδῶντι θέρισσι.

Nec signo magis familiari agricolæ vtuntur dici declinantis. Malim tamen & hic legere πτυαίρω, vt apud Nicandrum est: sonus enim erit πλατύτερος, magisque pro poëta Dorico: sicut mirum in modum etiam Nicander delectatur τοῖς δωρίζουσι τῶν ὀνομάτων, vt iam semel diximus. Sed aliud est quod sequitur:

> Ὡς αὐτῶ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς πεπναμένος εἴη,
> Αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.

In quo loco miris olim modis se torsit Henricus Stephanus: qui, *fortasse*, inquit, *scripserat*, Αὐτῷ δ' ἐξ ἕλκων, (*licet mollius futurũ fuisset*, Ἐξ αὐτῶ δ' ἕλκων) *Ex ipso trahens, id est, exemplũ ab ipso sumens.* Sed quis ita loquitur, *ex aliquo trahere*, pro, aliquem sibi imitandum proponere? Iam Græcum interpretem audiamus: ἀντὶ τοῦ αὐτόθι. ὥσπερ αὐτόθεν ἐκ νεότητος καλῶς ἕλκων καὶ κατὰ μηδὲν ἐλαττούμενος, μηδὲ ἐλλείπων ἀνὴρ γένοιτο. εἴρηται δὲ μεταφορικῶς, ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ἐκ νέου εἰθισμένων καλῶς ἕλκειν. Ineptiæ, quarum rationem reddere non possum. Viri magni alia excogitarunt postea, qui & hic legendi sunt vel authoritatis eorum causa, maximique nominis, &, quod plus est, tantæ eruditionis, quantam vel nemo vel vnus eorum fortasse qui hæc studia tractarunt, assecutus est. Sed legendum est:

> Αὐτῷ δ' εὖ ὄκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.

Nihil simplicius, nihil facilius, nihil vsitatius. Herodotus: Τέλλῳ τοῦτο μὲν, τῆς πόλιος εὖ ἡκούσης, παῖδες ἦσαν καλοί τε κἀγαθοί. Est igitur, Αὐτῷ δ' εὖ ἥκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη, ὅπερ ἐστὶ εὖ παιδείας ἥκων, ἀνὴρ καλός τε κἀγαθὸς παρ' αὐτῷ γένοιτο. Quare non est, quod amplius de alia huius loci emendatione nos torqueamus. Versu sequenti quod legitur,

> Ἀλλ' ὅτι τὸ χρύσειον ἐπεὶ μετὰ κῶας Ἰήσων
> Αἰσονίδας,

locus omnino similis fereque ipse apud Mimnermum,

> Οὐδ' ὁκότε μετὰ κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων
> Ἐξ Αἴης, τελέσας ἀλγινόεσσαν ὁδόν.

Vbi duo notanda nobis veniunt. Primo, illud, ὅτε τὸ, in Theocrito posse mutari in ὁκότε, quod Δωρικώτερον est, quomodo scripsisse potuit. Deinde non alio apud Mimnermum modo, μετὰ κῶας quam apud Theocritum dici. Apud Elegiographum nihil aliud est, quam, πρὸς τὸ κῶας ἀνήγαγεν: apud nostrum τὸ μετὰ, vt apud Homerum sæpe, πρὸς vel ἐπὶ est. Sed ne hoc quidem prætermittendum est. Legitur infra,

> Εἴσω δ' ὅρμον ἔθεντο Προποντίδος, ἔνθα Κιανῶν
> Αὔλακας εὐρύνοντι βόες τρίβοντες ἄροτρον.

Diu est cum aliquid illi loco ad sensum deesse viderem, quem expectat lector. Non est tamen qui in eiusmodi tardius aliquid constituat, quam ego. Nec enim satis esse existimo locum aliquem corruptum esse si constet, nisi id etiam ex emendatione manifestum fiat. Præsertim vbi altera talis est vt ferri posse videatur. Hesiodus lib. Ἔργων 2. aratorem vult esse quadraginta annorum, ne amoribus & reliquis ineptiis iuuenilibus auertatur, quo minus pergat ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνειν: quod Theocritus infra ὄγμον ὀρθὸν ἄγειν dixit: vbi bubulco aratori amatorique obiicitur, quod aliis curis distractus sulcum rectum ducere non possit:

> Οὔτε τὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνᾳ, ὡς τὸ πρὶν ἆγες·
> Οὐθ' ἅμα λαιοτομεῖς τὸ πλατίον.

Ἰθύνειν igitur & εὐθύνειν sunt arationis verba, quæ proprie ad sulcos referuntur. Scribo ergo, ἔνθα Κιανῶν Αὔλακας εὐθύνοντι. Nihil verius. Εὐθύνειν αὔλακας,

est, quod iam apud Hesiodum esse diximus, ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνειν. & Theocritum, ὄγμον ὀρθὸν ἄγειν.

> Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο,
> Ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον,
> Ὅς κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι,
> Μηκέτι παπταίνων μεθ' ὁμήλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
> Θυμὸν ἔχων.

Periegetes cum Ægyptios commendat, vt primos arationis autores, ait, hanc gentem primo σπόρον ἁπλῶσαι ὑπὲρ αὔλακος ἰθυτάτης.

> Τῷ πάρα ναιετάουσιν ἀριστοπόνων γένος ἀνδρῶν,
> Οἳ πρῶτοι βιότοιο διεστήσαντο κελεύθους,
> Πρῶτοι δ' ἱμερόεντος ἐπειρήσαντο ἀρότρου,
> Καὶ σπόρον ἰθυτάτης ὑπὲρ αὔλακος ἡπλώσαντο.

In Apostolii Parœmiis, Adagione, Ζητεῖς τὰ οὐ παρόντα, aliter paulo legitur versus ille, qui nunc ita apud Theocritum scribitur:

> Κῶχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἴσων.

nimirum:

> Κῶχεθ' Ὕλας, ὁ ξανθὸς Ὕλας, ἐπιδόρπιον οἴσων.

Vbi ἐπιδόρπιον dicitur, vt sæpe ψυχρόν. Apollonius qui locum mutuatus est δυσκάτερον dixit ποτιδόρπιον: quod aliquis arbitrari posset apud poëtam tum temporis ita scriptum fuisse. Nonnus tamen in Hylæ historia ἐπιδόρπιον tenuit, qui non minus quam Apollonius poëtæ nostri versus in animo habuit.

> — ὅπως ἐπιδόρπιον εἴη
> Αὐτὸς ἑῷ βασιλῆι φέρων γλυκερόν περ ὕδωρ

Paulo post χῶρον ἥμενον dixit, sicut Sallustius & Silius *locum sedentem* vocant, ἢ καταφερῆ.

> — τάχα δὲ κράναν ἐνόησεν
> Ἡμένῳ ἐν χώρῳ.

Cum poëta suauissimus ἄγρωστιν herbam, aut gramen potius, vocat εἰλιτενῆ, non possum approbare glossam interpretis. Ἡ συνεστραμμένη. καθὸ εἰλεῖται ἐπὶ μῆκος, καὶ περιπλέκεται τοῖς φυτοῖς κισσοειδῶς. Malim, vt in nostro edidimus, εἰλιτενῆ. quomodo apud veteres Theocriti interpretes legit olim Etymologus, qui frequenter eos adducit. εἰλιτενὴς, inquit, ἄγρωστις, Θεόκριτος, ἡ ἐν τοῖς ἕλεσι γινομένη. ῥιζοβόλος γάρ. ἢ ἐπὶ πολὺ διϊκνουμένη, πλεονασμῷ τοῦ ι. Sed, vt verum dicam, mutilus videtur ille locus: nec dubium est ex eo quin & alteram lectionem viderit. Si scribas: εἰλιτενὴς ἄγρωστις, ἡ ἐν τοῖς ἕλεσι γινομένη. ἢ εἰλιτενὴς, ῥιζοβόλος γάρ, ἢ ἐπὶ πολὺ διϊκνουμένη. aut simili modo. Mihi alterum placet. Ante omnia lepida & venusta est Hylæ κατακοίμησις: qua dulcissimum & melleum hoc poëmatium concludit poëta, cum euphemismo quodam lepidissimo.

> Οὕτω μὲν κάλλιστος Ὕλας μακάρων ἀριθμεῖται.

Noluit Theocritus, propter ea quæ præcesserant, dicere, οὕτως ὁ Ὕλας τέθνηκεν: ita mortuus fuit Hylas: Sed eum ait, τῶν μακάρων ἀριθμεῖσθαι. Duplices sunt μάκαρες, οἱ θεοὶ, καὶ οἱ τεθνηκότες. Huius euphemismi tam elegantis suauitatem non animaduertere merebatur interpres Græcus, ob reliquas ineptias, quas sæpe committit. Homines simul ac viuere desinunt & mortales esse, μάκαρες fiunt, ea ratione qua vulgo μακαρίτας eos dicimus. Eos ergo quos Romani, mali ominis vitandi causa, dicunt, fuisse; Theocritus noster dicit, μακάρων ἀριθμεῖσθαι. Dicunt autem Græci ἀριθμεῖσθαι μακάρων, sicut Horatius, *fies fontium. Fies nobilium tu quoque fontium, Me dicente.* Mira & hic suauitas, & dulcissima rei tristissimæ circumuelatio. Vix est vt vnquam sine singulari elegantia loquatur poëta, aut veteri ritu, quem respicit. vt cum inquit:

> Ἡρακλῆα δ' ἥρωες ἐκερτόμεον λιποναύταν.

quibus manifeste λειποταύτιον Græcorum tangit. Erat autem λειποταύτιον vox e foro. Accusabant eum λειποναυτίου qui nauem relinquebat, sicut λειποταξίου, qui exercitum: ἀναυμαχίου autem, non qui nauem relinquebat, sed qui in nauali pugna non strenue rem gerebat. Vide quam suauiter. Hercules relicta Argo & heroïbus Hylæ causa aberrabat: at illi interea Herculem accusarunt λειποναυτίου. Iam ad reliqua.

## Cap. XX.

*Cyniscæ Amor excutitur. In schola Pythagorica, σεβαστικοὶ, πολιτικοὶ, μαθηματικοί. Πυθαγορικοὶ, Πυθαγόρειοι, Πυθαγορισταί. Theocritus emendatus. iterum. ἐν χόρτῳ. χόρτος: ædium pars. παστός. προστάς. ἀναστάς. καλύβη. βολβοὶ καὶ κοχλίαι ὑποβινητιῶντα βρώματα. Theocritus emendatus. μάτην εἰς ἄνδρα γλυκεῖαν. Theocritus tentatus. alia. μᾶλα ῥέοντι. μᾶλον apud Siculos pro delitiis. σοφὸς in parœmiis citandis. ὁ σοφὸς εἶπε. κατὰ τὸν σοφὸν λέγοντα. Μεγαρεῖς. alia. ἀποστέργειν τινά. γνεαλέοι ἀπὸ κεστράφων, & similia.*

INTER ea Theocriti idyllia in quibus multum est simplicitatis, non postremum est quod inscribitur ΚΥΝΙΣΚΑΣ ΕΡΩΣ: quam autor argumenti Æschinis vxorem facit: quod, meo iudicio, non est necesse. Cum præcipue optet infra Æschines se posse ἀποστέργειν, eiusque amore defungi. Sed Theocritus noster ne hic quidem morem Siculorum exuit, quos Marcus Tullius merito ait esse dicacissimos. Quod probat illis lepidissimis verbis satis, quibus pallorem philosophorum & maciem tangit, quos ait, ὠχρὼ ἀλίγκιον ἐρᾶν. Aliquis ibi Grammaticus subtiliter distinguit Pythagoræ discipulos: quorum alios σεβαστικούς, alios πολιτικοὺς statuit, alios μαθηματικούς. Quæ procul dubio, quisquis est e Pythagoræ vita descripsit, cuius epitomen nobis reliquit Photius. apud quem legitur: Τῶν δὲ Πυθαγόρου οἱ μὲν ἦσαν περὶ τὴν θεωρίαν καταγινόμενοι, οἵπερ ἐκαλοῦντο σεβαστικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, οἵπερ ἐκαλοῦντο πολιτικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα, γεωμετρικὰ, καὶ ἀστρονομικὰ, οἵπερ ἐκαλοῦντο μαθηματικοί. Sed & altera illa distinctio ex illo fonte est: Τούτων οὖν οἱ μὲν αὐτῷ συγγενόμενοι τῷ Πυθαγόρᾳ, ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μαθηταὶ, Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξω ζηλωταὶ, Πυθαγορισταί. quæ fere αὐτολεξεὶ descripta sunt. Quod autem Platonem Πυθαγορικὸν hic a poëta dici existimat, non alio colore verum esse potest: nisi quatenus inter illius familiæ διαδόχους Plato nonus fuit; decimus Aristoteles. Cum ait, Ὠχρὸς κἀνυπόδητος, iisdem notis Pythagoricos distinguit, quibus Comicus Socraticos:

Τοὺς ὠχριῶντας τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις.

Paulo post cum scribitur,

Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τὺ φίλ' Αἰσχίνα, ἄτυχος, ὀξύς,
Πάντ' ἐθέλων κατὰ καιρόν· ὅμως δ' εἶπον τί τὸ καινόν,

Vir Clarissimus Isaacus Casaubonus in scripto codice se repperisse testatur, ἄτυχα ὀξύς. Vnde veram lectionem fecimus, ἔξοχα ὀξύς, quod est, λίαν σφοδρὸς, vt de Chærea suo loquitur in Apologia apud Platonem Socrates: qui iisdem videtur fuisse moribus, quibus hic noster Æschines. Mox vero, suauissimum prandium, quod ibi ab eodem instruitur, non capio quomodo dicatur fuisse ἐν χώρῳ.

Ὤργεῦος, κηνὼν, καὶ ὁ Θεσσαλὸς ἱπποδιώκτας

Ἄπις καὶ Κλειώνικος ἐπίομες ὁ στρατιώτας
Ἐν χώρῳ παρ' ἐμίν.

Scribo itaque, Ἐν χόρτῳ παρ' ἐμίν. Χόρτος est locus ille in ædibus, qui & παστὸς dicitur: vnde πρόπαστος, ille qui ab Apollonio παστὰς vocatur:

Ἔνθά μιν ἐν φαεινῷ κλισμῷ ἐνὶ παμφανόωντι
Ἐσσυμένως κούρης διὰ παστάδος εἷσεν ἄντα.

Qui versus longe aliter in προεκδόσει librorum Apollonii erant editi. Ait Æschines se bibisse ἐν χόρτῳ, id est, illa ædium parte in qua cœnabant prandebantque veteres. Homerus, Αὐλῆς ἐν χόρτῳ. Non alia ratione χόρτος dicitur quam παστὸς. Vtrunq. illud est quo domus siue aula cingebatur, vt puta hodie aulæa, quibus circum circa cœnaculum obtendebatur. Breuium in Homerum scholiorum autor, ad locum illum poëtæ γ Iliad.

Τὴν δ' εὗρ' ἐν μεγάρῳ· ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε,
Δίπλακα, μαρμαρέην· πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους.

ἐνέπασσεν, inquit, ἐποίκιλεν· ὅθεν καὶ τὰ ποικίλα παραπετάσματα παστοὶ καλοῦνται. Hinc παστὸς & παστὰς locus ipse, qui nonnunquam καλύβη dicebatur, vt docent Grammatici apud Apollonium. Et Hesychius, καλύβη, σκηνή, παστάς. Scribe, σκηνή, παστάς. item, καλύβη, παστός. Sicut id quod παστῷ cingebatur, παστός: ita id quod χόρτῳ, χόρτος dicebatur, & a rudi illo æuo nomen retinuit. Olim enim simpliciter χόρτῳ, id est gramine, cœnacula sua cingebant, sicut postea παστῷ & aulæo. vnde venuste aliquis dicebatur cœnare ἐν χόρτῳ. Pastori autem nihil hoc conuenientius. Vel simpliciter ἐν χόρτῳ, in gramine, vt pastores solent. Miror quid sibi velit poëta cum dixit,

Βολβός τις κοχλίας ἐξηρέθη.

multoque magis cum interpretes inspicio, qui reddunt, *Bulbus & cochlea promebantur.* Quod quidem ego in verbis illis nullus video, nec scire possum quomodo aliter ferri possit, quam, Βολβός τις κοχλίας τ' ἐξηρέθη. Sed fortasse ita legerunt Græci, qui nihil aliud quam βολβὸς interpretantur. Valde autem accommode amatorium epulum ex bulbo & cochlea struit. Vtrunque enim Venerem ciet, suntque ὑποβινητιῶντα βρώματα, vt Menander ait. Alexis:

— πίννας, κάραβον,
Βολβούς, κοχλίας, κήρυκας, ᾠὰ, ἀκροκώλια,
Τοσαῦτα τούτων αὖ τις εὕροι φάρμακα,
Ἐρῶνθ' ἑταίρας ἔστερα χρησιμώτερα.

& Dipnosophista: βολβὸς, καὶ κοχλίας, καὶ ᾠὸν, καὶ τὰ ὅμοια, δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικά. Plura ibidem de bulbo, quem propterea *genitalem* Columella vocat:

*Iam Megaris venient genitalia semina bulbi.*

& illud tritum vsu,

Οὐδέν σ' ὀνήσει βολβὸς, εἰ μὴ νεῦρ' ἔχῃς.

Sæpenumero in minuissimis librariorum supinitatem deprehendas: vt cum scribitur:

Χἀμὶν τοῦτο δι' ὠτὸς ἐλεύσατό ποθ' ἥσυχα αὔτως·
Οὐ μὰν ἐξήταξα, μάταν εἰς ἄνδρα φυτεύων.

Scribendum & interpungendum:

Χἀμὶν τοῦτο δι' ὠτὸς ἐλεύσατό ποθ' ἥσυχα· αὔτως·
Οὐ μὰν ἐξήταξα.

Sensus est: Hæc res mihi aliquando furtim indicata fuit, frustra tamen, nec enim inquirere institi: & propterea subiungit,

— μάταν εἰς ἄνδρα φυτεύων.

quod de iis dicebatur, quorum coniuges impune cum aliis solebant: quique hanc contumeliam leni & pacato animo ferebant. Sæpe existimaui scribendum, Θεσσαλικόν τι σόφισμα, non μέλισμα, in illis versibus:

Χὰ Λαρισαῖος τὸ ἐμὸν Λύκον ἄδεν ἀπ' ἀρχῆς,
Θεσσαλικόν τι μέλισμα.

sicut subiungitur, κακαὶ φρένες: quod eodem spectat, & nihil aliud est quam interpretatio illius adagionis, Θεσσαλι-

κὸν ζόφισμα. Et reuera tale erat factum Thessalici illius equisonis, qui vt Æschinem irritaret, de corriuali illius Lyco canebat. Paulo post μᾶλα ῥέοντι dicitur, vt supra ῥέειν μέλι,

Ῥείτω χὰ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι.

Sic nunc, τήνῳ τὰ ζὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι. Locutum memini ea ratione & Plutarchum. Alii non bene capiunt. Nam ita loqui huic poëtæ peculiare est, sicut multa alia. Iam supra diximus, Siculis πᾶν τὸ τρυφερὸν μᾶλον καλεῖσθαι. Absit interea, vt quod præcipuum erat negligenter transeamus. Verba paulo ante Æschinis erant,

Α᾽ δ᾽ οὐδὲν, παρεόντος ἐμεῦ. τίν᾽ ἔχει με λογισμὸν;

Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες; ἔπαιξέ τις ὡς σοφὸς εἶπεν.

Quam multi in horum verborum mente se torserint, frustraque desudarint, facile omnes iudicabunt, qui interpretes tam veteres quã recentiores euoluerunt; ac præcipue ea quæ annotat in præclaro suo poëtarum Græcorum volumine vir æterna memoria dignus Henricus Stephanus. Antiqui in citandis parœmiis voce σοφὸς vtebantur. Lucianus ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Ἐννόησον εἰ ζῇ καλῶς ἔχει, προσελθόντα εἰς τὴν εἰκόνα κατὰ τὰς πύλας τὰς θύρας, ἐκείνην τὴν ἔμπαλιν αἰσχρῶς ὥσπερ ἐκπεσεῖν. ὅ,τι δ᾽ ἂν πράττῃς, μέμνησο τοῦ σοφοῦ λεγομένου, ὡς θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δὲ ἑλομένου. Vterque parœmiam adducit. Theocritus noster, λύκον εἶδες: λύκος enim ambiguum est, tum quod animal ita dicatur, tum quod amasius puellæ. aliam vero Lucianus. Eodem modo Eustathius κατὰ τὸν εἰπόντα σοφὸν dixit, cum parœmiam e Theocrito vsurpat: κατὰ γὰρ τὸν εἰπόντα σοφὸν, ὡς οὐ προσορῶσιν αἱ μοῦσαι τῷ ποτὶ δαλῶσαι Κίρκην. τουτέστι, τέ τις ἡ θεσπεσίας ἀλογία ἐξέφηνε. Quem locum adagionũ more adducit: hoc est, minime ad verbũ. Idyllio enim ix. ita scripserat poëta:

—— οὐ γὰρ ἐρῶντι
Γαθιδόνην, τὰς δ᾽ ὑπὸ ποτὶ δαλῶσαι Κίρκην.

Sed & quotiescunque aliquid adducerent quod vulgo circumferebatur, cuius authorem ignorabant, vocem σοφὸς ponebant. Euripides:

Καὶ Γαῖα μῆτερ, Ἑστίαν δέ σ᾽ οἱ σοφοὶ
Βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

Vbi dicitur, οἱ σοφοί σε καλοῦσιν, proeo quod est, Vulgo diceris, aut vocaris. Plato sæpe cum opinionem recitat quæ vulgo obtinuit, & cum sua vel aliorum sententia pugnat, solet nihilominus dicere, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί. Sic libris de Rep. ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοί, καὶ τὴν ἀλήθειαν βιᾶται, καὶ κύριον εὐδαιμονίας. Vulgarem opinionem eorum recitat qui sufficere imo præstare existimabant, si quis videretur iustus, nõ esset tamen. Addit igitur, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοί, quod non est vt sapientes volunt, sed, vt plerique existimant, vt vulgo sentiunt. Quamuis hoc ad Orpheũ, Musæum & alios referri possit quorum ibi meminit. Sed, vt dixi, parœmiam cum adducerent, vel quia autoris nomen ignorabant, vel quia quod in vsu omnium est ad vnum referri non potest, σοφοῦ nomine vtebantur. Causa hæc fuit. In ea opinione fuerunt antiqui, vt parœmias omnes fragmenta veteris philosophiæ existimarent. Elegantissimus hac de re locus est apud Synesium Encomio caluitiei: vbi ex Aristotele docet qua ratione parœmia omnis σοφὸν dicatur, simulque ea quæ a nobis dicta sunt confirmat. Εἰ δὲ καὶ ἡ παροιμία σοφὸν, πῶς δ᾽ οὐχὶ σοφὸν, περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιᾶς εἰσὶ φιλοσοφίας, ἐν ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομένης ἐγκαταλείμματα περισωθέντα διὰ συντομίαν καὶ δεξιότητα· παροιμία δὴ καὶ τοῦτο καὶ ὅρος ἔχων ἀξίωμα τὸ ὅθεν κατηνέχθη φιλοσοφίας τὴν ἀρχαιότητα. Demetrius Phalereus vbi de familiaritate epistolici characteris agit, monet gratissimam in eo

parœmia-

esse parœmiarum frequentiam, additq. καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνέστω αὐτῇ σοφόν. Locus integer est: Κάλλος μέν τοι αὐτοῖς αἵτε φιλικαὶ φιλοφρονήσεις, καὶ πυκναὶ παροιμίαι ἐνοῦσαι. καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνὸν τῷ αὐτῇ σοφόν. διότι δημοτικόν τί ἐστιν ἡ παροιμία καὶ κοινόν· ὁ δὲ γελοιολογῶν, καὶ περιτρεπόμενος, οὐ δι' ἐπιστολῆς ἐπιλαλοῦντι ἔοικεν, ἀλλὰ μηχανῇ. Vbi manifeste parœmiam σοφὸν vocat, & hoc solum inter τὰ σοφὰ ait esse vulgare & populare. Etiam autores e quibus parœmias citant veteres, quamuis expresso eorum nomine, notauimus σοφοὺς dici, & σοφωτέρους. Est igitur ὡς σοφὸς εἶπεν quod Eustathio κατὰ τὸν σοφὸν εἰπόντα. Anaxilas Comicus dixit, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί, cum parœmiam adducit.

Ἡ δὴ σχεδόν τοι πάντα σοι πλὴν Κτησίου.
Δεῖπνον γὰρ ἐστὶ, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί,
Ἀρχὴν, τελευτὴν δ' οὐκ ἐπίσταται μόνος.

Vt iam necesse sit intelligere studiosos, quid sit quod vir maximus Isaacus Casaubonus in scholio aliquo antiquo se repperisse testatur, postquam diu de hoc loco disputauit, ὡς σοφὸς εἶπεν. ὡς ὁ παροιμιαστὴς εἶπε. quod quem locum hic haberet non magis intelligi poterat, quam ipse Theocriti locus. Sed ad reliqua. In oraculo quod ab interprete de Megarẽsibus citatur, pro ἵπποι Θρηΐκιαι, apud Dipnosophistam est, ἵπποι Θεσσαλικαί. Scimus enim quanto studio rem veterinariam tractarint Thessali: ita vt hoc ipso idyllio introducatur e gente illa ἱπποδιώκτης Θεσσαλός. Quod in fine eiusdem oraculi est, plane est ἀδελφιζόμενον illi Callimachi in epigrammatis,

Νῦν δ' ὁ μὲν ἄλλης δὴ θέρεται πυρὶ, τῆς δὲ ταλαίνης
Νύμφης, ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος οὔτ' ἀριθμός.

Hinc apud Comicum Acharnensibus μεγαρικῶς: quod est δύστηνος ἔσῃ, miser & infelix eris: a miseria & calamitate Megarensium. ita enim malim eo loco, quam quod Græcus interpres:

Κλάων μεγαρικῶς, οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον,

Non potest enim ignorare quot modis miseria & egestas Megarensium κωμῳδεῖσθαι soleat, qui modo Aristophanem gustauit. Sequenti versu legitur,

Καὶ μὴ ἀποσίξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἕρποι.

Vbi lego: Καί μιν ἀποσέρξαιμι. vt sit ἀποσέργειν τινά. Τὸ ἀποσέργειν ita sumptum mirũ quam venustatem habeat. Nam ne hoc quidem quod ita studio se inculcat Suidas, τὸ ἀποσέρξαι αἰτιατικῇ esse κατατρῆσαι καὶ ὑπομεῖναι, hic admittimus. Sed accipimus vt infra in Epigrammatibus, pro deponere ex animo penitus. Sic enim ibi, ἀποσέργειν Δάφνιδος πόθους.

Ἕζεο δὴ τηνεὶ, καὶ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
Εὔχε' ἀποσέρξαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους.

*Consideas illic, & fer pia vota Priapo:*
*Daphnidis vt nostro pectore cedat amor.*

Sicut ibi pastor ille optat ἀποσέρξαι Δάφνιδος πόθους, sic noster Æschines ἀποσέρξαι Κυνίσκαν. Sed & ἀντὶ τοῦ καταφρονῆσαι sumptum ita iungi putamus: qua voce hic autor glossæ vtitur. Quod quia non notatum fortasse doctis viris, locum adducemus. Eustathius ex antiquiore aliquo, quem compilauit in parecbola illa, ait de Apolline, ὅτι καὶ προβατείαν χαίρει τιμίοις ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ λέγεται· τὸ γὰρ ἀγέλαις ἐκεῖ τὰς τοῦ ἡλίου βοῶν καὶ πῶεα προβάτων συνείεται, οὐκ ἀποσέργει δὲ οὐδὲ ὄνους. Sic eleganter dixit Æschines,

Καί μιν ἀποσέρξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἕρποι.

Venustatem intelligunt qui a sacris non alieni sunt harum musarum. Synesius Encomio caluitiei: ἐδήλωσε δὲ ἡ Παρύσατις Ἀρταξέρξην τὸν βασιλέα διὰ Κῦρον τὸν καλὸν ἀποσέρξασα. Nequaquam ab hoc idyllio manus tollenda est, nisi prius notemus quam eleganter senes dicantur γηραλέοι ἀπὸ

κροτάφων. Ἀπὸ hoc modo cum casu patrio, Dorica præpositio est, pro κατὰ· συνεκδοχικῶς ἀπὸ κροτάφων, est, κατὰ κροτάφους: sicut ὑπὸ στέρνων infra, est, κατὰ στέρνα. Cygnus infra θῆλυς ὑπὸ χροιᾶς dicitur, quod albus colore candidusque esset, hoc est, τὴν χροιάν. Idyllio 16.

> Τίς δ' αὖ ἀεισμένας Λυκίων ποτὲ, τίς κομόωντας
> Πριαμίδας, ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω,
> Εἰ μὴ φυλόπιδας προτέρων ὕμνησαν ἀοιδοί;

## CAP. XXI.

*Διαθρυλάζουσαι percurruntur.* ὁ παράσειρος. παρήορος. παράσειροι. τῷ ζυγῷ χρησιμεύειν. ὁκοῖα θεοῖς ἐδόκει. δεδόκω. μορμὼ δάκνει ἵππος. μορμὼ *aduerbialiter.* Τρυγόνες ἐκ ταὔσοιο. *emendatus poëta.* ταῦσος. πλατυάσδειν. Πελοποννασιστί. *Locus poëtæ explicatus.* κενεὰν ἀπομάττειν. ἀπομάξαι. χρυσῷ παίζεσ' Ἀφροδίτη. *ludus. alia.* Δευκαλίωνες. Δευκαλίδαι. *alia.* πεινᾶντι μὴ αὐτῆς. ἀντιπάζε.

NON est dubium quin Sophron in γυναικείοις mimum aliquem fecerit, quo lepide & quasi digito sublato muliebrem ἀδολεσχίαν & linguæ intemperantiam persecutus sit: quem hoc idyllio noster poëta sit exprimere conatus, in quo multa sibi permittit, quæ, quia e triuio sunt, maximam venustatem habent: quandoquidem in eiusmodi sæpe ne a solœcismis temperarit Sophron, vt ex veterum iudiciis scimus. omnia enim facillime excusantur & placent διὰ τὸ ἄτακτον τῆς γυναικείας ἑρμηνείας, quā ex illo expressit noster poëta. In hoc mulierum altera maritum suum, quem vanitatis notat, παράορον vocat. Vbi notant Grammatici: ἐκ μεταφορᾶς τῶν παρηόρων ἵππων, οἵτινες τῷ ζυγῷ οὐ χρησιμεύουσιν. Omnium equorum qui τέλειον ἅρμα trahebant minime aberrabant illi quos ζυγίους vocabant, & ζυγίδας, qui sub ipso iugo trahebant, medius dexter & medius sinister. at illi qui παράσειροι dicebantur, & παρήοροι nimium frequenter. hoc est, nisi fallimur, quod dixit, τοὺς παρήορους τῷ ζυγῷ οὐ χρησιμεύειν. Venustissimum dictum est quo vtitur ἐν παρενθήκῃ orationis suæ loquax illa Praxinoa, cum inquit, ὁκοῖα θεοῖς ἐδόκει. quod eandem vim habet cum illo vsitatissimo, ζῶν θεοῖς.

> Παῦσαι· ὁκοῖα θεοῖς ἐδόκει, ποιαῦτα λέλημμαι.

Cuius prouerbii sensum alio quam vrbanissime torquet Stratonicus apud Athenæum: qui cum duos haberet discipulos, & in eodem auditorio imaginem Musarum & Apollinis; rogatusq. aliquando, quot discipulos haberet; respondit, δώδεκα ζῶν θεοῖς. Sed potuit scripsisse poëta, δεδόκει. ὁκοῖα θεοῖς δεδόκει. δεδόκω præsens Doricum est, vt δεδύκω. Gorgo vt infantem suum in officio contineat, vulgari illo matrum & nutricularum more, Lamiam minatur his verbis,

> — μορμὼ δάκνει ἵππος.

ad quæ verba ita notat aliquis e Græcis: ἀπέστρεψε τὸν λόγον πρὸς τὸ παιδίον τὸ κλαῖον· καὶ φησὶν, οὐκ ἄξω σε τέκνον μετ' ἐμοῦ, ὅτι ἡ μορμὼ ἵππος δάκνει. εἰς κατάπληξιν τοῦτο ἔλεγον, ὅθεν καὶ τὰ προσωπεῖα, μορμολύκεια ἔλεγον. Valde, meo iudicio, ridicule & inepte. quem secuti Latini interpretes verterunt: *larua foris est, mordet equus.* Torsit eos procul dubio ibi μορμὼ, cui idoneam rationem non inuenerunt. Est autem μορμὼ in similibus locis nihil aliud quam ἐπίρρημα, aduerbium Græcum, Latina interiectio, quæ pro φεῦ ponitur in abominationibus.

bus. Sic Comicus μορμὼ τῆς θρασύτητος dixit, pro φεῦ τῆς θράσους. ita hoc loco μορμὼ δάκνει ἵππος, nihil aliud eſt, quam, φεῦ τοῦ ἵππου δάκνοντος. Cum legitur,

> Παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι.
> Τρυγόνες ἐκκναισεῦντι, πλατειάσδοισαι ἅπαντα,

non dubium eſt quin ſcripſerit, Τρυγόνες ἐκ ναύσοιο. ναῦσος ſicut νᾶσος Dorum & Siculorum eſt, qui ita vocabant ſuam Σικελίαν, abſolute, vt ſupra diximus. Poeta vrbaniſſime τὰς δωριζούσας & ore lato omnia pronunciantes, τρυγόνας ἐκ ναύσοιο vocat: quo vtrunque notatur, ἡ ἀδολεσχία, καὶ ὁ τῆς διαλέκτου πλατειασμός. Idyll. 16. abſolute Sicilia νᾶσος dicitur.

> Ἐχθρὸς ἐκ νάσοιο κατὰ πλέον ἐκ κλύδωνι.

Dores & Siculi πλατειάζειν dicebantur a Græcis reliquis, ob frequentem τοῦ ᾱ concurſum: quo tota illorum dialectus χαρακτηρίζεται. Id quod noſter Theocritus dixit πλατειάσδειν ἅπαντα, Demetrius Phalereus dixit πλατέα λαλεῖν ἅπαντα. Verba eius ſunt: Τὸ δὲ ὀγκηρὸν ἐν τρισίν, πλάτει, μήκει, πλάσματι· οἷον βροντά, ἀντὶ τοῦ βροντή. καὶ γὰρ τραχύτητα ἐκ τῆς προτέρας συλλαβῆς ἔχει, καὶ ἐκ τῆς δευτέρας. μῆκος μὲν διὰ τὴν μακράν· πλατύτητα δὲ διὰ δωρισμόν· πλατέα λαλοῦσι γὰρ πάντα οἱ Δωριεῖς. Hoc ſcomma tam viſitatum, excuſat Doricarum mulierum altera, cum ait, Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες. Diximus ναῦσος ἀντὶ τῆς νῆσος Siculorum eſſe, vnde ναυσίποδες apud Grammaticos. Scribe & hic, Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες. Non alio quam ad hunc locum reſpexit technicus, qui notauit, Πελοποννασιστὶ, pro Πελοποννησιστὶ Dorum eſſe. Poëta autem hoc Idyllio non minus τοὺς ἄγαν δωρίζοντας tangit, quam Comicus Megarenſes alibi. Sed ne Praxinoë quidem pro parte ſua deeſt, nec tantam hominis inciuilitatem impunitam dimittit. In cuius verbis operæ pretium eſt notare illud,

> — οὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.

Qui locus inter eos eſt qui minime intellecti noſtro tempore fuerunt. Quæ enim viri maximi afferunt non poſſunt nobis ſatisfacere. Quibus male volebant antiqui, aut quos decipiebant, iis ſolebant menſuram, qua aliquid affundebant, vt puta τὴν χοίνικα, ἀπομάττειν, id eſt, abſtergere, ne vel minimum darent vltra quam debebant. Sic apud Lucianum ἐν Πλοίῳ ἢ Εὐχαῖς ait quidam, ſe reliquis omnibus quibus bene volebat, largiſſima menſura opes ſuppeditaturum; illi autem a quo ridebatur χοίνικα tantum, καὶ ταύτην, inquit, ἀπομεμαγμένην. Locus elegantiſſimus eſt, & qui plane aſcribi meretur: Τοῖς φίλοις δὲ ὑμῖν, Σαμίππῳ μὲν εἴκοσι μεδίμνους ἐπισήμου χρυσίου ἀπομετρῆσαι τὸν οἰκονόμον ἐκέλευσα ἄν, Τιμολάῳ δὲ πέντε χοίνικας, Λυκίνῳ δὲ χοίνικα, ἀπομεμαγμένην καὶ ταύτην, ὅτι λάλος ἐστί, καὶ ἐπισκώπτει μου τὴν εὐχήν. id eſt: *Vobis vero amicis meis, ac primo Samippo, viginti medimnos auri ſculpti admetiri iuſſi diſpenſatorem meum. Timolao autem quinque chœnicas, Lucino non plus quam vnicam, & illam quidem abſterſam prius: quia oppido quam loquax eſt, & votum meum exſibilat.* Hinc ἀπομάκτραι dicebantur ligna illa quibus menſuras abſtergebant. Heſychius: ἀπομάκτραι, ξύλα, τὰς σκυτάλας, ἐν αἷς ἀποψῶσι τὰ μέτρα. Quas σκυτάλας nos Belgæ vernaculo idiomate *ſtrijckſtocken* dicimus: τὸ ἀπομάττειν enim & τὸ ἀποκρίνειν, & τὸ ἀποψᾶν nobis eſt *ſtrijcken*. Praxinoe igitur homini maleuolo reſpondet, οὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς. non vereor, inquit, ne tu qui mihi nihil admetiris menſuram abſtergas. non metuo ne mihi noceas qui numquam prodeſſe potuiſti. Cum dicit κενεὰν, intelligit ἔξωθεν χοίνικα. Hic ſenſus eſt horum verborum, hæc mens. Propterea non delirat hic more ſuo Græcus interpres, quod exiſtimant viri incomparabiles, quorum

opinio.

opinionem secuta est versio vulgaris, cum ἀπμίξης ἀποψήστης interpretatur. Multum quæsiuerunt docti in elegantissimo carmine quo Adonia celebrantur, cur Venus dicatur χρυσῷ παίζοισα.

> Δέσποιν' ἃ Γολγόν τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας,
> Αἰπεινάν τ' Ἔρυκα, χρυσῷ παίζοισ' Ἀφροδίτα.

Qui locus quomodo sit intelligendus, in Horatianis prælectionibus nuper ostendimus. Cogimur autem ab incomparabili viro dissentire, qui legebat χρυσῶ παίζοισα, secundo casu Dorico: vt precium designet. Item ab altero, qui χρυσοπαίζοισα legit. Quicquid Deo alicui propriũ existimabant, sicut Cereri sunt fruges, Baccho vites, Palladi olea, id illius Dei ἄγαλμα aut ἄθυρμα dictum fuisse, ne in triuiis quidem ignoratur. Eustathius 1. in Iliadem commentario, ὅτι δὲ ἄθυρμα οἱ βόες τοῦ Ἀπόλλωνι, δηλοῦσι καὶ αἱ Σικελικαὶ ἀγέλαι τῶν βοῶν, ὧν οἱ φίλοι τοῦ Ὀδυσσέως ἔφαγον. Horatio ἄγαλμα *ludus* dicitur: qui bellum, Martis *ludum* vocat. Ode 2. lib. 1.

> *Heu nimis longo satiate ludo,*
> *Quem iuuat clamor galeaque leues.*

Quia ergo χρυσὸς, id est aurum, Veneri consecratum erat, id est Veneris ἄγαλμα, ἄθυρμα, καὶ παῖγμα, erat; sicut Horatius ad verbum *ludus* dixit, Theocritus deam illam χρυσῷ παίζειν ait, atque ita compellat. Est autem schema Theocriticum de quo alibi multa diximus. Παῖγμα idem est quod ἄθυρμα: sed ἄθυρμα designat Dei alicuius ἄγαλμα. Ergo & παῖγμα idem designat. Adi quæ ibi diximus. Mirum est loquendi genus quo Theocritus Milesiorum & Samiorum peristromata extollit, cum ait,

> Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω·
> Ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν καταβόσκων.

Si veteribus credimus, hoc voluit, τάπητες δὲ εἰσὶν οὓς οἱ Μιλήσιοι καὶ οἱ Σάμιοι μαλακωτέρους ὕπνου εἶναι ὁμολογήσαιεν. Aristophanes Ranis:

> Δι. Οὐ γὰρ δὴ γελοῖον ἦν εἰ
> Ξανθίας μὲν δοῦλος ὢν, ἐν
> Στρώμασι Μιλησίοις
> Ἀνατετραμμένος, κυνῶν ὀρ-
> χηστρίδ' εἶτ' ἤτησεν ἀμίδ'. ἐ-
> γὼ δὲ πρὸς τοῦτον βλέπων,
> Τοὐρεβίνθου 'δραττόμην.—

Vbi Grammatici ita de hoc loco notant: ἐν γὰρ Μιλήτῳ καλὴ ἡ τῶν στρωμάτων ἐργασία. καὶ τὰ Μιλήσια στρώματα, ποικίλα, καὶ ἁπαλὰ γίνεται καὶ διάφορα. εἰς βυρσὴν δὲ οἱ Μιλήσιοι διαβάλλονται, καὶ εἰς τὸ στολῆς πλουτηλές. ἐσθῆτές τ' ἐνταῦθα κατεσκευάζοντο ποικίλαι καὶ τάπητες, ὡς καὶ Θεόκριτος· Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω· Ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν καταβόσκων: qui eodem modo intellexerunt. Recte igitur notauit interpres ille qui scripsit, ὡς μαλακῶν ταπήτων ὑπεστρωμένων τῇ κλίνῃ τῆς Ἀφροδίτης. οὓς φησιν ὑπὸ τῆς Μιλήτου καὶ Σάμου ῥηθήσεσθαι μαλακωτέρους ὕπνου, διὰ τὸ παρ' αὐτοῖς εἰς κάλλος τὰ στρώματα γίνεσθαι. Cum poëta dicit,

> Οὔθ' οἱ ἔτι πρότεροι Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες,

Grammaticorum aliquis scribit, Δευκαλίωνες ἀντὶ τοῦ Δευκαλίδαι· ἀπὸ Δευκαλίωνος Θεσσαλοῦ &c. Optime quidem, Δευκαλίωνες, Δευκαλίδαι. Sed qui sint illi Hesychius docet, qui ait, Δευκαλίδαι, οἱ Σάπροι: ne quis miretur cur poëta Lapithas & Deucalionas coniungat. Vltimi Gorgonis versus qui in hac ecloga leguntur, non possunt nobis satisfacere vt iam distinguuntur. Nam quid sibi illa volunt,

> Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον, ἁ θήλεια
> Ὀλβία· ὅσσα ἴσατι πανολβία, ὡς γλυκύφωνος.

Distingue hoc modo:

> Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον ἁ θήλεια.
> Ὀλβία ὅσσα ἴσατι πανολβία ὡς γλυκύφωνος.

Ὀλβία ὅσσα ἴσαπ nihil aliud est, quam, ὀλβία τῆς ἰδμοσύνης. Qui aliter distinxerunt, aut Hellenismi plane imperiti fuerunt, aut certe hoc loco parum memores. Ὀλβία ὅσσα ἴσατι, ὀλβία τῆς σοφίας. beata ob scientiam, & rerum multarum cognitionem. Eadem ratione ὀλβία ὡς γλυκύφωνος, ὀλβία τῆς γλυκυφωνίας ἕνεκα. Hæc ignorare non possunt qui aures in Græcismo subactas habent, nec sunt ξένοι τῶν ποιητικῶν ἡδυσμάτων, καὶ ἀγάστι. Ita οἷος, ὁποῖος, & similia sæpe. Apollon. Μυρομένη, οἵην μιν ἐπὶ συγερὸν λάβεν αἶσα: id est, μυρομένη τῆς δυσυχοῦς αἴσης ἕνεκα, ἢ, διὰ τὴν συγερὰν ἡγοῦν δυσυχῆ αἶσαν. Lucianus ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων: ὑποδυρόμενοι ὁπόσα καὶ ὁποῖα ἔπαχον, &c. Nihil est tritius. Eadem Gorgo cum ἀεὶ ὀργιλότητος καὶ σφοδρότητος mariti sui conqueritur, his verbis vtitur, ἀπευαντί γε μηδ' ἐπὶ τ' ἔνθης. Maritus meus, inquit, impransus bilem in naso gestat: caue illi vnquam esurienti occurras. Hanc sententiam non explet vox Dorica ἔνθης. Scribe; ἀπεναντί γε μηδ' ἐπὶ τ' ἄντης. Ita requirit ipsa parœmia, quæ non multo aliter apud Alexin:

—μὴ γένοιτό μοι μόνῳ
Νύκτωρ ἀπαντῆσαι καλῶς πεπραγότι
Τ' μὴν ἀεὶ τὸν βδελυγμόν..

Ἄντειν autem ἀντὶ τοῦ ἀντᾶν Homero vsitatissimum. Sic in Catalogo poëta,

—ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

Eustathius, τὸ δὲ ἀντόμεναι ἀπὸ βαρυτόνου ῥήματος γίνεται τοῦ ἄντω, καὶ δηλοῖ τὸ συναντῆσαι. Homerus autem & alterum nouit, nimirum τὸ ἀντᾶν. Vnde hoc verbum merito inter ea quæ διφορούμενα dicuntur a veteribus criticis recensetur.

## CAP. XXII.

*Charites & Ptolemeus examinantur.* ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχειν. Ἀλευάδαι. χαλεπαὶ ὁδοὶ ἀοιδᾶν. χαλεπὴ ἔξοδος. Διὸς μέγα βυλόμενος. θεοὶ πάρεδροι. assessores. *Locus poëtæ emendatus. Heraclidæ cum exuuiis leonis.* γρμενίτας Ἡρακλῆς. *Theocriti locus explicatus. Ritus veterum & formula quædam notata. Inscriptio.* Πτολεμαῖος, Βερενίκη, *idyllia Theocriti.*

NON est poëmation in quo plures sunt Veneres & Gratiæ, quam in eo quod a Gratiis inscribitur. In hoc poëta cõmunem causam poëtarũ agit, qui sæpe regibus & principibus delicias suas & ingenii opes tanquam rem mirificam offerre amant. Cum interim illi διογενεῖς malint esurire bonum poëtam ἢ καλὸν γνώσιον πέντε ὀβολῶν τὴν μορφὴν ἀποδιδόμενον. Hoc tempore non melior est conditio γνησίου ποιητοῦ, quam picæ aut psittaci. Interim hoc stat & stabit, *mediocribus esse poëtis Non Dii non homines.* Harum rerum causa est seruile vitium ἡ ἀργυρομανία. Ita merito conqueritur poeta, omnes ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχειν.

Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχων, πόθεν οἴσεται ἀθρεῖ
Ἄργυρον.

Dicebantur ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχειν, id est, manũ sub sinu tenere, οἱ μηδὲν ἀποδιδόντες, qui nihil quicquam largiebantur. Lucianus in sua Dialexi πρὸς Ἡσίοδον. ἢ αἱ μὲν ἔδοσαν, ὥσπερ ὑπέσχοντο, σὺ δὲ ὑπὸ φθόνου ἀποκρύπτεις, καὶ ὑπὸ κόλπου φυλάττεις τὴν δωρεάν. Non debebat alterius meminisse, vt ostenderet luxum regium & magnas impensas quam Aleuæ, a quo Ἀλευάδαι dicti sunt, qui in Thessalia nobilitatis locum primum obtinebant. Ἀλευάδαι, notant veteres, οἱ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας εὐγενέστατοι, ἀπὸ Ἀλεύου τοῦ βασιλέως τὸ γένος ἔχοντες. Cum dixit infra,

— τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες,

habuit in animo antiquum Sardanapali epitaphium, quod alludit lepide.

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Nihil est festiuius quam quod mox legitur, — χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τηλέθοισιν ἀοιδᾶν,
Μουσάων ἀπάνευθε, Διὸς μέγα βουλεύοντος.
cuius festiuitatem vident qui sciunt illa verba, χαλεπαὶ ὁδοὶ, trita prouerbio fuisse. Theocritus autem vbique quasi quasdam parœmiarum parodias habet, vt ita loquar, & lepide mutatis aliquot vocibus eas alio transfert. In hoc consistit totus lepor. Ita Comicus dixit, χαλεπαὶ γυναικῶν ἔξοδοι: de quo cum ad illustrationem illius, tum ad intellectum Theocriti aliquid dicendum est. Notum est in populo Atheniensi singularem fuisse δεισιδαιμονίαν, quæ potissimum se probabat, cum agendum esset περὶ στρατηγοῦ, id est, de eo qui in expeditionem mittendus esset. Dum enim hac de re consultarent Athenienses, si vel nubes, vel fulmina, vel alia signa apparerent, quæ διοσημίας dicebant, dimittebatur ecclesia. Illud autem de quo agebant non tantum ἐκστρατείαν, sed & ἔξοδον dicebant; ipsam nimirum expeditionem. Hinc eleganter simul & vere apud Comicum in Nebulis chorus Nebularum de populo Atheniensi conqueritur, quod cum maxime Deorum omnium vrbi prodessent, quia quotiescunque περὶ ἐξόδων deliberabant illi, signis & tempestatibus monerent vtrum conduceret & expediret ea de qua agebatur ἔξοδος; nihilominus negligerentur tamen nec victimis sacrisque placarentur. Verba eius sunt:

Ὦ σοφώτατοι θεαταὶ, δεῦρο τὸν νοῦν προσέχετε,
Ἠδικημέναι γὰρ ὕμμιν μεμφόμεσθ' ἐναντίον.
Πλεῖστα γὰρ θεῶν ἁπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν
Δαιμόνων ἡμῖν μόναις οὐ θύετ' οὐδὲ σπένδετε,
Αἵτινες τηροῦμεν ὑμᾶς. ἢν γὰρ ᾖ τις ἔξοδος
Μηδενὶ ξὺν νῷ, τότ' ἢ βροντῶμεν ἢ ψεκάζομεν.

Hinc factum vt vulgo diceretur, χαλεπαὶ τῶν Ἀθηναίων ἔξοδοι: quia facillime differebantur, & difficillime procedebant. Comicus id ad mulieres transtulit, & lepidissime dixit, χαλεπὴ γυναικῶν ἔξοδος. quia, dum comuntur, dum moliuntur annus est. Locus Comici est Lysistrate. Vbi mulier excusans moram mulierum ait: — ἀλλ' ὦ φιλτάτη

Ἥξουσι· χαλεπὴ τοι γυναικῶν ἔξοδος.
Ἡ μὲν γὰρ ἡμῶν περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν·
Ἡ δ' οἰκέτην ἤγειρεν· ἡ δὲ παιδίον
Κατέκλινεν· ἡ δ' ἔλουσεν· ἡ δ' ἐψώμισεν.

Tali ratione fere, nec nimium diuersa, nec minus festiua Theocritus noster dixit, χαλεπαὶ ὁδοὶ τηλέθοισιν ἀοιδᾶν: quia frustra egrediuntur. quod nimium sæpe nostris musis hodie contingit. Hæc Comici mens quam diximus, hæc Theocriti quam dicimus. Quod sequitur, Διὸς μέγα βουλεύοντος, Eustathius interpretationem vocis Homericæ μητίετα esse vult. Eius verba sunt hæc: Σημείωσαι δὲ ὅτι μητίετα Ζεὺς καὶ μητιόεις λέγεται, ὃν ἑρμηνεύει Θεόκριτος ἐν τῷ, Διὸς μέγα βουλεύοντος. Illud vero,

— καὶ ὅσσῃ πλατὺ τεῖχος
Ἀσφάλτῳ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευεν,

est quod Latinus poëta in animo habuit cum scripsit, — *vbi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem.* Priusquam manum de tabula, vt vulgo dicitur, percurremus & proximam eclogam, cui a Ptolemæo inscriptionem fecit antiquitas. Non longe a principio illius idyllii dicitur,

— παρὰ δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδὼς
Ἑδριάει, Πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρας.

Amici & parentes regum vel principum,

pum,

pum, qui in numerum Deorum ab ipsis referebantur, θεοὶ πάρεδροι dicebantur. Lucianus ἐν τῷ Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν, vbi de Hephæstione agit ab Alexandro in numerum Deorum relato, παρέδρους καὶ ἀλεξικάκους θεοὺς coniungit. Ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τὴν μειρακιώδη ταύτην τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν, συνεξέκαιον εὐθὺς, καὶ ἀνεζωπύρουν, ὀνείρατα διηγούμενοι τοῦ Ἡφαιστίωνος, ἐπιφανείας τινὰς, καὶ ἰάματα προσάπτοντες αὐτῷ, καὶ μαντείας ἐπιφημίζοντες, καὶ τέλος, ἔθυον παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. Pindarus:

*ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοῖ-*
*μον αὐτῷ πάρεδρον.*

Aliud sunt vulgo in Theologia τῶν ἔξω, θεοὶ πάρεδροι: nam & apud Vitruuium *assessores* proprie dicuntur ex omni Deorũ numero *οἱ δώδεκα, Dii consentes.* Horatius adulans Augusto eũ Herculis & Pollucis πάρεδρον facit his verbis:

*Quos inter Augustus recumbens*
*Purpureo bibit ore nectar.*

præcesserat enim,

*Hac arte Pollux, & vagus Hercules*
*Innixus, arces attigit igneas.*

Alias πάρεδροι sunt quos vulgo σύνθρονους dicebant, eiusdem honoris participes, infinitis locis: & in inscriptione quæ Romæ in campo Martis, ad Isidis, prope S. Stephanum in Caco descripta est, postea vero edita a præstantissimo & clarissimo Iano Grutero in illustri Inscriptionum opere, quod nuperrime muneri nobis misit amicus ille noster, qui iam in Germania columnam literariam fulcit.

ΑΝΤΙΝΟωι
CΥΝΘΡΟΝωι ΤωΝ
ΕΝ ΑΙΓΥΠΤωι ΘΕωΝ
Μ. ΟΥΛΠΙΟC ΑΠΟΛΛωΝΙΟC
ΠΡΟΦΗΤΗC.

Cum legitur,

*Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, θεοὶ νέποδες γεγαῶτες,*

multum quidem viro maximo Isaaco Casaubono debemus, qui docuit, quomodo illud ναι ratione quad[illegible] noua, nec satis obseruata hactenus, retineri possit: legendum tamen, ἑοὶ νέποδες γεγαῶτες, id est, αὐτοῦ siue αὐτῷ ἑωυτοὶ ὄντες. Ita sumo. Huius participii vsus ita vsurpati familiaris est elegantibus scriptoribus. Gaudet, quia illi qui nepotes eius erant, iam immortales vocentur, id est, sint, more Homerico. Non lõge ab hoc versu canit noster Simichides,

*Ἀμφότεροι δ' ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα.*

Propterea Alexander quod ex Heraclidarum genere esset, cum exuuiis τοῦ θηρὸς, eodem modo cum Hercule, conspicitur: quo insigni vtebantur omnes Heraclidæ, vt audiui ex magno Scaligero: nisi ipsius Herculis imberbis vultum esse malimus, qui in nummis Alexandri expressus est. Quod manifestum fiet antiquitatum studiosis e nummo quem ex Abrahami Gorlæi copioso antiquitatum ταμείῳ deprompsi, atque hoc loco exhibendum putaui. Est autem vtrinque talis.





Herculis autem filii, priusquam ille Ἡρακλῆς vocaretur, Ἀλκεΐδαι dicebantur, testibus Pindari interpretibus. Falluntur nonnulli in illo versu,

Ὅπλα καὶ αὐτὴν ἄγουσι γηνῆται Διὸς υἱὸν,

qui γηνῆται, *progenitorem* reddunt. Nihil vanius. Barbatus & imberbis Hercules hodieque in nummis antiquorum distincte repræsentatur. Sed multo minus viri docti habuerunt, quid de illo loco statuerent:

Μοῦσοι δ' ὅδε προτέρων παίδων ἔτι θρεπτὸν κονίης,
Στειβόμενοι καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη.

Multum præstantissimos homines torsit quod hic dicitur. Henricus Stephanus aliquando legebat, κονίης Στειβόμενος καθύπερθε, quod mihi quoque, vt aliquando placuit, ita nunc non omnino displicet. Vir summus Isaacus Casaubonus, κονίη Στειβομένη καθύπερθε; longe alio sensu. Sed ἐκμάσσεται hic est ἀμαυροῦν. Porro tangit poëta vsitatam antiquis formulam, sine qua frustra in hoc loco hærebimus, quæ erat, ΕΠΙΒΕΒΗΚΑ ΣΟΙ, ΥΠΕΡΑΝΩ ΕΙΜΙ, quo vtebantur cum aliquem superare & præuertere vellent, vt potissimum autem de æmulis & aduersariis hoc dicebant, ita nonnunquam latius extendebant, & ad alia referebant. Fiebat autem hoc modo. Vestigium recens ab illo quo se superiorem volebant relictum premebant, ita vt dextro pede sinistro insisterent, sinistro dextrum tangerent. Atque ita deletis prioribus vestigiis clamabant, ΕΠΙΒΕΒΗΚΑ ΣΟΙ, ΥΠΕΡΑΝΩ ΕΙΜΙ. Lucianus Ἑταιρικοῖς. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτό με σφόδρα κατὰ τὸ Φοιβίδος τὸ μίσηθρον ἐδίδαξατο, τηρήσασαι τὸ ἴχνος, ἐπειδὰν ἀπολίπῃ, ἀμαυρώσαντα ἐπιβῆναι τῷ μὲν ἀριστερῷ ἐκείνης τὸν ἐμὸν δεξιόν, τῷ δεξιῷ δὲ τὸν ἀριστερὸν ἔμπαλιν, καὶ λέγειν, ΕΠΙΒΕΒΗΚΑ ΣΟΙ, ΥΠΕΡΑΝΩ ΕΙΜΙ. Expressit singula Theocritus. Nam ἐκμάσσεται est ἀμαυροῦν. στειβόμενος καθύπερθε est ἐπιβαίνειν. Præterea ἔτι θερμά; pro, adhuc noua & recentia poni, nouum non est. Sed priusquam ex hoc idyllio nos alio conferamus, illud dicendum est: Non esse dubium, quin eius inscriptio simpliciter fuerit ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ. Scripserat duo eiusmodi Theocritus, quorum alterum ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ alterum ΒΕΡΕΝΙΚΗ inscriptum fuit. Alterum Ptolemæi, alterum matris ipsius laudes continebat, quæ tum temporis in Deorum numerum relata fuit. Illius tanquam Deæ præsentis memoriam celebrabat idyllio illo ex quo versus aliquot citat Athenæus lib. 6. quos vt legendi sunt emendaram. Postea tamen deprehendi ita a Iosepho Scaligero omnium doctorum principe editos esse.

Αἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγρο(ς?) ... καὶ ὄλβον
Ἐξ ἁλὸς, ᾧ ζωὴ (τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα)
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθὺν,
Ὃν λεῦκον καλέουσιν (ὁ γὰρ θ' ἱερώτατος ἄλλων)
Καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
Ἔμπλεα.

Quæ in illa ecloga de Berenices laudibus, plenaque in Ægyptum potentia, postquam inter homines esse desiit, dicta fuerunt, illustrat mirifice nummus antiquissimus, quem in c. v. Abrahami Gorlæi penu, qui in Batauia nostra Athenas Atticas, non minus quam Romam ipsam, erexit, aliquando vidimus: is cornucopiam in altera parte, in altera Berenicen habet: quo amplissimam eius potestatem ad donandum terræ ὄλβον, πλοῦτον, καὶ εὐκαρπίαν denotabant. Est autem talis.

Menelai






Menelai Epithalamium, aut, vt inscriptio habet, Helenæ, quod postea sequitur, præcedit paruum quoddam idyllium, siue Theocriti siue alterius poëtæ; argumenti suauissimi, de Amore furunculo seu κηριοκλέπτῃ. Nos cum in eo nihil annotemus, vtque iucundo aliquo ferculo hoc caput claudamus, adiiciemus hic similis argumenti poëmation nostrum, quod ΠΑΡΟΙΝΟΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗ, siue EBRIA VENVS, a nobis inscriptum fuit: eo magis quod character eius quoque sit Doricus.

## ΑΦΡΟΔΙΤΗ ΠΑΡΟΙΝΟϹ.

Ἀγλαὰ Κυθέρεια σὺν υἱεῖ καὶ Χαρίτεσσιν.
Πλάζετο κατ᾽ ἐν ὄλυμπον, ὅπα θρό-
νος ἵσταται Ἥρας,
Ζανὸς ἐποιχομένοιο ποτ᾽ αἰθέρας αἴθοντας
Αὔς.
Ἀμβροσία δέ οἱ ἁδὺ ποτέπνεεν· ἐκ δὲ κυ-
πέλλων
Νέκταρος ἀθανάτοιο κεδάζετο πάλοθεν
ὀδμά.
Ῥῖνα μέν οἱ τύφεν γλυκερὸν ποτόν· ἁ δὲ γε-
λεῦσα
Ἐκ κυάθων ἤρυσσε καὶ ἔκπιε, πολλὰ δ᾽ Ἔρωτι
Ἔγχεε μειδιόωντι· μέθυ δέ οἱ ἐκ νόον ἔσπα.
Νῦν δὲ μεθυσφαλέοισα κατ᾽ οὐρανὸν ὤρχαῦ
ἀλᾶται,
Καὶ χθόνα πᾶσαν ἐφέρπει· Ἔρως τὰς αἴγεας
ἕλκων,
Τὰς δὲ κόρας Κυθέρεια· φυλάσσετε μή τις
ἀπατῇ,
Ἀ μανία μὲν ἀρέσκει, ἀτὰρ νόον αἴδεο δα-
μάσθαι.

## Cap. XXIII.

*Epithalamium Helenæ. Scholia in Epithalamium.* ποσσὶ περιπλέκτοις. περιπλέγδην χορεύειν. πλέγμα. περιπλέξ. *Theocritus emendatur.* ὡς αἰύσαιο. αἰύειν τὸ βραβεῖον. αἰύειν τὸν ἀμνόν. ὤλλοι & ὦλλοι. *Locus Theocriti ἀδιανόητος.* μή τι πάθητε. ὁ πρᾶτος ἀοιδός.

Restant idyllia aliquot sine veterum glossis & collectaneis criticorum, quibus aliquot capita debentur: vt videamus obiter si quid in iis, ab aliis prætermissum sit. ita tamen vt labor hic potius necessarius quam accersitus videatur. Eorum primum est suauissimum poëmatium quod Ἑλένης ἐπιθαλάμιος inscribitur. nisi quod in Romana editione etiam in hoc scholia extant aliquot & glossæ; quas quia ignorabit quem secuti sumus codex, hic eas exhibebimus. Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον, Ἑλένης ἐπιθαλάμιος. Καὶ ἐν αὐτῷ τινὰ εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης ἐπιθαλαμίου. Τῶν δὲ ἐπιθαλαμίων, τινὰ μὲν

ᾄδεται ἑσπέρας· ἃ λέγεται κατακοιμητικά. ἅτινα ἕως μέσης νυκτὸς ᾄδουσι. Τινὰ δὲ ὄρθρια· ἃ καὶ προσαγορεύεται διεγερτικά. Τὸν δὲ ἐπιθαλάμιον ᾄδουσιν αἱ παρθένοι περὶ τοῦ θαλάμου, ἵνα τῆς παρθένου βιαζομένης ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἡ φωνὴ μὴ ἐξακούηται· λανθάνῃ δὲ κρυπτομένη διὰ τῆς τῶν παρθένων φωνῆς. Πρώϊζα] ἤγουν, πρωϊνός· παρὰ τοῦ δέοντος. Νεολαία] νεολαία ἐστὶ κυρίως ὁ ἐκ νέων λαός. Ἔξ ὄλπιδος δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐκ ληκύθου. Μενελάου δὲ καὶ Ἑλένης ἀναγράφονται παῖδες, Σωσιφάνης καὶ Γόλμος· οἱ δὲ Θρόνιον. Θυγατέρες δὲ, Μελίτη, καὶ Ἑρμιόνη. De imitatione quod dicit Stelichori, puto, verum eſt. Multa enim ille περὶ τῆς Ἑλένης edidit τὰ μὲν ἐγκωμιαστικὰ, τὰ δὲ διασυρτικά. Primus præterea hymnum bucolicum accurate conſcripſit, cuius idea κατὰ τὸ ἀτυχέστατον hic obſeruatur. Videtur præterea argumentum fuiſſe valde tritum ὁ Ἑλένης γάμος: ita vt technici Rhetores cum methodum τῶν γαμηλίων docent, hoc exemplo vtantur. Sicut Dionyſius: ἤδη παραθετέον καὶ μνηστέον καὶ ἐνδόξων γάμων ἢ ἀρχαίων, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων ἀγαθὰ ἐγένετο τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὡς ἡ ἀποβολὴ τῶν δυσχερῶν διὰ γάμου· οἷον ὅτι Μενέλεως ἀθάνατος ἐγένετο διὰ τὸν γάμον τῆς Ἑλένης: hoc eſt quod poëta toties:

> Ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
> Ἐς Σπάρταν. &,
> Μοῦνος ἐν ἁμιθέοις Κρονίδαν Δία πενθερὸν ἑξεῖς.
> Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ ταν μίαν ᾤχετο χλαῖναν.

quæ omnia ſunt pigmenta e ſchola Rhetorum. Καταχλάξαι Doribus vox nuptialis eſt, ſicut Adoniazuſis ἀποκλάξαι,

> — ἔνδοι πᾶσαι, ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας.

Menelaus dicitur κατακλάξαι τὴν Ἑλένην, hoc eſt, καταζεύγνυσθαι, κατακλεῖσαι. Non ſatis aſſecuti ſunt viri docti iſtos verſiculos,

> Ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτεῖσαι
> Ποσσὶ περιπλέκτοις, περὶ δ' ἴαχε δῶμ' ὑμεναίῳ.

Περιπλέκτοις ποσὶ non eſt quod arbitrantur. Περιπλέγδην dicuntur χορεύειν, qui chorum circumagunt, qui in orbem ſaltant. Heſychius περιπλέγδην exponit περιβάδην. Eſt autem e palæſtra deſumptum: πλέγμα enim illis eſt τὸ βῆμα, vt notat idem. Οἱ γὰρ ἀλεῖπται τὸ βῆμα πλέγμα λέγουσι. Et περιπλὴξ exponitur περιειληφώς. Mirum nemini obſeruatam abſurditatem vocis ἀυτὸν in illo verſu,

> Εὕδειν μὲν χρήζοντα, καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τύ.

Scribendum,

> Εὕδεν μὲν χρήζοντα, καθ' ὥραν ἄδδεν ἐχρῆν τύ.

vt ſit infinitiuus Doricus. Si, inquit, dormire tibi mens eſt, ſuo tempore dormiendum eſt. Nihil verius. Mox legitur,

> — ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
> Ἐς Σπάρταν, ὅσσοι ἄλλοι ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο.

qui locus in mentem nobis reuocat, quod ſupra monendum fuerat, de eleganti apud Theocritum vſu vocis ἀνύειν. Ἀνύειν τὸ βραβεῖον dicunt, e victoria præmium reportare. quod longe ab interpretum mente abeſt: qui hic neſcio quid intelligunt. Interpres Sophoclis, καὶ ἀνύω τὸ βραβεῖον, ἤγουν τὸ σπουδάσας λαμβάνω. Ita idyllio ϛ. Ἀνύειν τὸ ἀμνίον, nihil eſt, quam cantando mereri. Hoc loco, Veniſti, inquit, Menelaë ad Spartanos, vbi tam multi proceres erant, qui omnes idem petebant, qui tecum certabant, vt præmium ab omnibus reportares, Ἀνύειν eſt τὸ λαμβάνειν. vt in illo Comici Pluto: Κἂν τοῦτ' ἀνύσῃ, τριακόσια βούλεται, Ἤ φησιν, οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον. Ὡς ἀνύσαιο, τὴν Ἑλένην nimirum. ſicut ſupra τὴν ὑβάλαν τὸν ἀμνίον. Quædam editiones habent ὅσσοι ἄλλοι ἀριστέες, & ſimilia vbique: non bene. Alterum enim Doricum, alterum recentis

tis Ionismi est. Id ipsum ex poëta probare est, qui quanuis Ionicus nunquam hac synalœpha vsus fuit, vt iudicabant antiqui: a quibus explosus fuit Zenodotus qui legebat, Ὦ'λλοι μὲν ῥὰ θεοί τε καὶ ἀνέρες. Vbique certe apud Theocritum pro ὤλλοι ἄλλοι, pro ὠφρόνηστος ἀφρόνηστος scribendum. Nec enim frustra est illa veterum obseruatio. Versiculi illi sunt ἀδιαφόρητοι καὶ οὐκ ἄφρασοι, vt Aristoteles loquitur:

> Τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος, ἐπεί χ' Ἑλένα παρισωθῇ.
> Ἀ'ῶς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
> Πότνια νὺξ ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος·
> Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν,
> Πιείρη, μεγάλη.

Vix est e numero doctorum qui non aliquid excogitarit: nos transpositione & interpunctione turbatos esse putamus. Estque hæc emendatio vera, aut vero proxima:

> Τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος, ἐπεί χ' Ἑλένα παρισωθῇ
> Πότνια· νυχθ' ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος·
> Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν,
> Πιείρη, μεγάλη.
> *Horum nulla caret mendo, si Tyndaris adsit*
> *Pulchra: velut noctu post albi tempora veris*
> *Extollit Matuta suos pulcherrima vultus:*
> *Aurea sic Helene cœtu splendebat in illo,*
> *Et valida & procera.*

Sed ipse mihi nondum satisfacio: cur enim aliud quam sentio loquar? In vltima Epithalamii parte iam decessuræ precantur virgines,

> —ἔγρεσθε δὲ πρὸς ἀῶ· μή τι λάθησθε.

non dubitarim scribere, πάθησθε. Dormitum euntibus antiqui vsitata formula precabantur ὕπνον ἐγέρσιμον. Sicut hic, μή τι πάθησθε, ita alibi, ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε. Indicat venustatem euphemismi huius aperte Plato, qui opponit τὸ παθεῖν τῷ ζῆν. Ἀ'ξ. Πῶς φῂς ὦ Σώκρατες; Σω. ὅτι περὶ μὲν τοὺς ζῶντας, οὐκ ἔστιν. οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν. ὥστε οὔτε περὶ σὲ νῦν ἐστιν· οὐ γὰρ τέθνηκας· οὔτε εἰ τι πάθοις, ἔσται περὶ σέ. Et Lucianus Ἐ'ταιρικοῖς: Ὦ'στε ὦ Χρυσὶ καὶ σὺ χρῶ ἐπὶ τὸ Γοργίαν τῷ αὐτῷ φαρμάκῳ. πλέιστος ὁ νεανίσκος ἔσται, ἣν τι ὁ πατὴρ αὐτοῦ πάθῃ. Promittunt se redituras postea αἱ λάκαιναι quæ Epithalamium canunt, vt διεγερτικὸν modulentur, absoluto κατακοιμητικῷ,

> —ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς
> Ἐ'ξ εὐνᾶς κελαδήσῃ ἀνασχὼν εὔτειχα δειρήν.

Vbi ὁ πρᾶτος ἀοιδὸς opponitur secundo & tertio gallicinio. Ὁ πρᾶτος ἀοιδὸς, est, ἡ πρώτη ἀλεκτρυοφωνία.

## Cap. XXIIII.

*Βουκολίσκος & Ἀ'λιεῖς duo idyllia excutiuntur. πλαγίαυλος. πλάγιος αὐλός. πλάγιος κάλαμος. μέχρι σύριγγος καὶ τοῦ πλαγίου καλάμου σοφός. Locus poëtæ emendatur. εἰς ἅμα. alter in Piscatoribus. Ἀ'τιδὸς Sophronis. Theocriti locus iterum emendatus. αὐτόματος μέμφεσθε. τὸ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ: interpretatio loci & emendatio. alia quædam.*

AIT simplicissimus βουκολίσκος postquam diu de iniuria sibi facta conquestus est:

> Ἀ'δὺ δέ μοι τὸ μέλισμα, καὶ ἢν σύριγγι μελίσδω,
> Κἢν αὐλῷ λαλέω, κἢν δώνακι, κἢν πλαγιαύλῳ.

Homines agrestes multumque a curis vrbanis remoti dicebantur lepido dicto

cto σιφῶ μέχρι πλαγίω καλάμω καὶ Σύριγγος. Lucianus: μέχρι τῆ πλαγίω καλάμω καὶ τῆ Σύριγγος πρὸς ἐγώ· τὰ δ' ἄλλα αἰπόλω. Dicebatur autem & diuise πλάγιος αὐλὸς & πλάγιος κάλαμος. Doctissimus Brodæus legebat πλαγιαύλῳ: quem vide. Corruptus manifeste est iste locus circa finem:

— ἀπ' ἐλύμπω δὲ μολοῖσα
Λάτμιον ἂν νάπος ἦλθε, καὶ εἰς ἕνα παιδὶ καθεῦδε.

Ad cuius emendationem viri docti maiorem conatum attulerunt, quam successum. Romana editio perspicue habebat, καὶ εἰς ἱμά: ex quo parua mutatione scribendum est, καὶ εἰς ἅμα: quod non intellexerant editores. Εἰς ἅμα dicitur, vt εἰς ἅλις, vt εἰς τρίς: in quibus omnibus τὸ εἰς περιττὸν, & manifeste abundat. In Pharmaceutria,

Ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ.

Idyll. 25. εἰς ἅλις.

— ἐπεὶ μυρία πᾶσιν
Λειμῶνες τὸ φέροιεν ὑπόδροσοι εἰαμεναὶ τὸ
Εἰς ἅλις.

Sicut ἐς δὶς, ita εἰς ἅμα. Εἰς ἅμα τῷ παιδὶ καθεύδειν, vna nimirum simulque cum puero dormire: quod est verissimum. Brodæus emendarat ἐς στόμα.

Ἐνδυμίων δ' ἔτι τίς ἦν; ὁ βωκόλος; ὅντε Σελάνα
Βωκολέοντα φίλασεν· ἀπ' ἐλύμπω δὲ μολοῖσα
Λάτμιον ἂν νάπος ἦλθε, καὶ εἰς ἅμα παιδὶ καθεῦδε.

Poëta in principio vigesimæ & primæ eclogæ φιλολογιζόμενος de piscatorum inopia, quibus partes sermonis tribuit, ait,

Οὐδ' εἷς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κυνέα.

Quæ emendatio est doctissimi viri Iohannis Aurati, cum antea legeretur, εἶχ' οὐχ' ἕνα. Incomparabilis Scaliger cum videret hæc sacra non indigere τῆ κυνὸς, quæ vox hic omnino esset περιττὰ, emendabat, οὐ χόα. Sed legendum est, οὔ τινα.

Οὐδ' εἷς δ' οὐ χύτραν εἶχ' οὔ τινα.

οὐδεὶς οὐδεμίαν χύτραν εἶχε. quoties apud poëtam οὔτις pro οὐδεὶς & οὐδεμία ponatur notare non necesse arbitror. Citatur ab Athenæo Ἁλιεὺς Sophronis: quod efficit vt existimem & hoc idyllium poëtam nostrum e mimo aliquo formasse. Supinæ librariorum negligentiæ monent nos isti versiculi:

B. Ἀσφαλίων, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος· οὐ γὰρ ὁ χωρὸς
Αὐτομάτως παρέβα τὸ ἑὸν δρόμον· ἀλλὰ τὸ ὕπνον
Ἁ φρόντις κόπτοισα; μακρὰν τὰν νύκτα ποιεῖ τιν.

Cuius certe sententiæ sensus & perspicuitas monere debebat emendatores, ne quid tentarent. Præmiserat piscator alter:

A. Ψεύδοντ' ὦ φίλε πάντες ὅσοι τὰς νύκτας ἔφασκον
Τῶ θέρεος μινύθειν, ὅτε τἄματα μακρὰ φέρει Ζεύς.

*Falluntur amice omnes, qui noctes existimant*
*Æstate contrahi: cum dies longiores sunt.*

Accusarat anni tempestatem, quod in eo reprehendit alter, ostenditque non penes æstatem culpam illam, sed penes ipsum esse. Talis igitur aut similis sensus esse debuerat. Frustra, o Asphalion, æstatem accusas: nec enim tempus vnquam metam suam prætergreditur. Multum hic se torsit olim Henricus Stephanus. Illud οὐ γὰρ, sensum ostendit plane ἀνάρμοστον esse, & qui cum præcedenti parum cohæret. Manifesta facta est transpositio non versus integri sed vocis primæ, quæ secundi versiculi locum obtinere debuit, & alteri suum relinquere. hoc modo:

Αὐτομάτως μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος· οὐ γὰρ ὁ χωρὸς

Ἀσφα-

Ἀζραλίων, περίεβα τὸ ἴον δρόμον.

id eſt, μάταν μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος: Fruſtra nimirum, & ſine ratione accuſas pulchram æſtatem. manifeſta ſcribæ hallucinatione: quem ſenſum lectori non præſtant ea quæ habemus, cum tamen reliqua omnia quæ præcedunt & ſequuntur, eum promittant, flagitentque. Non poſſum dubitare. Porro τὸ αὐτόματος ita ſæpe accipitur. Illi verſiculi quos emendarunt viri docti,

> Οὐ γὰρ νικάξῃ κατὰ τὸν νόον· ἀλλ' ἄριστος
> Ἐστὶν ὀνειροκρίτας, ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς,

ſunt ex illo Euripidis,

> Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς,

qui apud Plutarchum legitur. Hunc vertit Cicero,

> *Qui bene coniexit, vatem perbibebo optumum.*

Quod mirum eſt prætermiſiſſe illos qui eum e Cicerone adducunt, vt probẽt legendũ, Ὃς γὰρ ἂν εἰκάξῃ κατὰ τὸν νόον. quo verbo vſus eſt ipſe Euripides: qui tamen εἰκάσῃ ſcripſit potius, vt vertit Cicero, quam εἰκάζει: vt & Theocritus. Nimium diu viris doctis aqua hæſit in loco illo:

> — τί γὰρ ποιεῖν ἂν ἔχοι τις
> Κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύματι, μηδὲ καθεύδων
> Ἄσμενος ἐν ῥάμνῳ; τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ·
> Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν.

Non dicam hic quantum laborarint viri præſtantiſſimi: ſatis eſt ſi mens loci & elegantiſſimi prouerbii noſtra opera fiat conſpicua: quod ſperamus. Scribendũ, Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγαν τόδ' ἔχειν. Prouerbium Theocriticam venuſtatem præ ſe ferens. Conqueritur piſcator ille obitèr & ſignificat océioſum ſe plane, longeque opulentiam a ſe abeſſe; non eſſe tamen quod ſollicitus ſit, cum τὸ λύχνιον ἐν τῷ πρυτανείῳ ſit: quod quidem λύχνιον ſemper habet τὸ ἄγαν. Intelligit lychnum qui Athenis in gratiam Vulcani πῦρ ἀθάνατον habebat, ſicut Romanorum Veſta: ita vt perpetua ei ignis materies ſubminiſtraretur. de quo Nonnus,

> Ἠρεμέεις Ἥφαιστε, καὶ οὐκ ἀλέγεις Μαραθῶνος,
> Ἢ χθιζὰς ἀγάμου γάμιον σέλας· οὔ σε διδάξω
> Μυστιπόλοις σπινθῆρας ἀειφανέος σέο λύχνου.

Iam cur dicat λύχνιον illud ἀεὶ ἄγαν ἔχειν, cum a Nonno ἀειφανὴς λύχνος dicatur, non puto quærendum. Per τὸ ἄγαν deſignatur abundantia opulentiaque. Hunc locum ita puer admodum ante annos aliquot interpretandum legendumque in literis meis ad incomparabilem virum Ioſephum Scaligerum oſtenderam: quo tempore aliquamdiu cum grauiſſimo languore luctatus in ædes paternas me ſubduxeram, vbi pleraque in Theocritum notabam, totum Athenæum & Suidam percurrebam, multiſque locis iuuabam: Heſychium autem mendis infinitis corruptũ ſupplebam emendabamq. vt alibi a morbo quieſcerem. Poſtea vidi maximum Caſaubonũ in Animaduerſionibus ad Athenæũ, quo opere, meo iudicio, in his ſtudiis nihil conſummatius, plenius, vberius, vnquam ab vllo criticorum eſt editum, qui nos in notis ſuis ad Theocritum eo remittit, fere idem de ſenſu iudicare: nondum autem ita emendaſſe. Mihi nihil videtur venuſtius. Cum idem piſcator ait,

> Τὼ χέρε τεινόμενος, περὶ κνώδαλον εὗρον ἀγῶνα.

Diſtingue hoc modo:

> Τὼ χέρε τεινόμενος περὶ κνώδαλον, εὗρον ἀγῶνα.

Cum vero idem,

> Καὶ νύξῃ χαλεπῶς. καὶ οὐ φάγον ἔτρεχα,

ſcribo, Καὶ νύξεν χαλεπῶς, id eſt, *& grauiter*


uiter

*uiter me pupugit:* nam quod interpretes, *& pungere grauiter*, vanum est.

## CAP. XXV.

*Aliquot idyllia emendantur. gallorum pugna Athenis.* ἡττήθης ἀλεκτρυών. ἐν ὁμοίῳ. ἐν ἴσῳ. *Locus poëtæ emendatur.* θὴρ, ἀντὶ τοῦ λέοντος. ἰδεῖν ἀνάγκαν. ἀνάγκα *Doribus.* ἀναγκαῖον. *Theocritus semel & iterum emendatus. Iterum in* Ἡρακλίσκῳ. ἄρτος Δωρικός. πέλαγος.

MIRA fuit cum aliorum Græcorum tum potissimum Atheniensium circa res minutas vilesque occupatio, qui non solum gallos gallinaceos committebant, sed & ad eorum spectaculum lege publice lata populum conuocabant. Ipse Solon apud Lucianum ἐν τῷ περὶ γυμνασίων. Καί τοι τί ἂν πάθοις, εἰ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν, καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις οὐ μικράν; ἢ γελάσῃ δηλονότι, καὶ μάλιστα ἢν μάθῃς ὡς ὑπὸ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν, καὶ προστέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι, καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως; In illarum auium pugna hoc fiebat: victorem gallum sequebatur gallus. Hoc est quod in hymno Dioscurorum Amyco respondet Pollux,

Ὀρνίχων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί.

Tangit enim suo more parœmiam quæ ex eo orta erat, de illis qui studiose herum sequebantur, quibus vulgo dicebant, ἡττήθης ἀλεκτρυών. Hinc intelligendus est locus lepidissimus Comici:

Ὄρνις ἔγωγε δοῦλος. Ἐκ. ἡττήθης τίνος
Ἀλεκτρυόνος;

Victorem enim victus sequitur. Idem sibi fieri postulabat Amycus si superior abiret e certamine: quare merito a Polluce audit,

Ὀρνίχων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί.

Interpres Aristophanis: φυσικὸν τοῦτο ἐν ταῖς συμβολαῖς τῶν ἀλεκτρυόνων, τὸ ἡττηθέντα ἕπεσθαι τοῖς νενικηκόσι· καὶ Θεόκριτος, Ὀρνίχων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί. Versu secundo suauissimi idyllii quod ab infelici amatore & inscriptionem & argumentum traxit ita legitur:

Ταὶ μορφαὶ ἀγαθῶ, τὸ δὲ βόσκεν οὐκ ἔθ' ὁμοίω.

Ego scribo, οὐκ ἐν ὁμοίῳ. Dictum fuit a suauissimo poëta ἐν ὁμοίῳ, sicut alibi ἐν ἐπίμῳ, nimirum Hymno Διοσκούρων.

Μήτε σύ με ξείνιζε, τάτ' ἐξ ἐμεῦ οὐκ ἐν ἑτοίμῳ.

De quibus & similibus nemo bene iudicat, nisi qui aures purgatas habet, & in poëtarum idiomatibus non infeliciter operam posuit. Mox ibidem dicitur,

Κοὐκ ἤδη τὸν Ἔρωτα τίς ἦν θεὸς, ἡλίκα τόξα
Χερσὶ κρατεῖ, πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει.

Manifeste sententia claudicat. Lege, πῶς πικρὰ βέλη ποτικάρδια βάλλει. Βέλος ποτικάρδιον, vt in Bione, ἕλκος ποτικάρδιον.

Ἄγριον ἄγριον ἕλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνις,
Μεῖζον δ' αὖ Κυθέρεια φέρει ποτικάρδιον ἕλκος.

Simile quid ad oram libri cuiusdam notarat Gerardus Falkenburgius Nouiomagus, qui hunc poetam feliciter triuerat. Obseruauit olim criticorum gens τὸ θὴρ ἀντὶ τοῦ λέοντος inueniri frequentatum: quod mihi optime illi loco conuenire videtur,

Οἷα δὲ θὴρ ὑλαῖος ὑποπτήξασα κυναγώς,
Οὕτω πάντ' ἐπιὼν πᾶν τὸ βροτῶν.

Hesychius, θὴρ, θηρίον, ὁ λέων. Laborat in eodem idyllio magnopere locus ille,

— ἀλλὰ καὶ οὕτως,
Ἦν καλὸς ἐξ ὄρπακος ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐρασάς.

Nos secuti emendationem nostram καὶ τοῦ σοφοῦ καὶ τὰ πάντα ἀρίστου Casauboni, edidimus,

— ἀλλὰ καὶ οὕτως
Ἦν καλός. ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐρασάς.

quod

quod & in versione huius idyllii nostra secuti sumus:

*— sed sic quoque multum*
*Pulcher erat: vultu magis irritabat amantem.*

Nihil hic ordinem sequi necesse est: satis est vt in mentem veniunt singula chartæ committere. Supra infelix amator dixerat,

— ἄγρια δ' αὐτῷ
Χείλεα, καὶ κῶραι δεινὸν βλέπον, εἶχεν ἀνάγκαν.

Fortasse melius, εἶδεν ἀνάγκαν: quia præcessit δεινὸν βλέπον. Nam ἰδεῖν ἀνάγκαν esset sicut ὁρᾶν κάρδαμον, & similia eiusmodi: quanuis θρασὺ καὶ παρακεκινδυνευμένον. Sed poëtæ id vbique curant scilicet. Χρῆσις vocis ἀνάγκα quæ in eodem versu est, tota Dorica est: quam nemini annotatam mirum. Pindarus Ode 2. Olymp.

— κατὰ γὰρ δικά-
ζει τις ἐχθρᾷ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

qui vsus cum sit κατὰ γλῶσσαν illius poëtæ καὶ τὸ ἰδίωμα, eleganter aliquoties ab Horatio seruata fuit. Sic Ode 3. lib. 1.

*Semotique prius tarda necessitas*
*Lethi corripuit gradum.*

Et Ode eiusdem lib. 35.

*Te semper anteit sæua necessitas,*
*Clauos trabaleis, & cuneos manu*
*Gestans ahena: nec seuerus*
*Vncus abest, liquidumq. plumbum.*

Vbi manifeste *sæua necessitas* est Pindari, ἐχθρὰ ἀνάγκα. Ita Ἡρακλίσκῳ δεσμὸς ἀναγκαῖος dicitur vinculum molestum, durum, & horrendum.

Αἶψα δ' αὖ πάλιν διέλυον ἐπεὶ μογέοιεν ἀκάνθας,
Δεσμὸν ἀναγκαῖον πειρώμενοι ἐκλῦσαι δίφρον.

Et ἀναγκαῖον, domus erat vbi vincti detinebantur, & asseruabantur. Hesychius, ἀναγκαῖον, τὸ δεσμωτήριον. Versu quadragesimo nono cum sequenti non placet inepta illa repetitio:

Ὡς δ' εἰπών, λίθον εἶλεν· ἐρειδόμενος δ' ἐπὶ τοίχῳ

Ἄχρι μέσων οὐδῶν φοβερὸν λίθον.

Lego itaque in priori versu μῆτιν non λίθον: quam vocem postea explicat & confirmat cum ait τὰν λεπτὰν χελιδόνα. Malim postea legere, τὰν πέτραν, quam τὰν ἕδραν.

Τὰν πέτραν δ' ἐκύλισσεν ἀπὸ ἐκ ποδός.

In Heraclisco succurrit ille locus qui non satisfacit,

Τόξον δ' ἐντανύσαι καὶ ἐπίσκοπον ἦμεν ὀϊστῶν Εὔρυτος.

Male editum est ἐπίσκοπον, ὑφ' ἕν, deinde non recte ἦμεν. Scribendum,

Τόξον δ' ἐντανύσαι καὶ ἐπὶ σκοπὸν εἶναι ὀϊστόν.

In eodem video a multis quæsitum fuisse quis esset ἄρτος Δωρικὸς, cum ait,

Δεῖπνον δὲ, κρέα τ' ὀπτά, καὶ ἐν κανέῳ μέγας ἄρτος
Δωρικός.

Voluerunt veteres critici panem Doricum similem fuisse Atticorum πτισάνῳ, vilem, & quo se operarii explebant. Glossa Apollonii: πέλανος δὲ ὁ διαπεπηγμένος καὶ ῥυπαρὸς κατὰ Ἀττικοὺς ὡς καὶ Εὐριπίδης, Στόματος ἀφράδη πέλανον· φησὶ δὲ τοὺς ἀκαθάρτους καὶ δὲ τὴν ἄρτους, οὓς ὁ Θεόκριτος Δωρικοὺς φησι. Valde simplex & delicatulum poëmatium est, quod non minus arguméto quã inscriptione delectat, Ὀαριστύς. In eo aut valde fallor, aut loco suo eiectus est ille versiculus,

Μὴ ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξω.

Arbitror tamen loco quocunque melius ferri posse si scribatur, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξῃς. Est enim χεῖλος ἀμύσσειν amantibus, quod Horatius, *imprimere memorem dente labris notam.* ἀμέλξῃς eadem ratione ferri potest. χεῖλος ἀμέλγειν est καταφιλήματος aliqua species. In illo versiculo non minus æstuarunt viri docti,

Μᾶλα τὰ πράτιστα τάδε χροάοντα διδάξω.

Dubium quidem non est, quod suspicabatur olim Henricus Stephanus,

 quin

quin legendum sit πάξα, aut potius, quod ego certissimum habeo, παξῶ. Per μᾶλα autem χλοάοντα quod intelligunt interpretes, ridiculum est. Quomodo enim ὁ χνοῦς in illa parte? Vere enim poëta artificiosissimus de Apolline,

*Θηλείαις ὑδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς,*

Nos nihil dubitamus reponere χλοάοντα. Dixerat puella pauore consternata,

*Τί ῥέζεις σατυρίσκε; τί δ' ἔνδοθεν ἥψαο μαζῶν;*

respondet ille,

*Μᾶλα τὰ πρᾶτά σευ τάδε χλοάοντα παξῶ.*

Poetis omnes timidi trepidique χλοάειν dicuntur, voce a colore timoris deducta. Vnde χλόαι Nymphæ illæ quæ perpetuo tactum Satyrorum fugere putabantur: qua occasione Horatius suam illam timidulam & congressum viri fugientem Chloen dixit.

*Vitas hinnuleo me similis Chloe,*
*Quærenti pauidam montibus auiis*
*Matrem, non sine vano*
*Aurarum, & siluæ metu.*

Theocritus μᾶλα χλοάοντα dixit, Nonnus παρειάς.

*Εἰπὲ πόθεν βασίλεια σέθεν χλοάουσι παρειαί;*

Varro Prometheo dixit *euirescere,*

*Exanguibus dolore euirescat color.*

Sed quia præcesserat μαζῶν, non audemus μᾶλα interpretari de facie: Nec propterea χλοάειν de colore. Manet integra tamen nostra emendatio, & μᾶλα sumimus ἀντὶ τῶν μαζῶν. χλοάοντα vero exponimus cum Theone antiquo Grammatico οἰδοῦντα. Nicandri interpres: Διοσκουρίδης δὲ χλοάειν καλῶς αὔξεσθαι, καὶ βλαστάνειν. Θέων δὲ ἐν ὑπομνήματι, χλοάουσα, ἀντὶ τοῦ οἰδοῦσα. Μᾶλα χλοάοντα sunt *sororiantes papillulæ.* Estque omnino scribendum,

*Μᾶλα τὰ πρᾶτά σευ τάδε χλοάοντα παξῶ.*

## CAP. XXVI.

*Epigrammata Theocriti emendantur aliquot locis.*

EXSTANT & epigrammata quædam nostri poëtæ, quæ natiuo idiomatis lepore facillime locum suum tuentur & titulum: nec magnopere iudicium eorum qui postea aliquanto acutiores esse voluere, reformidare videntur. Illorum omnium elegantissimum fere & amœnissimum est cuius exordium, Τὴν ἀπὸ τᾶς λαύρας. Sed in eo non satisfaciunt illi versiculi, qui iam hunc in modum leguntur:

*Ἕζευ δὴ πωλεῖ, καὶ τῷ χαρίεντι Πελάνῳ*
*Εὔχε' ἀποστρέψαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους.*
*Κἤθυς ἐπιρρέξειν χίμαρον καλόν· ἢν δ' ἀνανεύσῃ,*
*Τόνδε τυχὼν ἐθέλω τρισσὰ θύη ῥέξαι.*

Quæ quidem non tam obscura sunt, quam male intellecta fuerunt, ideoque poëtæ acumen suum, & huius epigrammatis genuinum nitorem offuscarunt. Nam qua fronte audent reddere interpretes: *Et mox sacrificaturum me pulchrum caprum: at si abnuerit, Hoc adeptus volo tres hostias offerre?* Quæ diuersa sunt & contraria. Nihil mutari necesse est. mens tamen hoc modo dilucidior esset:

*Κἤθυς ἐπιρρέξειν χίμαρον καλὸν ἢν κατανεύσῃ·*
*Τόνδε τυχὼν ἐθέλω τρισσὰ θύη ῥέξαι.*

Sensus argutus & rotundus. Præcesserat: Εὔχε' ἀποστρέψαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους. Pete, inquit, a Deo hoc mihi dari, vt amore Daphnidis defungar libererque. Quod si concesserit, mactaturum me esse hircum: nimirum, si efficiat ne amplius Daphnidem amem. At contra, si cōcedat, quod multo amplius est, vt Daphnide potiar, tribus illi victimis facturus sum. Ita sensus erit:

*Id mihi si tribuat, caper hostia concidet: at si*
*Daphnide sim potior, victima terna cadet.*

Si quis nihil mutandum arbitretur, sensus hic erit: Dicas facturum me capro, si concedat Deus vt ab eius amore me vindicem, & in integrum restituar. Quod si id concedere nolit, sed illius amoribus operam me dare velit: si exorem Daphnin, eiusq. compos fiam, tres hostias mactabo. Ac tũ mens erit:

*Id mihi si tribuat, caper occidet hostia: si non,*
*Daphnide dum potior, victima terna cadet.*

Longe ab hoc sensu abibant vulgo. Præstantissimus Grotius, qui suauissime hoc epigramma transtulit, secutus opinionem meam est. In præcedenti epigrammatio legitur,

—ἀλλὰ τύ φείδεο,
Φείδεο μισθοῖς ὕπνῳ κῶμα καταχεόμενον.

Scribe καταχεόμενος, quod & Brodæo placebat: cuius viri, cum ad vmbilicum huius libelli peruenissem, quædam vidi in Theocritum, iam demum in quarto volumine criticorum, quos singulare Germaniæ suæ ornamentum Gruterus meus edidit. Ea ego omnia huic editioni nostræ, & celebritate & præstantia viri maxime inductus addere parabam. Quod fecissem sane, nisi vidissem, exemplaribus eum, vt plurimum, vsum fuisse mendosissimis, eaque restituisse fere quæ ab accuratissimo Stephano & aliis ante multos annos sunt emendata. Existimabam præterea hominem eruditissimum ea vel in vsum suum tantum, vel tyrunculorum aliquot notasse, nihilque minus cogitasse, quam vt ea vulgarentur. sunt enim quædam οὐ περὶ ἀνδρὸς τοιούτου, nisi hallucinor. Non minus hoc epigrammate elegans est, quamuis simplicius, epitaphium Orthonis:

Ξεῖνε, Συρηκόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίετ' Ὄρθων,
Χειμερίης μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴοις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλῆς
Πατρίδος, ὀθνείην κεῖμαι ἑσσάμενος.

In quarto versu scribe, vt satisfiat menti poëtæ, quam postulant reliqua, ἀντὶ δὲ βώλου Πατρίδος. Pro gleba, inquit, patria, externa terra tumulatus iaceo. In epitaphio sophistæ physiognomonis, quem ait poëta, cum peregre sepultus sit, nihilominus omnia consecutum esse quæ domi potuisset, & inter suos, legitur hic versus,

—χύμνωθέντι αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦν.

Valde placet quod emendabat Brodæus, χυμνωθέντος αὐτοῖς. Etiam ipsis, inquit, poëtis ibi notus & acceptus erat: a quibus postea epicedium meruit. Itaque ne hoc quidem honore caruit quem poëtæ conferunt. Eiusdem epigrammatis mendosa est conclusio:

Πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει πεδανὸς ὁ σοφιστής,
Καί περ ἄκικυς ἐὼν εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

Epigramma fuit quantiuis precii, quodque apud Græcos rarum est, acuminatum, & nihil minus quam κόλουρον. quæ omnia obduxit vox nihili & quæ non est nauci. Epitaphium est Eusthenis, qui relicta patria sua & propinquis, peregrinus inter ignotos, nihilominus ibi honorifice sepultus est. Eum ait poëta conclusurus epigramma suum, quamuis extra patriam esset, habuisse tamen κηδεμόνας. Erant autem κηδεμόνες qui proxime sanguine coniuncti erant: ad quos spectabat ἡ κηδεία, honor funebris, qui mortuo impendebatur. Quo autem plures propinquos, eo plures habebant κηδεμόνας: quo longius a consanguineis aberant, eo longius ab illis ad quos cura hæc postrema spectabat. Duæ voces sunt

in quibus conclusionis cardo vertitur: vox κηδεμόνας, & altera quæ corrupta est. Ea autem est ἄοικος. Οἶκος frequenter poëtis est, πᾶς ὁ βίος, vt Homerus loquitur, & facultates: quomodo noster supra dixit, ὡς ἐμὸς οἶκος ὑπάρχει: vbi οἶκον vocat τὰ ὑπάρχοντα. Ἄοικοι necessario sunt omnes peregrini. Ait igitur hunc Sophistam καίπερ ἄοικον ὄντα, habuisse tamen multos κηδεμόνας. Scribendum igitur,

Πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει πιδακὰς ἐν σοφίῃσι·
Καίπερ ἄοικος ἐὼν, εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

Epigramma decimum & octauum epitaphium Clitæ est, nutricis Medei: quod continet gratitudinem quam puer Medeus, erecto monumento, nutrici suæ & altrici exhibuit.

Ὁ μικκός τοι τᾶ Θρεῖσσα
Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, κἠπέγραψε
Κλείτας.

Scribe, κἠπέγραψε Κλείταν: id est, Clitæ inscripsit, vel, nomen Clitæ inscripsit. ἐπιγράφειν τὸν Χρύσιππον, ἐπιγράφειν τὸν Λύκιον dici, pueris notum est.

## Cap. XXVII.

*Miscellanea quædam ad Theocritum. ἐλεύθεροι per ludibrium de seruis. ὦ 'λεύθερε. ἀμύλοιο παρόντος. Locus Theocriti in Comaste expositus περὶ Ἀδωνίων. βωστρήσομες, βωστρέομεν. in Thalysiis νεοτάμιστος de Caprario. πιτύα τὸ ὄρφυ. antiquus error Græcorum. ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλίδες. Galeni de eo locus. & emendatus. item Æliani. Interpretes semel atque iterum emendati aut suppleti leuiter. Locus Theocriti apud Aristophanis interpretes. οἷος ὁρᾷς in verbis Amyci apud Theocritum ex hymno Dioscurorum. Locus alius ex τοῦ Ὀαριστύος, item Moschi emendatus.*

FACIAM quod Athenienses solent, Apollini χυτρὸν θάργηλον statuam, & miscellanea fruge faciam Theocriti Genio. Homines interdum seruos & mastigias amaro scommate ἐλευθέρους vocabant. Ex eo dependet festiuitas dicti salsissimi meretricis Gnathænæ apud Athenæū: quæ cū a duobus amaretur; milite & seruilis conditionis altero: cumque a milite λάκκος forte fortuna vocaretur: merito id fieri dixit, quandoquidem duos fluuios admitteret qui in idem barathrum præcipitarent, Λύκον καὶ Ἐλεύθερον. Hinc Lacon in idylliorum Theocriti quinto a Comata per ludibrium δοῦλος appellatus, amariori eum scommate ἐλεύθερον vocat.

Ταί μοι ἔδωκε Λύκων ὦ 'λεύθερε.

In deliciis apud veteres non re tantum sed etiam prouerbio, quæ sunt orationis Theocriticæ bellaria & epulæ, erat ἄμυλος: quo respexit idyllio nono cum ait,

— ἔχω δέ τοι ἐ πόσον ἄρα
Χείματος, ἢ παῖδες καρύων ἀμύλοιο παρόντος.

Patet id ex Eubuli loco isto, vnde desumptus est Theocriti:

Ἀμύλων παρόντων ἐσθίεις ἑκάστοτε
Ἄνηθα, καὶ σέλινα, καὶ φλυαρίας,
Καὶ κάρδαμ' ἐσκευασμέν'.

Et Plutarchi ἐν τῷ Περὶ εὐθυμίας. ὁ γὰρ χθὲς ὠὰ καὶ ἀμύλια, καὶ σητάνειον ἄρτον διαθύων, τήμερον αὐτόπυρον ἐπὶ ἐλαίαις ἢ καρδαμίδι σιτεῖται περισσεῦφιλαῖς καὶ προθύμως. Video quæri ab interprete quid voluerit Comastes cum de Adonide ait,

Τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν ὤρεσι μᾶλα νομεύων.
Οὐχ' ὁ τᾶς Ὤδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας,
Ὥστ' οὐδὲ φθίμενόν μιν ἄτερ μαζοῖο τίθητι;

Cur

Cur nimirum etiam mortuum complecti Venus dicatur. Hic mira sunt quæ argutatur: cum vno verbo fieri possit. Tangit poëta τὰ Ἀδώνια, in quibus quotannis mortuum puerum amplectebatur, καὶ προσεστερνίζετο lachrymans Venus: vt in Adoniazusis est, & Epitaphio Adonidis. Eustathius puto cum notauit, Ἔστι δὲ τὸ βωστρεῖν τὸ ἀναβοᾶσθαι, ἤγουν ἐπικαλεῖσθαι, καὶ λαμβάνεται συνήθως ἀντὶ προστακτικοῦ, non alium locum in animo habuit, quam eum quem postea adducit Theocriti, cum ait,

Α. Βωστρέομεν. Κ. τὺ κάλει νιν.

& paulo ante,

Αἲ λῇς τὸν δρύτομον βωστρήσομες·

vtroque enim loco ponitur ἀντὶ ὑποτακτικοῦ. vnde apud Eustathium legere malim, καὶ συνήθως λαμβάνεται ἀντὶ ὑποτακτικοῦ. videturque ea antiquorum esse criticorum nota quæ legitur ad eam vocem, ὁριστικὸν ἀντὶ ὑποτακτικοῦ: quia bis autem ibidem factum fuit, notauit ille συνήθως fieri. Addit autem postea, ne quis dubitet quo respiciat, παρὰ δὲ Θεοκρίτῳ κεῖται ἡ λέξις, exponitque, βωστρεῖν, φηλαφητικῶς ἐν ἀγυιαῖς ἀναβοᾶσθαί τινα. In Thalysiis, quæ ecloga omnium Theocriti reliquarum regina est & princeps, atque adeo medulla quædam in hoc corpore Bucolico, accurate describitur ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς Caprarius homo his verbis:

— καί τιν᾽ ὁδίταν

Ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα,

Οὔνομα μὲν Λυκίδαν, ἦς δ᾽ αἰπόλος· οὐδέ κέ τίς μιν

Ἠγνοίησεν ἰδών, ἐπεὶ αἰπόλῳ ἔξοχ᾽ ἐῴκει.

Ἐκ μὲν γὰρ λασίοιο δασύτριχος εἶχε τράγοιο

Κνακὸν δέρμ᾽ ὤμοισι.

Hic nota est Græci interpretis glossa, quæ exponit, νέας ταμίσοιο, πιτύας προσφάτου. Vetustiores tamen paulo curiosius hoc acceperunt, qui νέαν τάμισον dici voluerunt, τὴν τοῦ ἐρίφου. Nam quo melius referas illa verba doctissimi ad Nicandrum interpretis, Τάμισον. τὴν πιτύαν λέγει, ἥτις ἐπὶ τῶν ἤδη γαλακτοβορουμένων εὑρίσκεται. Χρῶνται δὲ αὐτῇ πρὸς πῆξιν τῶν τυρῶν· Καὶ Νικάνωρ δὲ ἐν τῷ δυναμικῷ ἀρίστην τὴν πιτύαν εἶναί φησι. πρώτην τὴν τοῦ νεβροῦ, δευτέραν τὴν τοῦ λαγωοῦ, καὶ τρίτην τὴν τοῦ ἐρίφου, ἧς μέμνηται ὁ Θεόκριτος? Ita certe si interpretemur, multo magis ὁ τοῦ αἰπόλου hoc in loco perficitur χαρακτηρισμός: quod poeta voluit. Interpretes plerique qui hodie ad Theocritũ leguntur sunt recentes, vt sæpe diximus: quod plurimę ineptæ & nugatoriæ interpretatiunculæ testantur. Inter quas locum, vt alibi dicimus, non postremum obtinet, ea quæ causam reddit, cur κορυδαλλίδες ἐπιτυμβίδιοι dicantur. Ἐπιτυμβίδιοι· αἱ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τὸν τύμβον φέρουσαι τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Et, Ἐπιτυμβίδιοι δέ, ὅτι ὥσπερ εἰ τύμβον τὸ τοιοῦτον ἀνάστημα ἐπὶ κεφαλῆς ἔχουσι. Φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ ἱστορία τοιαύτη: ὅτι πρὸ τοῦ γενέσθαι τὴν γῆν, γεγόνασιν αὗται· Συνέβη δέ ποτε αὐτῶν τὸν πατέρα θανεῖν, καὶ γῆς μὴ οὔσης, ἐτάφη ὑπὲρ τῆς κορυφῆς τοῦ ἰδίου γόνου· διὸ καὶ ἐπιτυμβίδιοι ἐπεκλήθησαν. Quæ quidem nos omnia recentissimi alicuius e fæce Grammaticorum arbitrati essemus, nisi ipsius Galeni tempore extitisse sciremus, e loco ipsius ἐν τῷ Περὶ ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως. Sunt autem quibus illud notat hæc: Ὅγε μὴν κόρυδος τὸ πολυθρύλλητον ζῷον τουτὶ τὸ μικρόν, ὃ καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς πολλάκις ὁρῶμεν, ἑψόμενον ἐν τῷ ζωμῷ τοὺς κωλικοὺς ὀνίνησι. χρὴ δὲ συνεχῶς καὶ πολλάκις ἐσθίειν αὐτὸ μετὰ τοῦ ζωμοῦ. ἔχει δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦτο τὸ ζῷον, ὥσπερ τινὰ λόφον ἐκ τῶν τριχῶν αὐτοφυῆ, δι᾽ ὃν καὶ ὁ μῦθος, ὃν Ἀριστοφάνης ὁ Κωμικὸς ἔγραψεν, ἐπλάσθη. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ τόνδε τὸν τρόπον·

Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς κοὐ πολυπράγμων, οὐδ᾽ Αἴσωπον πεπάτηκας,

Ὃς ἔφασκε λέγων, κόρυδον πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι,

Προτέραν τῆς γῆς· κἄπειτα νόσῳ τὸν πατέρ᾽ αὐτῆς ἀποθνήσκειν.

Γλῶ δ' οὐκ ἦν· τὸ δὲ προκείμενον πεμπταῖον.
τὴν δ' ἀπορῦσαν
ὑπ' ἀμηχανίας, τὸν πατέρ' αὐτῆς ἐν τῇ
κεφαλῇ κατορύξαι.

Τοῦτο φασὶ καὶ τὸν Θεόκριτον αἰνίττεσθαι λέγοντα·

Οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες ἠλαίνοντο.

δηλοῦσι γὰρ αὐτὴν τὰς τὸν τύμβον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσαι. προσέθηκα δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ, διὰ τὸ βούλεσθαι σαφῶς δηλῶσαι τὸ ζῶον τὸν κόρυδον, ὁποίαν τινὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀνάστασιν ἔχει τῶν τριχῶν, ἐπειδὴ τῆς ὠφελείας αὐτοῦ πρὸς τοὺς κωλικοὺς ἐπεμνήσθην, καὶ βούλομαι καλῶς γνωρίζεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτό. καὶ γάρ τοι καὶ ἡ κορυδαλλὶς καλουμένη βοτάνη, καὶ αὐτὴ τοῖς κωλικοῖς ἁρμόττει. καί ζει καὶ τοῦτο τὸ κατὰ τὸ πάρεργον ἐγράφη. Vel hic locus nos docere poterat non omnia quæ inepta sunt in his collectaneis esse hodie aut heri nata. Videtur tamen diffidere illi interpretationi ipse Galenus cum addit, προσέθηκα δέ: pro quo vulgo legitur inepte, προσέθηκεν δέ. Ait enim, hoc se addere tantum, vt facilius dignosci possit. Aristophanis loco quantum tribuendum sit satis diximus, qui libertate comica τῷ Αἰσώπῳ προσάπτει τὸν μῦθον: quod sapienter prætermisit Galenus: qui tantum illius sententiam citat. e qua, aut ego fallor, aut non sequitur eam propterea ἐπιτυμβίδιον vocari. Quare qui Galeni autoritate nituntur, nihil effecerint. qui tantum obiter innuit & hanc criticorum sententiam tum extitisse: quam suo instituto accommodat. Ea autem talis est vt tantum excogitata sit ab aliquo cui necessario post alios nouum aliquid dicendum erat. Meminit illius Aristophanici loci & Ælianus Hist. animalium lib. 16. cap. 5. qui vniuersis Atheniensibus hoc ascribit quod a Comico ridicule excogitatum est: ortum autem ab Indis esse qui tale quid de epope tradunt. Τοιαῦτα ἄττα καὶ Ἀθηναῖοι ὑπὲρ τοῦ κορύδου πεπιστευμένοι προσέχειν μύθῳ τινί· ᾧ τέως οὖν ἀκολουθῆσαί μοι δοκεῖ καὶ Ἀριστοφάνης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἐν Ὄρνισι λέγων. Et post adductum Comici locum, Ἔοικεν οὖν ἐξ Ἰνδῶν τὸ μυθολόγημα ἐπ' ἄλλου τοῦ ὄρνιθος, ἐπιρρεῦσαι δ' οὖν καὶ τοῖς Ἕλλησι. Ὠγύγιον γάρ τι μῆκος χρόνου λέγουσι Βραχμᾶνες ἐξ οὗ ταῦτα τῷ Ἔποπι τῷ Ἰνδῶν ἔτι ἀνθρώπῳ ὄντι, καὶ παιδὶ τὴν γε ἡλικίαν, ἐς τοὺς γειναμένους πέπρακται. Quod facile concesserim in animo habuisse Comicum, cum hoc Æsopo affinxit. De Theocrito, vt ἐπιτυμβιδίους propterea dicat, non admiserim. Τύμβος est ὁ λόφος, τὸ τῆς γῆς ἀνάστημα: in quibus versantur libenter istæ aues. Ac potissimum cum ex aëre passis alis leuiterque concussis, stridula voce descendunt. Arbores enim, vt recte notat Aristoteles, auersantur. Hic in Batauia, vbi magna illarum est copia, res ita nota est, vt nemo de alauda cogitet alenda, nisi prius cespitem viuum bacillo imponat, quo se oblectet illa: nec agricolam vllum inuenias qui non causam magis idoneam afferre possit cur ἐπιτυμβίδιοι sint, quam iste Græcus. In eodem interprete glossa illa in Adoniazusis quæ sub finem legitur eorum quæ notantur ad illa, ὁ τὰν ὗν ποκ' ἀπάγξας, nimirum, ἔσιθι δὲ οἱ ἄπυργοι· ἤγουν ἱεργοί, transferenda est ad ea verba, παῖσαι φ' ἐπ' ἐνέασαν ἔσιθι; Alteram quæ vocem σκιπαῖος interpretatur in Gratiis, ita supple: Σκιπαῖον δὲ ἐπαοιδὸν, ἢ παρὰ τὴν σκίπωνα, ἢ παρὰ τὸ κλέψαι πεποίηται· ἢ παρὰ τὴν κίνα· κεῖται γὰρ, &c. Antiqui Grammatici ad Aristophanem e Theocrito χρῆσιν adducunt, quam nusquam me legisse memini: his verbis: Στιφρόν. σκληρὸν, ἀντὶ τοῦ γεγονὸς καὶ ἀκμαῖον, ὥσπερ καὶ ἀντίθετον ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν καλάμων, οἳ ὄντες μὲν χλωροὶ, ἁπαλοί εἰσι ξηραινόμενοι δὲ, ξηροὶ καὶ σκληροὶ γίνονται. In Dioscuris Amycus homo vere barbarus καὶ ἀνάγωγος ita loquitur:

Τοιόσδ' οἷος ὁρᾷς· τῆς σῆς γε μὲν οὐκ ἐπιβαίνω.

Vbi

Vbi exiſtimarunt omnes ad Solonis coloniam ſpectare poëtam, καὶ σολοικίζειν. Sed ſcribendum οἶος. Τοιοῖδ' οἶος ὁρῇς. Οἶος, vt λύκος idyllio 5.

*Χαίμιν δὴ κύων φιλοτίμιος, ὃς λύκος ἄγχει.*

& ibidem τὼς κυνθάρος. Vt ſit quartus Doricus: quo nihil vſitatius. Hoc malim quam vt vulgo. Quanquam neſciam an non libertatem Sophronis & hoc loco imitari potuerit: apud quem multæ ſunt perſonæ quæ neutiquam ferulas Grammaticorum metuunt. Vt cum a fœmina dicitur, ὑγιώτερος κολοκιῶτας. In colloquio Daphnidis & puellæ verſiculum illum diu a doctioribus ventilatum, ita ſcriberem,

*Ἀ σταφυλὶς σταφὶς ἐστὶ, καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται;*

Interrogandi nota. Videtur autem eſſe hoc ex eadem leporis officina e qua illud Varronis, *Sic canis fit e catella, ſic e tritico ſpica.* Atque hæc quidem hoc tempore ad venuſtiſſimum poetam,

*Inſula quem triquetris terrarum geſſit in oris.*

Sunt & in Moſcho & Bione nonnulla corrupta, ſed quæ maiorem operam fortaſſe & ocium requirunt: cui illa reſeruabimus. Exemplo fuerit locus ſtatim in principio, in Amore fugitiuo:

*Ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος· ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.*

Qui ita Politiano redditus eſt, vt difficile iudicare ſit quam lectionem viderit. Alii exiſtimarunt, ἐν εἴκοσι πᾶσι, dictum, vt ſæpe apud Homerum vacat καὶ περιττῶς vox πᾶσι. Quod quanquam fieri ſciamus, nihil tamen neceſſe erit ſi ſcribamus, ἐν εἴκοσι παισί.

*Ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος· ἐν εἴκοσι παισὶ μάθοις νιν.*

FINIS LECTIONVM THEOCRITICARVM DANIELIS HEINSII.

# IDYLLIA QVÆDAM THEOCRITI

ET

# EPIGRAMMATA OMNIA

Latine reddita,

*Ita vt versus versui respondeat,*

A

DANIELE HEINSIO

ET

HVGONE GROTIO.

Item alia quædam.

*Incomparabili viro,*

# ISAACO CASAVBONO,

## DANIEL HEINSIVS

S. D.

NESCIO quo tandem fato meo ſit factum, Vir clariſſime, vt eorum quos ab ineunte ætate maxime admiratus ſum, beneuolentiam potiſſimum experirer. Ac de illuſtri quidem Scaligero, qui tot iam annos filii loco me complexus eſt, quid attinet dicere, cum ſingulæ propemodum quas ad te dedit literæ, certiſſimum ſuauiſſimumq. illius erga me amoris ſint teſtimonium? Tibi vt ſerius innotui, ita non minus placui: vt res iam non in amorem, ſed στοργὴν quandam abierit. Cuius quidem, ita me bene ament Muſæ, cauſam non video: niſi fortaſſe vos magnæ cœleſteſque animæ, quia ſimilem habetis neminem, e minoribus & puſillis voluptatem aliquam quæritis. Non aliter quam reges aut principes pumilionibus impenſe delectantur & nanis Patrocinatur enim ignorantiæ noſtræ adhuc ipſa ætas, & lenocinium accedit ab annis. Sicut enim ſummo diluculo ſol per ſurgentes tumulos colleſque & ſuprema montium cacumina radiis leuiter æſtiuo tempore diffuſis, quanuis diem non dat ſed promittit, gratior tamen ipſo eſt: ita iuuentus noſtra per ſe delectat, & ſcientiam quam oſtendit tantum, ſibi vindicat. Porro cum grauiter omnes in ære tuo ſint qui literas tractant & in Republica noſtra viuunt, ac vix ſeruitutem a corporibus ſuis, ſi rem videamus, ſint auerſuri; niſi mature aliqua σεισάχθεια a te Solone maximo ſuccurratur; præcipue tamen ego, qui tot beneficiis muneribuſque literariis tibi obſtrictus, non ſcientiam tantũ meam, ſi qua ea eſt, ſed & animam debeo, ne nomen e malo fiat peſſimum, volui in anteceſſum tibi totius debiti, fœtũ Muſicum oppignorare: non elegantem quidem fortaſſe illum, aut, vt par erat, expolitum, ſed reuera ἀμβλωθρίδιόν τι ἔκτρωμα. Theocriti noſtri idyllia aliquot in Italiam non ita diu eſt cum e vicina Sicilia tranſtulimus. Ea tibi offerre non animus tantum fuit, ſed & impetus: cum aliis de cauſis, tum vel maxime, quod autorem tuum eſſe non ignorabam. Eum enim tu, Caſaubone clariſſime, languentem iam olim καὶ ὀλίγῳ ἤδη περὶ τὰ ἔσχατα ὄντα, Veneris Theocriticæ exemplo, quæ infelicem Daphnin animam agentem dirigit & attollit, primus erexiſti; ſucceſſu tamen meliore. Pro quo quidem quantum cum literati omnes, tum nos præcipue, qui his deliciis immane eſt quantum tribuamus, tibi debere fateamur, commodior alias erit dicendi occaſio. Maxima certe ego & Grotius noſter, qui operam ſuam ad Epigrammata & idyllia aliquot contulit, experti ſumus cum volupta-

voluptate nostra, vtrumne felicitate pari Latine loqui possit: non nescii quas difficultates in hoc vno scriptore τὰ ἰδιάζοντα καὶ τῆς διαλέκτου τὸ ἀκριβὲς parere soleant. Quæ si sæpenumero, vt censent veteres, canonem ipsius Hellenismi excedant, extra cancellos analogiæ se diffundant, & interdum cum τοῖς κυρίως λεγομένοις pugnare soleant, veniam & nos merebimur si cum Romano dicendi genere parum faciant. Conati sumus vbique pari referre, & vt versum versui, quod molestissimum esse non ignoras, qui aliorum sæpe versiones vidisti, ita venustatem venustati opponere, vt certo consilio a numeris tantum recederemus, exemplo Maronis. Quam feliciter hæc omnia, tu iudicabis, quem incomparabilis eruditio, & harum præcipue literarum peritia in hoc theatro αἰσυμνήτην fecerunt. Nam vt reliqua tua prætermittam, vel ante annos aliquot in Athenæo nonne omnes Aristarchos, Erasistratos, Didymum denique τὴν βιβλιολάθαν, indefesso studio, varia rerum cognitione, lectione diffusa æquasti; iudicio vero post tergum reliquisti? Illud scriptum tuum cum primum vidissem, (permitte vt quod res est fatear) vnoque ductu totum percurrissem, inter legendum sæpe stupui, & defixus hæsi. Notabam singula, videbam vniuersa, sæpenumero in medio paginæ alicuius παντοῖος ὑπὸ τοῦ θάμβους ἐγιγνόμην, καὶ ὥς ἐκ δακτυλίων τινῶν Πλατωνικῶν ἐξηρτημένος ὁ θυμός μου ἦν. Πολλάκις δὲ τῶν καταράτων ἐκείνων, τῶν ἐπιτρίπτων, τῶν ἀπειροκάλων σοφιστῶν, ἀβελτερίαν πολλὴν κατεγίνωσκον, καὶ πληγῶν τινων, ὡς ἀληθῶς Ὁμηρικῶν, ἀξίους ἡγούμην. Ἐνίοτε δὲ, καὶ ἐμαυτὸν μακαρίζειν ἐπῄει, καὶ ἐν τῷ Διός μοι, ὦ θαυμάσιε, ἐδόκουν ζηλωτήν τινα καὶ ἀθάνατον βίον βιῶσαι, ἅπασιν ἐκείνοις ἐντρυφῶν, καὶ μετέχειν ἐνίοτε αὐτῶν ἐξ ἰσοτιμίας. Ἐνίοτε δὲ τοῖς τοῦ Ὀδυσσέως ἑταίροις ἐοικέναι, οἷς δὴ ἤδη τῷ λιμῷ ξυνοῦσι, τοῦ λωτοῦ ἐμφορεῖσθαι συμβέβηκε· τῶν δὲ ἄλλων καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐχόντων ἐπιλαθέσθαι. Accipe igitur munusculum paruum, Vir maxime, quod tantisper domi tuæ delitescere patieris, dum maiora in sacrario tuo tibi devota reponemus Vale eruditionis sol, & ætatis decus.

# IDYLLIA ALIQVOT THEOCRITI Latine reddita,

*vt versus versui respondeat,*

AVTORE DANIELE HEINSIO.

## THYRSIS, siue IDYLLIVM I.

SIBILVS *hic dulcis, Caprarie, fontis ad vndas*
*Quo pinus resonat: sed tu quoque dulcia pangis*
*Carmina. post Faunum tibi proxima munera cedent.*
*Si ferat ille hircum, veniet tibi capra canendo:*
*Sin capram ferat ille, ad te fluet alba capella:*
*Et caro primaeuae, dum mulges, grata capellae est.*

CAPRARIVS.

*Dulcior, o Pastor, vox est tua, quam leuis vnda,*
*Quae trepidans saxo sese diffundit ab illo.*
*Si placidis ducatur ouis pro munere Musis;*
*Agnus erit tibi munus: at illis si venit agnus*
*Gratum munus; ouem tu contra munus habebis.*

THYRSIS.

*Vis age, per Nymphas, Caprarie, dulce recumbens,*
*Hic qua collis abit decliuis, quaque myricae*
*Ludere? ego nostras deducam pascere capras.*

CAPRARIVS.

*Non equidem fas est media de luce, Bubulce,*
*Ludere: nam Faunum metuo, qui fessus in herba*
*Venandi studio requiescit, & asper habetur:*
*Et grauis illius sub naribus aestuat ira.*
*Quin tu, Thyrsi, tuos iam Daphnidis incipe luctus,*
*Bucolicae qui iam penetrasti culmina musae:*

*Hanc ulmum subeamus, ubi sacer ille Priapus*
*Eminet aduersum, fontanaque numina; sedes*
*Hic vbi pastorum quercusque est. Sin mihi cantes*
*Vt Libycum quondam contra Chromin ire solebas;*
*Ter mulgenda tibi dabitur, pro munere, capra,*
*Quæ geminos hædos, totidem mulctralia complet.*
*Præterea, cera sinus circumlitus alba:*
*Ansatus, nouus est: tornum redolere putares.*
*Cui faciles cingunt hederæ sua labra superne,*
*Inter helichrysum diffusæ leniter: illinc*
*Capreolus flauo lasciuit molliter auro.*
*Fæminea ast intus diuina elucet imago,*
*Reticulo, peploque comas innexa, utrique*
*Hinc gemina atque illinc facies, ornata capillos,*
*Vocibus altercat. Nihil his tamen illa mouetur;*
*Sed modo subridens hunc leni respicit ore,*
*Alterius vultum nunc aspicit: hic tamen atq. hic*
*Multa mouens frustra vanis conatibus instat.*
*Hæc inter senior piscator, petraque facta est*
*Aspera, qua totas iaculum dimittit in undas*
*Multa laboranti similis, vis cana magistri.*
*Piscari totis iurares uiribus illum:*
*Sic collum trepidæ percurrunt undique uenæ;*
*Et, senii quamuis, uis non indigna iuuenta est.*
*Haud procul hinc, qua se senior piscator agebat,*
*Area purpureis pulchre circundatur uuis:*
*Quam puer exiguus residens custodit in horti*
*Sepibus: hunc circum vulpeculæ binæ; racemos*
*Altera percurrens depascitur, altera furtim*
*Insidias peræ intendit: nec sistere certa est,*
*Ni prius in sicco puerum deponat inanem.*
*At puer e culmo locustis uincula nectit,*
*Et leuibus iuncis: nec tantum pectora pera*
*Uuaque sollicitat, quantum se torquet in arte.*

Pocula

*Cum ſubigi capras Caprarius aſpicit vſquam,*
*Lumine patranti fieri iam poſtulat hircus;*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Muſa, camenas.*
*Tu quoties cernis placidam ridere puellam,*
*Lumine patranti choreas deducere geſtis.*
*His nihil infelix reſpondet Paſtor, at ignem*
*Pergit, & ipſe ſuas ad finem ducere Parcas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Muſa, camenas.*
*Venit & arridens facili Cythereïa vultu,*
*Leniter arridens, grauidam compeſcuit iram,*
*Atque ait: en ſaui dixti, fore victor Amoris,*
*Nunc te Daphni tamen ſaui vis flectit Amoris.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Muſa, camenas.*
*Huic iterum Daphnis reſpondet: ferrea Cypri,*
*Cypri ah ſaua nimis, Cypri ah mortalibus hoſtis.*
*Nam mihi ſol, inquis, nunc occidit omnis, eritque*
*Poſt obitum Daphnis miſerabile nomen amoris.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Muſa, camenas.*
*Quâ Venerem fertur paſtor, pete protinus Idam*
*Rurſus, & Anchiſen: illic quercusque cypreſſique,*
*Et placide circum reſonant examina cellas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Muſa, camenas.*
*Eſt & pulcher Adonis; oues nam paſcit in herba,*
*Et leporesque ferasque alias impune laceſſit.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Muſa, camenas.*
*Perge iterum contra Tydiden, ferrea perge:*
*Et Daphnin ſupero, dic, at tu dirige mecum.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Muſa, camenas.*
*O thoëſque, lupique, o ſaua in montibus vrſæ,*
*Viuite: veſter ego Daphnis, per deuia nunquam*
*Amplius, aut rupes ferar antraque: viue Arethuſa,*
*Et fluuii pulchras qui Thymbridis itis in undas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Muſa, camenas.*
*Daphnis ego miſer ille, boues qui duxit in herbas,*

*Daphnis ego miser ille, boues qui duxit ad vndas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*O Pan, Pan, seu tu per culmina sacra Lycæi*
*Siue tuum gressus fers Mænalon, aspice terram*
*Sicelin, atque Helices fuge culmina: linque sepulchrum*
*Dulce Lycaonidæ, magnis venerabile Diuis.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Rex ades, & pulchre compactam suscipe auenam:*
*Quam ceræ iunxere leues, aptamque labello.*
*Nam me sæuus amor crudelem ducit ad orcum.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Nunc violas reddat rubus ipsa, feratis acanthæ,*
*Iuniperi sese narcissus floribus ornet:*
*Omnia mutentur, pyraque educet aspera pinus.*
*Daphnide nunc abeunte canes inuadite cerui,*
*Monte vlulæ certent Philomelam vincere cantu.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Hæc simul effatus defecit, eumque Dione*
*Tollere conata est: sed stamina cuncta vetabant*
*Parcarum: Styga Daphnis adit, feraque obruit vnda*
*Musis dulce caput, nec Nymphis dulcibus hostem.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Tuque age da capram, cyathumque, vt lacte Camenis*
*Continuo faciam. Vos viuite sæpe Camenæ,*
*Viuite: ego vobis post hæc mage grata sonabo.*

## CAPRARIVS.

*Plenum Thyrsi tibi dulce os sit melle, fauisque*
*Plenum sæpe tibi, quamque Ægilus arida nutrit*
*Carica: nam blandam superat tua Musa cicadam.*
*Pocula iam sumas, iam mulge hanc: vosque capellæ*
*Sistite: ne vobis insultent cornibus hirci.*

THALY-

# THALYSIA.

TEMPVS erat quondam, mecum Eucritus ibat Halenta,
Mœnibus egrediens, & tertius ibat Amyntas:
Nam Cereri sua sacra simul Phrasidemus agebat
Antigenesque meus, duo pignora casta Lycorêi,
Delitiæ Coûm antiquæ, Clutiæque vetustæ,
Et pede Burinam Chalco qui ruperat vndam,
Innixus petræ genubus: circum vndique fontem
Populus, & densis vlmus concluserat vmbris,
Frondibus hinc illinc tremulis superimpendentes.
Vix medium processit iter, nondumque sepulchrum
Antiqui Brasilæ comparet, & ecce, viator
Creticus huc sese Musis dilectus agebat:
Nomen ei Lycidas, caprarum pastor, eumque
Quilibet agnôsset, facie testante laborem:
Namque humeros hirsuta viri circundabat hirci
Lana, nouo spirans commissa coagula lacte,
Pectoraque hinc illinc lacero deformia peplo
Circumcinctus erat, ramumque agrestis oliuæ
Dextera gestabat: tenui simul incipit ore,
Luminibus placidis, versoque ad gaudia vultu:
Simichida quonam media de luce vagare?
Sepibus occultæ cum se fudere lacertæ,
Nec tumulis gaudens summis prosultat alauda?
Anne epulas iussus petis? aut e ciuibus vlli
Vina volans calcas? ita te properante per agros
Ad soleas omnis resono lapis assilit ictu.
Huic ego sic contra: Lycida bone, quicquid vbique est,
Præcipuum vatem te prædicat, inque bubulcis
Messorumque choro, quo nos gaudere fatemur.
Interea sed enim nec me tibi cedere fas est.
En sacrum properamus iter, nam cætera turba
Debita frugiferæ peragunt solemnia diuæ,

 Primi-

*Primitias dulces: namque illis diuite cornu*
*Ardua fœcundæ distendunt horrea messes.*
*Verum age, commune hoc iter est, communia festa,*
*Incipe: defesso succurret forsitan alter.*
*Certe ego Musarum dulce os sum, me quoque dicunt*
*Eximium vatem, sed non ego credulus ulli,*
*Non ego, non unquam, nec adhuc me iudice vincam*
*Sicelidem contra Samium, doctumque Philetam*
*Voce: sed argutis veluti sum rana cicadis.*
*Sic ego, sic contra subridens protinus infit:*
*Hanc clauam tibi munus habe, te namque pudicum*
*Germen, & ad verum penitus natura creauit.*
*Vt mihi nec curæ faber est, qui voce penates*
*Montibus immensis æquauerit Oromedontis;*
*Pieridumque ales, Chium quicunque canendo*
*Sustinet aduersum, frustra, nimiumque laborat.*
*Verum age, Bucolicas ordire ex ordine Musas*
*Simichida, primumque, o optime, percipe, si non*
*Displiceat, verno natum mihi tempore carmen.*
*Ageanacta leuis Mitylenen deferat aura,*
*Horrida seu seris Notus æquora torquet ab hædis,*
*Siue pedem sæuis Orion sistit in vndis.*
*Sin Lycidæ duro percussum pectus amore*
*Expediat ( duro namque illius vror amore )*
*Halcyones sternent freta salsa, vndamque minacem,*
*Atq. Notumque Eurumque, extremas qui quatit algas.*
*Halcyones, glaucis non vltima cura Deabus*
*Alituum, quascunque suis mare nutrit in vndis.*
*Omnia fausta tibi Mitylenen blande petenti*
*Ageanax veniant, tutumque illabere portum.*
*Scilicet hac ego luce, rosæque & dulcis anethi,*
*Aut violæ puris euinctus tempora sertis*
*Dulce merum ducam Pteleæ e crateribus altis,*
*Ante focos, aliquisque fabam torrebit in igne.*

Et

*Et thorus æqualis cubito sternetur in altum*
*Asphodelo, cnyzaque, apiique vndante capillo.*
*Poculaque instituam placide memor Ageanactis*
*Ad cyathos, fæcique infigam molliter ora.*
*Pastores ludent gemini, quorum alter Acharneus,*
*Ille Lycopitas: his carmina Tityrus addet.*
*Hospitis vt blandæ perculsus Daphnis amore,*
*Montibus errarit, lucusque vt fleuerit illum,*
*Himericæ qua se protendunt flumina ripæ:*
*Cum miser immensum, veluti nix, fluxit ad Hæmum,*
*Aut Atho, aut Rhodopen, aut qua se Caucasus abdit.*
*His accedet, vti Caprarum pastor in arca*
*Delituit, sæuam domini crudelis ob iram:*
*Vtque illum placidis aluerunt floribus olim*
*Mellificæ volucres, subeuntes vndique cedrum:*
*Nectare namque illi felix os Musa rigarat.*
*O ter fauste Comata, tibi fuit illa voluptas,*
*Tuque arca conclusus eras, placidique potitus*
*Nectaris, æstiuum produxti molliter annum.*
*O vtinam tibi vita meo superesset in æuo!*
*Næ tibi ego dulces versarem in monte capellas*
*Verbaque sublegerem: tu sub pinuque vel vlmo*
*Carmina blanda canens recubares die Comata.*
*Sic Lycidas fatus nihil addidit: hunc ego contra*
*Sic iterum aggressus: Lycida bone, plurima quondam*
*Nymphæ me docuere, vagus dum montibus erro,*
*Fama Iouis magnam quæ nunc euexit ad aulam.*
*Præcipuum tamen hoc, quo te, dulcissime, dono*
*Carmine: tu blandis dilectus percipe Musis.*
*Simichidæ sternutat amor: namque ah miser ille*
*Tam perit in Myrto, quam ver est dulce capellis.*
*Quin & Aratus, ei placido qui iunctus amore est,*
*Igne calet pueri sub pectore, nouit Aristis*
*Optimus autor Aristis ibi, quem dulce canentem*

 *Dux*

*Rex cytharæ sacro non dedignatur in olmo,*
*Quas pueri flammas sub pectore gestet Aratus.*
*Hunc mihi Pan, Homoles qui culmina sacra tuetur,*
*Sponte sua dulces illius sistat in vlnas.*
*Siue Philinus erit, seu quis nouus ignis ab illo.*
*Hæc mihi si præstes, Pan optime, ne tibi rursus*
*Arcadici scillis pueri tergumque latusque*
*Sollicitent, prædæ si spes frustrarit opimæ.*
*Sin secus, insanis findaris corpora totus*
*Vnguibus, & duros vrticis carpe sopores:*
*Frigoribus mediis Edonum flumina lustres:*
*Ad fluuiumque Hebrum mediamque obuersus ad Arcton,*
*Vltimaque Æthiopum cum torrida sæuiet æstas,*
*Sub Blemyûm petra, qua subtrahit ostia Nilus.*
*At vos Hyetidos vos missis Byblidos vndis*
*Qui colitis flauæ sublimia tecta Diones,*
*O similes malis florentibus, agmen amorum,*
*Tangite festiui mihi tangite corda Philini,*
*Tangite: namque mei nil tangitur hospitis igne;*
*Mollior ille pyro tamen est, clamantque puellæ:*
*Hei hei, blande Philine, tibi sic præterit ætas.*
*Ne vigila posthac ad limina, dulcis Arate,*
*Neve pedem referas: aliis dux luminis ales*
*Dulcia torpenti perfundat corpora somno.*
*Tuque Molon tali solus iactere palæstra:*
*Nobis blanda quies pectus perfundat, anusque*
*Despuat, & sacro, quicquid nocet, arceat ore.*
*Sic ego: at ille pedum, subridens, blandus, vt ante,*
*Obtulit: auditæ precium munusque camenæ.*
*Nec mora, conuersus læua ad compendia, Puxas*
*Tendit iter, sed ego, sed & Eucritus, ad Phrasidemi*
*Pergimus, & formosus Amyntulus, inque profundis*
*Continuo iunctis prouoluimur hinc atque illinc,*
*Inque recens sectas demissi corpora vites:*

*Multaque summissum supra caput alludebat*
*Populus hic vlmusque, argenteaque insuper vnda*
*Nympharum gelido leuiter stillabat ab antro.*
*Interea, vmbrosis gaudentes sole cicadæ*
*Molliter in ramis strepitant: acredula nobis*
*Eminus in densis residens stridebat acanthis:*
*Cassidaque addebant & acanthides, & sua turtur,*
*Multaque apis sacram volitabat fontis ad vndam.*
*Omnia spirabant autumni pinguis honorem:*
*Nam pyra se pedibus, laterique suäuia mala*
*Largiter aduoluunt, prunisque onerata cacumen*
*Ardua summissi demittunt culmina rami,*
*Summaque quadrimæ soluuntur vincula testæ.*
*Nymphæ Castalides, Parnassi numina montis,*
*Taliane ante Pholi saxosum lætus ad antrum*
*Alcidæ senior libauit pocula Chiron?*
*Taliane antiquum pastorem propter Anapon,*
*Mittentem validis Polyphemum saxa carinis,*
*Ducere iusserunt lepidas per ouile choreas,*
*Qualia tum primum soluistis dolia, Nymphæ,*
*Frugiferæ ad Cereris sacraria? cuius aceruo*
*Figere sit vannum mihi rursus, & annuat ipsa*
*Diua, tenens vtraque papauera mixta maniplis.*

## BVCOLIASTÆ.

DAPHNIDI *formoso pascenti in gramine tauros*
*Dux ouium occurrit (sic fama) in monte Menalcas:*
*Rufus vterque, & vterque fuit florentibus annis,*
*Ludere vterque, & vterque fuit cantare peritus.*
*Ac prior hac Daphnim compellat voce Menalcas.*

MENALCAS.

*Quin simul alterno certamus carmine, Daphni?*
*Nam facilis, quotiesque lubet, mihi palma parata est.*
*Hunc iterum tali compellat carmine Daphnis.*

DAPH-

DAPHNIS.

*Lanigeræ pecudis dux carmine docte Menalca,*
*Haud equidem cedam, nec si rumpare canendo.*

MENALCAS.

*Mens igitur tentare tibi est? mens ponere pignus?*

DAPHNIS.

*Et tentare mihi mens est, & ponere pignus.*

MENALCAS.

*Quod tamen hoc dignum fuerit certamine munus?*

DAPHNIS.

*Nos vitulum ferimus: similem tu matribus agnum.*

MENALCAS.

*Haud equidem, haud agnum: genitrix mihi dura paterque est,*
*Qui pecudes numerare solent, cum vespere, nostras.*

DAPHNIS.

*Quo tamen insignis decedet munere victor?*

MENALCAS.

*Vocibus est mihi pulchra nouem compacta cicuta,*
*Candida cera cui supra respondet & infra.*
*Hanc tibi deponam: nec patris munera tangam.*

DAPHNIS.

*Vocibus & mihi pulchra nouem compacta cicuta est,*
*Candida cera cui supra respondet & infra,*
*Nuper iuncta mihi: digito dolor eius adhæret*
*Huic, grauiter rupta calamus quem læsit auena.*
*At iudex quis noster erit, censorque camenæ?*

MENALCAS.

*Ille vocandus erit nobis Caprarius, ille*
*Cui canis errantes allatrat candidus hædos.*
*Dumque vocant pueri, Caprarius audiit illos;*
*Dumque canunt pueri, iudex Caprarius astat.*
*Ac prior hac infit sortitus voce Menalcas:*
*Excipit alternam Daphnis cum carmine Musam*
*Bucolicam: talique Menalcas inchoat ore.*

MENAL-

MENALCAS.

*Fluminaque & diuæ valles, si forte Menalcas*
*Vobis grata suo concinuit calamo,*
*Ex animo pascatis oues: sin Daphnis & ipse*
*Cum vitulis veniat, nil minus ille ferat.*

DAPHNIS.

*Vos fontes dulcesque herbæ, si Daphnidis hæc vox*
*Cantibus est similis quos Philomela canit,*
*Pinguescant armenta mihi: sin forte Menalcas*
*Huc veniat, lætus prospera cuncta ferat.*

MENALCAS.

*Vndique ver dulce est, ager vndique, & vndique lacte*
*Vbera plena tument, & teneræ pecudes,*
*Qua se pulchra puella feret: sin rursus abibit,*
*Ipse ouium pastor aret, & omnis ager.*

DAPHNIS.

*Hic ouis, hic capra est geminorum mater, apesque*
*Alueolos implent, altaque quercus humum,*
*Dum Milon formosus adest: sin forte recedat,*
*Bos iterum, & siccus cum boue pastor erit.*

MENALCAS.

*Caprarum coniux, o hirce, immensaque silua,*
*Vosque hædi ad gelidas serpite fontis aquas.*
*Namque ibi noster agit. Miloni dicite: phocas*
*Ipse Deus Proteus pauerat ante suas.*

DAPHNIS.

*Ne mihi sit Pelopis terras aurique talenta*
*Cernere, nec vento cursibus esse parem;*
*Te modo complexus recubem hac sub rupe, & euntes*
*Aspiciam pecudes, & pelagus Siculum.*

MENALCAS.

*Tristis hyems siluis, & aquis, arere, putatur:*
*Et volucri laqueus, retiaque arcta feris,*

*Virginis at teneræ mihi flamma. o Iupiter, o rex,*
*Non ego sum solus: tu quoque amator eras.*
*Sic pueri alternis cecinerunt illa camenis:*
*Incipit extremam sic musam exinde Menalcas.*

MENALCAS.

*Parce meis hædis: fœtis, lupe, parce capellis,*
*Nec noceas, quia paruus ego tot millia pasco.*
*O Lampure canis, quidnam sopor altus habet te?*
*Cum puero pudor est pascenti ducere somnum.*
*Pergite oues, nec vos impleri gramine molli*
*Pœniteat, nec cura premat quando altera surgent;*
*Pascite, pascite vos, atque vbera tendite cuncta:*
*Altera pars calathis, pars altera restet vt agnis.*

DAPHNIS.

*Viderat ex antro nuper me pulcra puella,*
*Cum vitulas agerem, & pulcrum me forte vocauit:*
*Ast ego nec verbo respondi molliter vno,*
*Despiciens sed enim rursus vestigia fixi.*
*Vox vitulæ dulcis, dulcisque est halitus auræ:*
*Dulce nimis mugit vitulus, vaccæque per herbam:*
*Est & dulce ad aquam salientem occumbere in æstu.*
*Glans decori quercu est, & malo dulcia poma;*
*Et vitulus vaccæ decus est, & vacca magistro.*
*Sic pueri cecinere, & sic Caprarius infit.*

CAPRARIVS.

*Os tibi quam molle est, quam vox est lactea Daphni!*
*Dulce audire tuos, plus quam mel lingere, cantus.*
*Accipe: cantando calamum tibi victor habeto:*
*Me quoque si doceas pascentem in gramine capras,*
*Cornibus hanc cassam referam tibi dulce Minerual;*
*Quæ niueo complet semper mulctralia lacte.*
*His puer exiliit, gauisus multa, sonumque*
*Edidit, vt blandam salit hinnulus ante parentem.*
*Multa dolens tristi summisit pectora luctu*

*Alter, vt ad primos infelix sponsa iugales.*
*Tempore ab hoc Daphnis pastorum primus habetur:*
*Et Nympham, primæuus adhuc, sibi Naida duxit.*

# PASTOR,
## siue
# BVBVLCVS.

DAPHNIS, MENALCAS.

BVCOLICVM *cane Daphni: & carmina tu cane prima,*
*Carmina tu cane prima: sequetur & ipse Menalcas:*
*Et bobus vitulum, & sterili submittite taurum:*
*Sic pascant armenta, suaque ferantur in herba,*
*A grege non diuulsa suo: tu carmina canta*
*Bucolica hinc, illinc respondeat ipse Menalcas.*

DAPHNIS.

*Vox vitulæ dulcis: vaccæ vox dulcis habetur:*
*Fistula dulce sonat, pastorque, & vox mea dulcis:*
*Frigidulamque ad aquam thorus est mihi: velleraque illic*
*Candida vaccarum suffudi, quæ mihi ventus,*
*Dum comarum mordent, scopulo coniecit ab alto,*
*Torridaque æstatis vix tantum frigora curo,*
*Quam patris præcepta sui, vel matris, amator.*
*Sic cecinit nobis Daphnis: sic deinde Menalcas.*

MENALCAS.

*Ætna o nostra parens: domus his in vallibus antrum*
*Et caua petra mihi est: est & mihi, dulcia quicquid*
*Somnia noctis habent, tot oues pulchræque capellæ,*
*Quarum sub pedibus, sub vertice vellera fudi:*
*Ignibus in quernis stant viscera, siccaque fagus*
*Frigoribus mediis. Hic tantum frigora curo,*
*Proposita quam pulte, nuces edentulus ambit.*
*His subito applausi, munusque in tempore solui:*
*Dulce pedum tibi Daphni, patris produxerat illud*

*Sponte sua campus, cui nec labor æmulus esset:*
*Huic cochleæ testam, cuius prius, intima, carnem,*
*Eripui, Icariæ comprensæ in Syrtibus vndæ,*
*Quinque secans partes totidem: concha ille sonabat:*
*Bucolicæ Musæ nunc viuite, & hoc mihi, nostræ*
*Quod cecini turbæ pastorum, pandite carmen:*
*Formicis formica, cicadaque grata cicadæ est,*
*Accipitri accipiter; nobis sunt cura camenæ:*
*His mihi plena domus, superi, sit: nam neque somnus*
*Dulcior est fessis nec ver, apibusque, suaues,*
*Quam mihi sunt Musæ, flores: quos namque tuentur*
*Molliter: his sæuæ noceant non pocula Circes.*

## A I T E S.

ERGO *ades alme puer, tres post noctesque diesque?*
*Ergo ades? at miseros lux vna absumit amantes.*
*Frigore ver quanto, prunoque rotatile malum*
*Dulcius est, & ouis proprio villosior agno:*
*Ter nuptæ quanto virguncula præstat amari,*
*Et vitulo leuior volat hinnulus ipsaque quantum*
*Gutture certantes superat Philomela volucres;*
*Nos tua, nos tantum præsentia: solis ab æstu*
*More viatorum cecidi sub tegmine fagi.*
*O vtinam nobis parilis vis spiret amoris,*
*Materiesque ipsis simus post fata camenis.*
*Atque aliquis, geminum, dicat, par vixit amantum,*
*Hic Lacedæmoniis Esprilus dictus in oris;*
*Alter erat tellus quem Thessala dicat Aïten:*
*Par illos afflauit amor. næ, Iupiter, illic*
*Aurea turba fuit, cum quis redamauit amantem.*
*Hoc pater, hoc fiat; Saturnie, vosque Deorum*
*Fata, mihique aliquis vel in irremeabilis Orci*
*Faucibus, hoc multos post vitæ nunciet annos:*
*Ille tuus, tuus ille ignisque, & dulcis Aïta,*

*Omnibus*

*Omnibus, ac iuuenum præsertim, viuit in ore.*
*Sed tamen hoc, diui, sicut libet: exitus horum*
*Scilicet in vobis: sed ego te laudibus ornans*
*Nulla super tenui fundam mendacia naso:*
*Nam mihi si durus fueris, mox dulcia cuncta*
*Efficis, & blandè mensuram muneris exples.*
*Remige, Nisæi Megarenses, findere Pontum*
*Inclyta gens, fausti sic viuite semper, vt olim*
*Atticus a vobis cultus fuit ille Diocleus.*
*Semper ei circa tumulum puerilia certant*
*Agmina basiolis lepidam præuertere palmam:*
*Tum qui mollius os sperato admouerit ori,*
*Floribus insignis teneram petit ille parentem.*
*Heu nimium felix, qui basia diuidit illa:*
*Os sibi, Dii, quoties Ganymeden postulat ante,*
*Indicis in morem lapidis: quo nescius olim*
*Aurifaber purum falso discriminat aurum.*

## HYLAS.

SCILICET *haud nobis tantum produxit Amorem*
*Niciade, cuicunque Deo fuit illa propago:*
*Non nobis formosa magis formosa videntur,*
*Quos mors certa manet, nec mox ventura sequuntur.*
*Ipse sed Alcmenes inuicto pectore natus,*
*Cui leo succubuit, formosum exarsit ephebum,*
*Arsit Hylan, multis vestitum colla capillis.*
*Vtque pater cunctas puerum deduxit in artes,*
*Queis placuit, primusque hominum peruenit in ora.*
*Nec seiunctus erat: medius seu ferueret æstus,*
*Seu Matuta suas e cælo ferret habenas:*
*Gensque auium nidum querulo circundaret ore,*
*Matre suas quatiente alas e culmine tigni.*
*Scilicet e votis puer vt formatus abiret,*
*Virtutemque animi maturos ferret in annos.*

At postquam auratam Colchis auertere pellem
Æsonides, vnaque abiit delecta iuuentus,
Omnibus erumpens e mœnibus, utilis armis;
Venit & infelix, opulentam venit Iolcon,
Alcmenæ soboles Medeatidis heroïnæ.
Olli iunctus Hylas volucrem descendit in Argo,
Argo Cyaneis quæ concurrentibus, Argo,
Quæ salsis elapsa viis, in Phasidis ora
Constitit, ut Iouis ales, & omnes fixit euntes.
Mox ubi Pleïadum cælo se prodidit agmen
Vere nouo, primusque in pratis pascitur agnus;
Iam cursus meminere sui delecta iuuentus
Heroum, puppisque infusæ sedibus, austro
Tres afflante dies, pontum delabitur Helles:
Sic portus petiere Propontidis, hic vbi sulcos
Rure Cianorum taurus deducit arator.
Littoraque inuadunt, epulasque ex ordine, sero
Instituunt, multique unum legere cubile.
Planities diffusa thoris solamen habebat:
Caricis hic frondes: illic secuere cypiri.
Ibat Hylas, formosus Hylas, cœnantibus undam
Ferret ut Alcidæ, Telamoniadæque parenti,
Quos mensæ commune duos ius semper habebat,
Æratam amplectens urnam: fontemque sedenti
Conspicit in cliuo: quem circum molliter herbæ,
Cæruleumque chelidonium, lentumque adiantum,
Atque apium viuax, & tortum gramen habebat.
In medio Nymphæ choreas circumducebant,
Nymphæ peruigiles, Nymphæ gens dira colonis;
Euniche, Malisque, & ver imitata Nychæa.
Jamque puer latam ripis admouerat urnam
Mersurus, subitoque inuadunt molliter omnes:
Namque omnes pueri Argiui teneram tentabat
Mentem dulcis amor: pronusque illabitur vndæ,

*Labitur: vt cum stella polo delapsa sereno*
*Labitur in pontum, nautisque exclamat amicus:*
*Iam pueri laxate pedes: stat carbasus austro.*
*Tum Nymphæ genubus puerum superimponentes*
*Lenibant tenero lachrymantem molliter ore.*
*At ferus Alcides pueri turbatus amore*
*Exiliit, Scythiceque incuruum sustulit arcum,*
*Clauaque, quæ semper, dextram compleuit euntis.*
*Ter clamauit Hylam, quantum ter gutture posset:*
*Ter respondit Hylas, puerique emergit ab vnda*
*Vox tenuis: iuxtaque licet vix peruenit illuc.*
*Vt leo villosus clamantem percipit alte*
*Hinnuleum fætum, sæuus leo, montis ab antro*
*Egreditur, facilique leuem pede fertur in escam:*
*Sic ferus Alcides per deuia sentibus arua*
*In puerum rapitur, multamque effertur in oram.*
*At puppis procul antennas suspensa manebat:*
*Explicuitque alas media de nocte iuuentus,*
*Dum ruit Alcides. volat is quacunque viarum*
*Pes agit: insanus iecori deus insidet imo.*
*Sic formosus Hylas Diuorum cepit haberi.*
*At manus Alciden desertæ puppis agebat,*
*Linquentem immensis transtratam sedibus Argo.*
*Ille pedes Colchosque & Phasidis attigit oram.*

## INFELIX AMATOR.

MOLLIS *amans quidam crudelem ardebat ephebum,*
*Eximium formæ, sed morum dispare cultu.*
*Oderat ardentem: nec quicquam mite tenebat.*
*Quis Deus esset Amor, quam sæuos flecteret arcus*
*Nescius, & quantis torqueret pectora telis.*
*Omnia crudelis: sermonibus asper & ore.*
*Nullum ignis solamen erat: non blanda labelli*
*Purpura; non ictus oculorum, aut rubra genarum,*

*Verbaque: quæque ſuas ſolantur baſia curas.*
*Ut fera venantes e ſiluis torua tuetur,*
*Sic homini crudelis erat: crudelia labra,*
*Crudeles acies oculorum, & terror in ore.*
*Æquabat bilem facies: color omnis ab illo*
*Fugerat, irarum rabie: ſed ſic quoque multum*
*Pulcher erat. vultu magis irritabat amantem.*
*Non tulit infelix tandem fera damna Diones,*
*Sed veniens triſtes lachrymas effudit ad ædes,*
*Oſculaque infixit foribus. Sicque inſtitit ore:*
*Sæue puer triſtisque, leæ crudelis alumne,*
*Ferrea progenies, noſtrique indigne furoris,*
*Reſtim ſume meam, dona vltima & vltima, nec te*
*Amplius offendi patiar, ſed protinus ibo*
*Quo tua me damnat feritas: vbi ſemita fertur*
*Quæ miſeris ſuccurrit amantibus: hic vbi Lethe eſt.*
*Hanc quoque ſi toto mulgebo protinus ore,*
*Sic neque reſtinguam mea pectora. Iamque valere*
*His foribus mando, nec me latet exitus horum.*
*Et roſa formoſa eſt: ſed & illam tempora tangunt,*
*Et viola blanda eſt, ſed primo vere ſeneſcit,*
*Et niueus lili flos eſt, ſed diſſitus aret,*
*Ipſaque nix alba eſt, ſed vix concreta liqueſcit:*
*Et pueri flos dulcis, & hunc breuis occupat ætas.*
*Illud tempus erit, cum tu quoque tactus amabis,*
*Pectoraque ambuſtus, lachrymarum flumina fundes.*
*Nunc tamen hæc poſtrema mihi pro munere ſolue,*
*Cum miſer egreſſus pendentem in limine cernes,*
*Inque tuis foribus, ne præter limina tende.*
*Siſte pedem, ploresque aliquid, lachrymamque refundens*
*Reſtim deme mihi, poſitisque e corpore vela*
*Veſtibus, inuoluasque, atque vltima baſia ſolue.*
*Labraque defuncto iungas tua, neve timeto.*
*Non iterum viuam, ſi pronus ad oſcula fias.*

*Et*

*Et tumulum mihi conde, meum qui claudat amorem:*
*Terque, abeuns dic illa, laces dulcissime rerum.*
*Si libet, hoc quoque iunge: Perit mihi dulcis amator.*
*Hoc quoque carmen habe, quod paucis ductibus addam:*
SVSTVLIT HVNC CRVDELIS AMOR, NE PERGE VIATOR:
SED PROCVL ASSISTENS, DIC; SAEVVM ARDEBAT AMICVM.
*Sic fatus restim petiit, saxumque leuauit*
*Poste tenus muri medio, cui tenuia fila*
*Applicat, & tortis restim ceruicibus aptat.*
*Saxaque deuoluit pedibus, funusque pependit.*
*Mortuus: ille fores mox vt patefecit, eumque*
*Limine conspexit medio, nec tristia flectit*
*Pectora, nec cædem lachrymat: sed funere ab ipso*
*Mollia suspendit velamina, seque palæstræ*
*Apparat; & gratum loturus tendit ad amnem,*
*Accessitque Deum quem læserat: vtque sub vndæ*
*Margine stabat Amor saxo formatus ab vno;*
*Exilit effigies, sæuumque oppressit ephebum.*
*Sanguinis exundant latices: voxque innatat amni:*
QVISQVIS AMAS GAVDE: PERIIT CRVDELIS AMANTI:
QVISQVIS AMARIS AMA: DEVS OMNIA IVDICAT AEQVE.

# COMASTES,

## *Ex Theocrito, versus versui redditus,*

### Autore HVGONE GROTIO.

IBO *meam visens Amaryllida, monte capellæ,*
*Monte vagæ pascunt, & agit mihi Tityrus illas.*
*Tityre, quo nullus potior mihi, pasce capellas,*

*Et potum pastas age Tityre, & inter agendum*
*Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.*
*O Amarylli decens, quin hoc, ut nuper, ad antrum*
*Me transuersa tueris, amatoremque salutas?*
*An tibi nunc simus videor, promissaque longum*
*Est odio tibi barba? mori me denique coges.*
*Aurea mala decem tibi nunc, quæ carpta volebas*
*Arbore, carpta fero: cras altera rursus habebis.*
*Cerne quibus macerer mœroribus: o mihi tantum*
*Si sit apem fieri, atque tuum penetrare sub antrum,*
*Per filicemque, hederamque, quibus redimita refulges!*
*Nunc scio quid sit amor: grauis est Deus: ille leænæ*
*Vberibus nemorum propter querceta pependit;*
*Qui mihi nunc imis flagrans procul ossibus hæret.*
*Nigra superciliis, gratum quæ Nympha tueris,*
*Tota lapis, circum me plectere, ut oscula sumas,*
*Oscula vana quidem, sed in his quoque multa voluptas.*
*Carpere me facies in centum frusta corollam:*
*Hanc Amarylli tibi seruo: nanque ipse plicaui*
*Errantes hederas, apiique frequentis odorem.*
*Hei mihi quanta miser patior mala! tu nihil audis?*
*Ibo tamen, saliamque istas, sine veste, sub vndas,*
*Olpis vbi longa piscatur arundine thynnos;*
*Et si non moriar, at te mala nostra iuuabunt.*
*Nuper enim, memini, signis rimabar amorem,*
*Infelix folium strepitus non edidit vllos,*
*Sponte sed in teneris positum mihi marcuit vlnis:*
*Sed nec anus cribro me vaticinata fefellit,*
*Cum legeret spicas, & diceret, omnis in illam*
*Perditus incumbis, quæ te fastidit amantem.*
*At tibi cum geminis seruatur capra capellis*
*Quas sibi fusca dari Memnonis Erithacis orat:*
*Et dabo: nam ludos faciunt tibi munera nostra.*
*En mihi nunc oculus dexter salit: an precor illam*

*Aspiciam? cantabo iacens sub tegmine pinus;*
*Fors erit, vt videat quoque me, nam ferrea non est.*
*Hippomenes fuluis rapidam Schœneida pomis*
*Distulit, & cursu celer institit: at bona virgo*
*Vt videt, vt perit, vt totam grauis occupat ardor.*
*Egit & ipse boues Amythaone natus ab Othry*
*In Pylon: at iacuit charum complexa Biantem*
*Pulcra futura parens laudabilis Alphesibœæ.*
*Et formosus oues propter iuga pauit Adonis,*
*Quo succensa Venus traxit per membra furorem,*
*Mortuus a teneris nec secubat ille papillis.*
*Felix Iasion, felix sopor Endymionis;*
*His equidem inuideo, si vera, puella, fatebor:*
*Nam bona tanta dari credant qui posse profani?*
*Iam doleo caput: at nihil hoc tibi: carmina sistam:*
*Hic nunc exanimis collabar, & esca luporum,*
*Dulcius hoc omni credo tibi melle futurum.*

## HELENÆ EPITHALAMION.

SIC *apud Oebalidas, & flauicomum Menelaum*
*Crinibus aptantes Hyacinthi serta puellæ*
*Ante nouum lætas thalamum duxere choreas,*
*Bissenæ numero Spartanæ gloria pubis,*
*Cum minor Atrides, Helenæ post grata cupitæ*
*Fœdera, sopitus sera sub nocte iaceret.*
*Sic pariter iunctæ pedibus per mutua nexis*
*Applausere modis, quos omnis reddidit aula.*
STERTERE *sic igitur solitum tibi mollis amator?*
*An quis es infirmis genibus nimis, inque soporem*
*Lubricus? an somno pariter, vinoque sepultus?*
*Si libuit dormire, prius dormire licebat.*
*At cum virginibus, cum cara matre, puella*
*Luderet in lucem: nanque est tibi propria coniunx,*
*Totque dies, mensesque tibi seruatur, & annos.*

 *Sponse,*

*Sponse, tibi quis in hanc venienti sternuit vrbem,*
*Totque inter proceres felix dedit omen amoris?*
*Vnus semideûm poteris gener esse Tonanti:*
*Vnâ nata Iouis tecum sub veste tegetur,*
*Qualis nulla nurus inter spatiatur Achiuas.*
*Pignora magna dabit, referent si pignora matrem.*
*Nanque eadem nobis ætas & more virili*
*Cursus ad Eurotan vnctis fuit omnibus idem:*
*Viginti nouies sumus æui flore puellæ,*
*Nec tamen est, Helenæ, quæ sese conferat, vlla.*
*Vt micat orta dies Auroræ lumine puro*
*Post tenebras, vt ver tepidum post frigora brumæ,*
*Aurea non aliter nos inter Tyndaris exstat,*
*Pinguior, & maior. Seges in flauentibus aruis,*
*Thessalus in curru sonipes, cupressus in hortis,*
*Tyndaris in tota Lacedæmone pulcra renidet.*
*Nulla potest qualo tantos variare labores:*
*Nulla puellarum radio subtemina ducit*
*Doctior ordiri stantes tibicine telas.*
*Nulla fidis pulsu melius Latoida cantat,*
*Pectoris aut multa mirandam mole Mineruam,*
*Quam tua, quæ cunctis oculis includit amores.*
*Dulcis at o virgo tu iam matrona vocaris:*
*Nos, vbi mane nouum, procul in viridantia prata*
*Ibimus, & carpemus olentes suaue corollas;*
*Multa tui memores Helene, ceu mollibus agnis*
*Vbera lanigeræ sitiuntur turgida matris;*
*Nos nascentis humi; nos primæ vincula loti*
*Nexa tibi gelida platani ponemus in vmbra.*
*Nos ex argento primæ tibi flumen odoris,*
*Nos tibi sub gelida platani libabimus vmbra:*
*Vnde legi possint, cortex tuâ scriptus habebit*
*Nomina:* ME VENERARE, HELENAE SVM NOBILIS ARBOR.

Gaudete

*Gaudete o felix socero gener, & bona coniunx.*
*Det Latona precor, Latona puerpera vobis*
*Det sobolem: Cypris pariles, Dea Cypris, amores:*
*Iuppiter æternas det opes, det Iuppiter, olim*
*Nobilitas seros vt ditet auita nepotes.*
*Alter in alterius spirantes pectus amorem*
*Dormite, & memores mox surgite lucis Eoæ,*
*Nos quoque mane redimus, vbi ceruice comata*
*Lucis auis primæ surgendi signa sonarit:*
*Hymen o Hymenæe fauens hoc fœdere gaude.*

## OARISTYS.

### DAPHNIS, NYMPHA.

D. PASTOR & ipse Helenam rapuit Paris: alter ab illo
*Huic ego nunc Helenæ merui plus pastor amari.*
N. *Ne placeas Satyrisce tibi: nihil oscula prosunt.*
D. *Oscula nil prosunt: sed in his quoque magna voluptas.*
N. *Os quoque detergo: ne sola vel oscula restent.*
D. *Os quoque detergis? da rursus, vt oscula sumas.*
N. *Oscula virginibus cessa dare: quære iuuencas.*
D. *Ne nimium: pereunt vt somnia, sic perit ætas.*
N. *Vua manet, sit passa licet: rosa marcida durat.*
D. *His oleis succede tamen, quodque expedit audi.*
N. *Non libet: antiquas sermonum nouimus artes.*
D. *Hac tibi siluestris cantabit auena sub vlmo.*
N. *Me nihil ista iuuant: te, si libet, affice cantu.*
D. *Irritas Venerem virgo: vindicta parata est.*
N. *Alma Venus valeat: faueat modo Delia nobis.*
D. *Parcius: iniiciet captæ tibi Cynthia casses.*
N. *Vt libet, iniiciat, dum rursus Delia soluat.*
*Labra tibi pungam, nisi iam manus improba cesset.*
D. *Non tamen effugies, quem nulla effugit, amorem.*
N. *Effugiam, per Pana meum. quo, perfide, tendis?*
D. *Peiori vereor ne sis nuptura marito.*

 N. *Multi*

N. Multi me petiere proci, sed nemo placebat.
D. Vnus ego e multis tuus huc, pulcherrima, veni.
N. Et quid agam, si sunt connubia plena dolorum?
D. Non mala, non luctus; solas fert tæda choreas.
N. Fama refert nuptis metuendos esse maritos.
D. Verius est parere viros: quem nupta timeret?
N. Horriferos partus, Lucinæ tela, tremisco.
D. Hæc eadem partus, quæ vos quoque, Delia curat.
N. Forma puerperio, meus est timor iste, peribit.
D. Si paries, paries dulces, noua gaudia, natos.
N. Si volo, quæ thalamis das dona iugalia nostris?
D. Ista tibi saltumque, gregemque & pascua dono.
N. Iura igitur, ne me viduam post fœdera linquas.
D. Non equidem, per Pana meum, licet ipsa fugares.
N. Ergo mihi thalamos struis, & struis atria, & ædes?
D. Et thalami fient, & grex tibi pascitur iste.
N. Ast ego, quæ referam seniori verba parenti?
D. Audiat ipse meum fac, nomen, & ipse probabit.
N. Dic igitur: nam sæpe iuuat quoque nomen amantes.
D. Daphnis ego, Lycidâ natus patre, matre Nomaâ.
N. Non tibi sum dispar tam clara gente creato.
D. Nec certe prælata: pater tibi nanque Menalcas.
N. Duc age me ad saltus, & textas vimine caulas.
D. Cerne meas primo vernantes flore cupressus.
N. Ite: boues, dominumque boum sequor: ite capellæ.
D. Dum nemus hoc monstro dominæ, vos pascite tauri.
N. Quid facis hic intus Satyrisce, quid vbera palpas?
D. Has iuuat albentes primum tetigisse papillas.
N. Obtestor per Pana: manum iam tolle: fatisco.
D. Parce metu mea vita, nimis formidine peccas.
N. Quid me agis in foueam? niueos fœdabis amictus.
D. Sed paro molle tuis vellus subtexere peplis.
N. Ergo (quis hic furor est?) etiam mihi cingula soluis?
D. Hoc Paphiam primo placabo munere diuam.

N. Desine:

N. *Desine: nescio quis venit huc: sonus attigit aures.*
D. *Cupressus aliis aliæ tua fœdera narrant.*
N. *En etiam pallam laceras: ego nuda relinquor.*
D. *A me palla tibi donabitur altera maior.*
N. *Omnia promittis, nec tantum forte daturus.*
D. *O possem si cuncta, vel hanc impendere vitam!*
N. *Parce precor Diana: fidem tibi dicta fefelli.*
D. *Et boue nos Veneri, & vitula faciemus Amori.*
N. *Fœmina facta Lares repeto quos virgo reliqui.*
D. *Fœmina, sed mater: nec, vt ante, puella, sed altrix.*
*Sic hilares illi, sic carmina læta susurro*
*Furtiuos suadente thoros alterna canebant:*
*Alterâ dum surgens pecudes pastura relictas,*
*Quamuis pectore læta pudentibus iret ocellis;*
*Et lætus thalamis, armenta reuiseret alter.*

## DAN. HEINSIVS LECTORI.

ILLVD monendus es, amice Lector, in horum idylliorum versione secutum esse emendationes nostras Cl. Grotium, & interpretationes illas, in quibus a reliquis discedo, quas illi probaui. Sequentur postea & Epigrammata, ad quæ etiam ille symbolam suam contulit. Hoc interim te volebam, nescius ne esses. Vale.

# EPIGRAMMATA THEOCRITI LATINE CONVERSA.

### EPIGRAMMA I.

cuius exordium est: Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα.

SERPILLVM *densis foliis præsigne, rosasque*
*Rorantes diuis pono Nouensilibus.*

*Alticomam*

*Alticomam laurum, celebrat quam Delphica rupes,*
*Accipe sacratam Pythie Phœbe tibi.*
*At caper hic, qui nunc terebinthi brachia mordet*
*Vltima, mox aras imbuet ille tuas.* Hugo Grotius.

EPIGRAMMA II.
cuius exordium: Δάφνις ὁ λευκόχρως.

C ANDIDVS *hæc Daphnis, molli qui lusit auena*
*Bucolicos hymnos, Pan, tibi deposuit:*
*Hos ternos calamos, iaculum, hinnuleamque, pedumque,*
*Et peram, qua tot dulcia mala tulit.* Daniel Heinsius.

EPIGRAMMA III.
cuius exordium: Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ Δάφνι.

D VM *vari in summis stant montibus, æquore campi*
*Frondibus instrato te sopor altus habet.*
*Daphni pater, Faunus te captat, & ipse Priapus,*
*Tempora sub crocea cui titubant hedera,*
*Et iam succedunt antro simul: effuge Daphni,*
*Effuge, nec somno mergere, sed vigila.* H. G.

EPIGRAMMA IV.
cuius exordium est: Τήναν τὰν λαύραν.

Q VO *via per quercus, pastor, te ducet, imago est*
*Lignea, nuper adhuc, vt puto, ficus erat.*
*Monstrum informe, tripes, cum cortice, & auribus orbum:*
*In Venerem factum quod tamen inguen habet.*
*Simplice quod cingit structum pietate sacellum,*
*Et viret e saxo lapsa perennis aqua.*
*Lauribus & myrtis, & odorifera cupressu,*
*Quas circumplecti palmite vitis amat.*
*Illic & tremulis mulcentes vocibus aures*
*Congeminant merulæ murmura, veriaues.*
*Flaua nec aduersum ramis Philomela dolores*
*Dulcisono cessat molliter ore queri.*

*Illic*

*Illic ergo ſede ſupplex, facilemque Priapum*
*Exora, ne me Daphnidis vrat amor.*
*Si datur hoc, præſens hædi cruor imbuet aras;*
*Daphnide ſin potiar, victima terna cadet.*
*Tunc capro faciemus, ouisque ſub vbere fœta,*
*Et vitula: placeant ſic mea vota Deo.* H. G.

## EPIGRAMMA V.

cuius exordium: Λῆς ποτὶ τᾶν νυμφᾶν.

*VIS age per Nymphas gemina cantare cicuta*
*Dulce aliquid? blandos arripiens calamos,*
*Incipiam ſimul ipſe: ſimulque bubulcus & ipſe*
*Daphnis ceratis ludit arundinibus.*
*Heic age poſt antrum quercus lateamus opacæ:*
*Qui iacet hic, ſomno Pan viduandus erit.* D. H.

## EPIGRAMMA VI.

cuius exordium eſt: Ἆ δειλαῖε τὺ Θύρσι.

*AH ah, Thyrſi miſer, quid prodeſt lumina bina*
*Humidulis fruſtra tingere lachrymulis?*
*Capra abiit, pulcher tibi fœtus: abiuit ad orcum:*
*Nam lupus hanc duris vnguibus impediit.*
*Vana canes reſonant; quid prodeſt? illius oſſa*
*Vix ſuperant raptæ, vix ſuperant cineres.* Idem.

## EPIGRAMMA VII.

cuius exordium eſt: Ἦλθε καὶ ἐς Μίλητον.

VENIT *& excelſam Mileton Pæone natus,*
*Cum medio cupidus viuere poſſe viro.*
*Niciade: hunc ſacris ſemper colit ille, & odoram*
*Protinus e cedro condidit effigiem.*
*Maximaque, Eetion, artis tibi præmia ſoluit:*
*Teque ferunt totas applicuiſſe manus.* Idem.

## EPITAPHIVM ORTHONIS VIII.

cuius exordium: Ξεῖνε Συρηκόσιος.

PRAECIPIT *hoc Orthon Siculus: ne forte viator*
*Ebrius hyberna tempore noctis eas:*
*Namque ego sic iaceo: pro puluere nempe paterno*
*Externa peregre contumulatus humo.* Idem.

## ALIVD.

cuius exordium: Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο.

VITAE *parce tuæ, tempestiuusque, Viator,*
*Nauta, scias vitæ tempora pauca tuæ.* Idem.

## EPIGRAMMA X.

### *In effigiem Musarum,*

cuius exordium: Ὑμῖν τοῦτο θεαί.

EFFIGIEM *hanc vobis Xenocles, pia numina, Musæ,*
*Effigiem statuit esse Nouensilibus,*
*Musicus: haud aliter quis dixerit. hinc sibi nomen*
*Qui peperit, vestri quam memor ille fuit!* Idem.

## EPIGRAMMA XI.

### *Epitaphium Eusthenis Physiognomonis.*

cuius exordium: Εὐσθενέος τὸ μνᾶμα.

EVSTHENEI *hic tumulus: mores dignoscere ab ore,*
*Eque oculis mentem cernere doctus erat.*
*Nunc pulchre a sociis peregre est peregrinus humatus:*
*Gratus ibi cunctis vatibus ille fuit.*
*Omnia quæ decuit peregre tulit ipse sophista:*
*Cui procul a patria turba propinqua fuit.* Idem.

## EPIGRAMMA XII.

### *In tripodem Baccho dedicatum nomine Demotelis.*

cuius exordium: Δαμοτέλης ὁ χορηγός.

DEMOTELES *dux ille chori, tripodem tibi, Bacche,*
*Te quoque qui diuum delicias posuit,*

*In cunctis medium tenuit: victorque chororum,*
*Qui modicum, qui fas cerneret, vnus erat.* Idem.

EPIGRAMMA XIII.

*In effigiem Vraniæ Veneris.*

cuius exordium: Ἡ Κύπρις οὐ πάνδημος.

PVBLICA *non isthæc Venus est: placare memento*
*Vranien, castæ munere Chrysogonæ*
*In thalamo Amphicli, socii prolisque larisque.*
*His facilis quouis tempore vita fuit*
*A te principium ducentibus, o Dea: nam qui*
*Dulcia cumque colit numina, lætus agit.* Idem.

EPIGRAMMA XIIII.

*Epitaphium Eurymedontis,*

cuius principium: Νήπιον υἱὸν ἔλειπες.

FILIOLVM *paruum liquisti: raptus & ipse*
*Vix iuuenis, nunc hic conderis Eurymedon.*
*Et tibi nunc sedes Heroum in sedibus: illum*
*Virtutis patriæ nomine, turba colet.* Idem.

EPIGRAMMA XV.

*In eundem.*

cuius exordium est: Γνώσομαι εἴ τι νέμεις.

COGNOSCAM *an precium ponas virtutibus vllum:*
*An referat laudes improba turba pares.*
*Huic tumulo, dices, bene sit: namque Eurymedontis*
*Tam leuiter sacrum contegit ille caput.* Idem.

EPIGRAMMA XVI.

*In Anacreontis statuam.*

cuius exordium est: Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον.

IMAGINEM, *viator, illam conspice,*
*Et dicas simul ac domum redibis,*
*Anacreontis Teii vidi caput.*
*Si quis, dulce decus lyræ prioris.*

*Addensque, pueris gratus omnibus fuit,*
*Sic totum fueris virum locutus.* Idem.

## EPIGRAMMA XVII.

### *In Epicharmum.*

cuius exordium: Ἅ τε φωνὰ Δώριος.

L INGVAQVE *ipsa hæc Dorica est, vatesque qui Comœdiæ*
*Dux est Epicharmus.*
*Ex æreque ipsum, Bacche, pro vero hic tibi*
*Ciues posuerunt.*
*Quem Syracusis locarunt in ter amplis manibus:*
*Vt ciuibus æquum est.*
*Opum ille aceruum possidebat, diligens*
*Persoluere cuique,*
*Multa certe quæ forent pueris docebat vsui.*
*Laus ampla sit illi.* Idem.

## EPIGRAMMA XVIII.

### *Epitaphium Clitæ, nutricis Medei.*

cuius exordium: Ὁ μικκὸς τόδ' ἔτευξε.

H VNC *paruus tibi condidit Threissa*
*Medeius tumulum, qua fert via, dedicatque Clitæ:*
*Illud fert precium beata nutrix:*
*Quod puerum nutriuit: adhuc etenim vtilis vocatur.* Idem.

## EPIGRAMMA XIX.

### *In statuam Archilochi.*

cuius exordium: Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι, &c.

A RCHILOCHVM *vt cernas, sistas age, pristinum poëtam,*
*Autorem Iambi, cuius alta gloria*
*Domosque noctis tangit atque lucis.*
*Scilicet hunc Musæque & Delius ipse amauit augur:*
*Hinc arte dexter ille, & exactus fuit,*
*Eposque dicere, ad lyramque cantum.* Idem.

## EPIGRAMMA XX.

### *In statuam Pisandri.*

cuius exordium: Τὸν τοῦ Ζανὸς ὁ δ' ὑμῖν.

ÆTERNI *sobolem Tonantis illum,*
*Et dextra & domito leone notum,*
*Vatum quotquot erant vbique, primus*
*Pisander celebrauit ex Camiro,*
*Cuius sunt labor Herculis labores.*
*Hunc ipsum pia cura ciuitatis*
*Hic, vt noueris, æreum locauit*
*Multis postea mensibusque & annis.* H. G.

## EPIGRAMMA XXI.

### *In Hipponactem.*

cuius exordium est: Ὁ μουσοποιός.

HIC *hic poëta magnus Hipponax dormit:*
*Si sis scelestus, pergere ad tumulum noli;*
*Sin sis probusque, & e probis viris natus,*
*Tutus sedeto, si libebit, & dormi.* D. H.

## EPIGRAMMA XXII.

### *Autoris in opus suum.*

cuius exordium: Ἄλλος ὁ Χῖος, ἐγὼ δὲ Θεόκριτος.

ALTER *erat Chius: verum ipse Theocritus autor,*
*E media fueram plebe Syracosia.*
*Natus Praxagoræ, celebrisque in gente Philinæ:*
*Carminis externi non mihi cura fuit.* Idem.

# PVB. VIRGILII MARONIS ECLOGA DECIMA,

## *Quæ* GALLVS *inscribitur*, a IOSEPHO SCALIGERO Dorice reddita.

Υ'ΣΤΑΤΙΟΝ χαρίσαιο πόνον μοι τόνδ' Ἀρέθοισα.
Παῦρά τιν' ἀείδωμες (ἀναγνοίη δὲ Λυκωρὶς)
Γάλλῳ ἐμῷ· τίς κεν Γάλλῳ φθονέσοιτο ἀοιδᾶς;
Οὕτω Σικελίδος σοὶ ὕπο χομένα βυθὸν ἅλμας
Μή ποτε συμμίσγοι ἑὰ κύματα Δωρὶς ἀδευκής.
Εἴπωμες, φέρε, Γάλλω ἀμηχανέοντας ἔρωτας,
Σιμαὶ ἕως θαμνῶν ἀποτρώγοισι χίμαιραι.
Ἀίδομες οὐ κωφοῖς. ἀδοῦσι γὰρ ἄλσος ἐπαχεῖ.
Μᾶλα πέριξ ἔσακε, καὶ ἡμέας οὔτοι ἀτύχθη.
Οὔτε τύ, θέσπι ἀοιδέ, τὸ ποιμνίον αὐτὸς ἀτύζευ.
Καὶ γὰρ ὁ καλὸς Ἄδωνις ἐφ' ὕδασι μᾶλα νομεύει.
Εἴποιτ' ἄν, τί νέμος σκιερόν, τίνα τέμπεα, κοῦραι
Ναΐδες, εἶχ' ὑμᾶς, ὅκα τάκετο Γάλλος ἔρωτι;
Οὔτε τὸ Παρνασοῖο γὰρ ὑμέας, οὔτε τὸ Πίνδω
Αἰπὺ κλέτας κατέρυκ', οὔτ' Ἀονία Ἀγανίππα.
Αὐταί μιν κλαύσαντο δάφναι, κλαύσαντο μυρῖκαι.
Μαίναλος αὐτὸν ἔκλαυσ' ὑπ' ἐρήμῳ κείμενον ὄκρῳ.
Τοὶ σκόπελοι ψυχρῶ μιν ἀνωδύραντο Λυκαίω.
Ἦνθεν ὁ μαλονόμος, βραδινοὶ τοὶ βωκόλοι ἦνθον.
Ὁ δρῦς χειμερινὰς βαλανίζων ἦνθε Μενάλκας.
Καὶ πόθεν οὗτος ἔρως, πᾶς πεύθεται· ἦνθεν Ἀπόλλων.
Γάλλε, τί μαίνεαι; φατί. τεὸν μέλεδαμα Λυκωρὶς
Βᾶσα διὰ ψύχους διά τε στρατῶ, ἕσπετ' ἄλλῳ.
Ἦνθε καὶ ἀγροτέρῳ Σιλβανὸς κρᾶτα πυκαστὸς
Στέμματι, νάρθηκας χλοερώς, κρίνα θ' ἁδρὰ τινάσσων.
Καὶ θεὸς Ἀρκαδίας Πὰν ἦνθε, τὸν εἴδομες αὐτοὶ
Κινναβάρει καὶ χυλῷ ἐρευθόμενον χαμαιάκτας.
Πᾷ στασεῖ τόδ' ἔφασ'; οὐ ταῦτα μέμαλεν ἔρωτι.
Οὐ δακρύων κεκόρεσται Ἔρως, ὑγρέστατος ὁ λειμών,
Ταὶ ξουθαὶ κυτίσοιο μέλισσαι, φυλλάδος ἁ αἴξ·
Καὶ ὃς στενάζων, ἀσεῖτε τάδ', Ἀρκάδες, εἶπεν,
Ὤρεσιν ὑμετέροισι, μόνοι δεδαῶτες ἀείδειν
Ἀρκάδες. ὡς μαλακῶς τότε λείψανα τὰ μὰ κέοιτο,

Αἴποκ' ἐμῶς ὔμα σύριγξ ἀείσει ἔρωτας.
Ὤφελον ἐξ ὑμέων εἷς ἔμμεναι, ἤτις ἀμεργὸς
Ποίμνας, ἢ σταφυλᾶς πυρναίας ἀμπελοεργός.
Αἰ παρ' ἐμὶν τόκα Φυλλὶς ἔην, αἴκ' αὐτὸς Ἀμύντας,
Αἴκ' οἷς ἐρωμά τι ἄλλο ( τί δ' αἰ μέλας ἐστὶν Ἀμύντας;
Ἔστι καὶ ἀμφότερον τό, τ' ἴον μέλαν, ἄ θ' ὑάκινθος )
Ὧδ' ἐν ταῖς ἰτέησιν ὑπ' ἀμπέλῳ ἦν μετ' ἐμεῖο.
Ἄνθε' ἐμὶν τόκα Φυλλὶς ἀπέδρεπεν, ᾆδεν Ἀμύντας.
Ὧδε ψυχρὸν ὕδωρ, μαλακὰ πόα ὧδε Λυκωρί.
Ὧδ' ἄλση. σὺν τοι τέλεον χρόνον ὧδε βιῴην.
Ἀλλά με νῦν ἀτέραμνος ἔρος μὲν μᾶλλον Ἄρηος
Ἔντε μέσοις ὅπλοις ἐντ' ἀντιβίοισι κατίσχει.
Φεῦ, τὺ δέ μοι γλυκερᾶς πάτρας ἄπο ( πῶς κε πιθοίμαν; )
Ἄλπεων τὰς χιόνας, τό, τε Ῥήνω ψῦχος ἄτλατον
Χωρὶς ἐμεῦ λεύσσεις. ἆ μή τυ ψῦχος ἰάψαι.
Ἆ μή τυ κρύσταλλος ἐπιτμάξαι πόδας ἁβρώς.
Χαλκιδικοῖς φέρ' ἰὼν τάπερ ἐξεπόνασα μέλεσσι
Ποιμενικῷ καλάμῳ Σικελοῖο βοτῆρος ἀείσω.
Κέκρικ' ἐνὶ σπείεσσι δυσπαθέειν, καὶ ἀν' ὕλας,
Ἔνθ' ἁπαλοῖσιν ἔρωτας ἐμὼς φλοιοῖσι χαράττειν.
Φλοιοῖς ἀλδήσκουσι συναλδήσουσιν ἔρωτες.
Μαίναλα μὰν τείως καταθεύσομαι ἄμμιγα Νύμφαις.
Χλουνίας ἀγρεύσω. ψῦχος δέ με κωλύοι οὐδὲν
Παρθένια σκυλάκεσσι περιστοιχίζεμεν ἄλση.
Ἤδη ἀνὰ σκοπέλως δοκέω, ἀνὰ δρυμὰ φέρεσθαι,
Καὶ Πάρθοις κερέεσσι Κυδώνια θυμὸς ἄνωγεν
( Ὡς ἂν ἐμᾶς μανίας ἄκος ὂν μέγα ) τόξα τιταίνειν.
Πλάν γε θεὸς τῆνος μαθέτω βροτέοισι κακοῖσιν
Ἱλήκειν. Ἀλλ' αὐταὶ Ἁμαδρυάδες καὶ ἀοιδαὶ
Οὐκέτ' ἐμὶν φίλαι ἐντί. πάλιν χαίροιτέ μοι ὗλαι.
Οὐ τῆνος καμάτοις ἀλλάσσεται ἡμετέροισιν.
Οὐ μὰν κἢν Ἕβρον πίνωμες ψύχει μέσσῳ.
Σιθονίας νιφάδας ὑποδύντες χείματος ὑγροῦ.
Οὔτ' ἦν, φλοιὸς ὅκα πτελέαις ἐνὶ κάρφεται αὖος,
Αἰθιόπων βόσκωμες ὄϊς ὑπὸ Καρκίνῳ ἄστρον.
Πάντα γε νικᾷ ἔρως. ἡττώμεθα κ' ἄμμες ἔρωτος.
Ταῦτα μὲν ὑμέτερον ποιητάν, μέσφα κάθηται,
Καὶ τάλαρον πλέκει ἐκ μαλάχας, ἀρκεῖται ἀεῖσαι
Πιερίδες. Γάλλῳ δ' ὔμμες μεγαλύνετε ταῦτα,
Γάλλῳ, τῷ καὶ ἂν ὥραν ἀέξεται ἵμερος ἄμμι

Τόσσον,

Τόσον, ὅσον κλάδεα μάλ' ἀείρεται εἴαρος ὥρῃ.
Εἶα δὴ ἀνστῶμες. σκιὰ ᾀδόντεσσιν ἐπαχθής.
Καὶ σκιὰ ἀρκεύθω βλαβερά, σκιὰ λήια βλάπτει.
Σεῦσθε κορεσθεῖσαι (νὺξ γὰρ πάρα) σεῦσθε χίμαιραι.

Obſeruabis, amice lector, Scaligerum poſt verſum,

*Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſyluæ,*

poſuiſſe tres verſiculos loco non ſuo vulgo editos,

*Stant & oues,*

cum iis quæ ſequuntur.

# EADEM DORICE REDDITA

## à

## DANIELE HEINSIO.

ΤΟΥΝ ὕστατον χαρίσαιο πόνον μοι τόνδ' Ἀρέθοισα·
Μικκὸν ἐμῷ Γάλλῳ, τὸ καὶ ἂν γνοίησι Λυκωρίς,
Μὴ πέμψω ἐν καλῷ εἴη· ἔπη τίς ἀνήνατο Γάλλῳ;
Οὕτω τίν, Σικελοῖς μετὰ κύμασιν ὄκκα φέρεαι,
Μή ποχ' ἑὸν Δωρὶς συμμίσγοι ἁλμυρὸν ὕδωρ,
Ἄρχεο, δειλαίως Γάλλω εἴπωμες ἔρωτας,
Μέσφα νέως σιμαὶ θάμνως ζώγοντι χίμαιραι.
Μέλπομες οὐ κωφοῖσι· ποτικρίνονται αἱ ὗλαι.
Ποῖα νάπη τῆμος, πεῖ ὔμμ' ἔχεν ἄλσεα καλαί
Ναΐδες, συγνῶς ὅκα τάκετο Γάλλος ἔρωτι;
Οὐ μὰν Παρνασσοῖο τόκα κλέτας, οὐδὲ τὰ Πίνδω
Ὕμμιν πόσα μέμαλε, καὶ Ἀονία Ἀγανίππα.
Τῆνον χαὶ δάφναι, τῆνον καὶ κλαῦσε μυρῖκαι,
Τῆνον πευκάεις ὑπ' ἐρημάδι κείμενον ἄχθα
Μαίναλος· οἱ δὲ λίθοι κρυερῷ κλαύσαντο Λυκαίω.
Μᾶλα περιστάκαντι, καὶ οὐ αἰδῶς λάβε τῆνα·
Μὴ τὺ λάβοι ποίμνας αἰδώς, ὦ θεῖε μελικτά,
Μᾶλα καὶ ὠυτὸς ἔβοσκε παρ' ὕδασι καλὸς Ἄδωνις.
Ἦνθεν δ' ᾠοπόλος, βραδέες σὺν ποιμένες ἦνθον·
Χειμερίας δὲ μάλ' ὑγρὸς ἀπὸ δρυὸς ἦνθε Μενάλκας,
Πάντες ἀνηρώτευν, ὁ πόθος πόθεν; ἦνθεν Ἀπόλλων,
Κῆφα, Γάλλε τάλαν, τί τὺ μαίνεαι; ἁ δὲ Λυκωρίς
Ἄλλω ἀνὰ νιφάδας, καὶ ἀνὰ στρατὸν οἰκτρὸν ὁμαρτεῖ.

Ἦνθε

Ἦνθε καὶ ἀγροίκῳ κεφαλᾶς Σιλβανὸς ἐλύξῳ,
Νάρθακας χλοερῶς, περὶ δὲ κρίνα μακρὰ τινάσσων.
Πὰν δ᾽ ἔτι Ἀρκαδίας θεὸς ἵκωθε, τὸν εἴδομες αὐτοὶ
Χυλῷ ἐρυθόμενον χαμαιάκτας, κινναβάρει τε,
Καὶ πᾶ, ἔφα, τέλος ἔσαι; ἔρως οὐ τοῖνδ᾽ ἀλεγίζει,
Οὐ δακρύων ἀνιαρὸς ἔρως, οὐχ᾽ ὕδατος ἁ γᾶ,
Οὐ κυτίσοιο μέλισσαι ἄαται, φύλλων δὲ χίμαιραι.
Ὃς δὲ μάλα στυγνὸς, Τὰ μὲν Ὠρκάδες ἄσετε, φάσκε,
Ὤρεσιν ὑμετέροισι, μόνοι δεδαῶτες ἀοιδᾶς
Ὠρκάδες· ὡς γλυκερῶς τόκα τὠστέα ταμὰ κέοιτο,
Αἴ κεν ἐμὸν σύριγξ ὑμά ποκ᾽ ἔρωτα μελίσδοι.
Ὤφελον εἷς ὑμέων κἠγὼ πέλον· ἠὲ νομεύς τις
Ὑμετέρας ἀγέλας, ἢ τρωξίμω ἀμπελόεργος.
Ναὶ μὰν αἴ μοι Φυλλὶς ἔην, αἴτ᾽ αὐτὸς Ἀμύντας,
Αἴθ᾽ ἕτερον μελέδαμα· (τί δαὶ αἰ μέλας ἐστὶν Ἀμύντας;
Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶν ὁμῶς καὶ ἁ Ὑάκινθος)
Σύν μοι ἐν ἰτέῃσιν ὑπ᾽ οἰναρέοισιν ἔκειτο,
Φύλλα δέ μοι Φυλλὶς στεφάνων δρέπεν, ᾆδεν Ἀμύντας.
Ὧδε ψυχρὸν ὕδωρ, μαλακοὶ νομοὶ ὧδε Λυκωρί,
Ὧδε νέμη· ὧδ᾽ ὁ περιὼν χρόνος ἄμμε μαραίνοι.
Νῦν δ᾽ ἄρ᾽ ἐμ᾽ ὠφρόντιστος Ἔρως δεινοῖ μετ᾽ Ἄρηι
Ὅπλοις ἐν μέσσοισι καὶ ἐχθοδοποῖσιν ἐρύκει.
Τηλόθι δὴ τύνη τᾶς πατρίδος (οὐδὲ πιθοίμαν)
Ἀλπείας τε μόνα νιφάδας, ψυχρός δὲ τὰ Ῥήνω
Νόσφιν ἐμεῦ ἐσορῇς· αἲ μή τύ τι ῥῖγος ἰάπτοι,
Μή τυ διαχίσδοι μαλακὸν πόδα παγὰς ἀτειρής.
Βασεῦμαι· καὶ ὅ,τι μοι τὸ μελύδριον ἐκπεπόναται
Χαλκιδικὸν, Σικελᾷ συρίγγι ποιμένος αὐλῷ.
Φαμὶ δαὶ ἐν ξυλόχοισιν ἐν σπάεσί τε θηρῶν
Ῥᾷον ἄγειν· ἁπαλοῖσι δ᾽ ἔρως γεγράψεται ἐμὸς
Δένδρεσιν· ἀλδήσει τάδ᾽ ἀεὶ, ἅμα δ᾽ ὔμμ᾽ ὦ ἔρωτες.
Σὺν δὲ τέως νύμφαις μέγα Μαίναλον ἀμφιπολάσω,
Ἢ καὶ νῦν φλογόεντα διώξομαι· οὐ με κολούσει
Παρθένιον κρύος ὀξὺ κυσὶν διαλαμβάνειν ἄλσος.
Ἤδη ἀνὰ κρημνὼς δοκέω, καὶ ἐριβρέμεος ὕλας
Βασκέμεναι, πάρθῳ δὲ βιῶ περιάλλεν ὀϊστὸν
Κυδώνιον· ὡς κεν ἐμᾶς τόδ᾽ ἔοι γλυκὺ θέλκτρον αἰνίας,
Καὶ θεὸς ὅσγε κακοῖσιν ἱλάσκοιτο βροτέοισιν.
Αὖ ψ᾽ ἄρ᾽ Ἁμαδρυάδες θυμῷ ἄπο, παῖ δὲ μέλισμα
Ἄμμι πέλει· αὐτὰ πάλιν ἐρρέτω ἐρρέτω ὕλα.

Οὐχ' ἁμοί ποκα τῆνον ἀπαλλάξαιατο μόχθοι.
Οὐδ' εἰ χειμαίνοντος ἄδαν Εὔεριο πίοιμι,
Ἢ νίφα Σιθονίαις ἐπερᾶς χειμῶνος ἀεξίμας·
Οὐδ' ὁκόταν φλοιὸς πτελέας αὐαίνηται ἄδ' ἐρᾶς;
Αἰθιόπων ἀγέλας ὑπὸ καρκίνῳ αἴκε νέμοιμι.
Παντὸς ἔρως κρατέει· χ' ἁμὲς εἴκωμες ἔρωτι.
Ταῦτα θεαὶ σφέτερον μέλψαι ἀρκείτω ἀοιδόν
Μέσφα καθεζόμενος τάλαρον πλέκει ἐκ μαλαχάων.
Πιερίδες, καὶ ὔμμι τόδε μεγαλυνέτε Γάλλῳ,
Γάλλῳ, τῶ πόθος ἄμμιν ἀέξεται αἰὲν ἐφ' ὥρᾳ,
Χλωρὰ ὅσον κλάθραι ἦρος νέον ἱσταμένοιο.
Ἀλλ' ἄνα δή. σκιά ἐντι μελισδόντεσσι ἐπαχθής,
Ἀρκεύθω σκιά τι βλαβερὸν, σκιὰ λάϊον αὔει.
Σίττα κορεσθεῖσαι, πάρα γὰρ νύξ, σίττα χίμαιραι.

# DANIELIS HEINSII
## Ecloga Bucolica,
## NORDOVVICVM,
### SIVE
## INFELIX AMOR.
### AD IANVM DOVSAM NORDOVVICI DOMINVM.

S CILICET *haud nobis tantum licet esse poëtis*
DOVSA, *quibus patriaque vrbes, populique furentis*
*Dulcia sordentes inuadunt carmina curæ:*
*Quantũ quæ placidis indulgens otia campis*
*Gens vitæ secura suæ, pecora inter, & inter*
*Saxa, leuesque vmbras, & mollia numina ruris*
*Pectore securos tranquillo ruminat ignes.*
*Tityrus & pulcher Lycidas, huic cura Neæra;*
*Lusca Neæra quidem, sed enim ditißima lactis:*
*Huic Nisæ vicinus amor: Nordvvicides ambæ,*
*Ambæ formósæ Nordvvicides: illa capellas*
*Promptior, hæc dulces compellere doctior hædos.*
*Pulchra Neæra quidem Lycidæ: tibi Tityre Nisa*
*Nisa fuit: cæcus, pueri, Deus vrit amantes:*
*Inter oues ergo placidas testesque capellas*
*Sic prior argutum Lycidas effudit amorem,*
*Carmine, quod noster tacite sublegit Amyntas.*
*Lentius o nostra procedite lentius agnæ.*

*Pulcra*

*Pulcra Neæra suos in gramine condidit artus,*
*Dormit pulchra Neæra: leues accedite venti,*
*Pro Zephyro Zephyriti (Deo non credimus vlli)*
*Lactea tranquillo percurras pectora motu.*
*Dormit pulchra Neæra: insani sistite tauri,*
*Sistite, nec dulcem mugitu rumpite somnum.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Bis leuiter sæuum volui defendere solem,*
*Bis metui mollem pauidus turbare soporem.*
*Dulcis Somne pater certe es Deus: ipse ego nuper*
*Inter lilia fusus odoratosque Hyacinthos*
*Visus eram blandos compellere montibus hædos,*
*Visus eram blandæ supponere colla Neæræ.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Et iam corpore corpus & oribus ora fouebam,*
*Dulceque nescio quid spirauimus, ictaque linguâ*
*Pendula lingua natabat, & albo mollior hædo*
*Halitus occulto persuderat ossa calore.*
*Et somnus mihi numen erat: nec somnia credi*
*Illa merebantur: fuerant sed somnia tantum.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Certe Somne pater breuis es Deus: effluit ille,*
*Quæque dedit solus, rapuit mihi gaudia solus.*
*Bisque vale dixi formosa, locumque notaui,*
*Bisque iterum saxo volui recubare sub illo,*
*Bisque eadem optaui mihi somnia; sed mea vota*
*Naiades, & pulchræ Dryades lusêre puellæ.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Quin thalamum, mea Vita, simul, quin iungimus ora?*
*Lætus Hymen Hymenæe pater cantabit Iolas,*
*Et Crotale dulcem versabit in igne polentã,*
*Spargens humida mella, laboratamque farinam:*
*Phyllida Damætas, Amaryllida ducet Amyntas,*
*Vicinus teneram cantabit Tityrus Æglen.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Dote nec insanus mecum certauerit Alcon,*
*Nec vester Lycidas, nec pulchri filia Codri:*
*Sunt mihi bis deni, totidem cum matribus, hædi:*
*Sunt & opes, quas dulcis auus mihi seruat Alexis,*
*Fistula molle sonans: celebris qua sæpe Menalcas*
*Flexit aberrantes Nordvuico e littore tauros.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Et tunica, hoc ipso mater quam texuit antro,*
*Artis opus raræ: croceo nam stamina limbo*
*Ambiit, & summas distinxit pellibus oras.*
*Quam toties frater cum posceret inclytus Ægon,*
*Hanc Lycidæ seruamus ait: dum plenior annis*
*In thalamum pulchrâ migrauerit ille Neæra.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Sic Lycidas: dulcem Lycida sic Tityrus ignem*
*Excipit, errantes numerans per prata iuuencas.*
*Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis,*
*Te tenuem nigramque & multo sole perustam*
*Improbus affirmat Lycidas: mihi pulchra videris,*
*Mollis, dulce tuens: sed ferrea ferrea certe es:*
*Namque antrum bis mane, bis omnia pascua frustra*
*Præterii, pecudesque tuas: voluique videri*
*Pelle noua circum, niueoque incinctus amictu.*
*Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.*
*At tu auersa feroxq; meos nõ cernis amictus,*

*At tu auersa feroxque meos non cernis amores.*
*O lachryma! o vmbra Nordvuicides! illaque nigris*
*Nympha superciliis! viridi cui semper in antro*
*Dulcia supplemus tepido mulctralia lacte,*
*Et geminos clam matre duos subduximus hædos.*
*Aurea Nisa tua pulcherrima nata parentis.*
*Dicite lasciua Cadvuicides, inclyta ponti*
*Turba, maris spumis, & vestra mollior alga,*
*Non ego sum pulcher? non blandus denique? nam me*
*Mater auo similem Corydoni dixit, & ipsa*
*Thestylis ipsa suo me prætulit inuida Codro,*
*Et mollis Crotale, & vicini nata Myconis.*
*Aurea Nisa tua pulcherrima nata parentis.*
*Et quoties saturas Cadvuici cogimus agnas,*
*Exiliunt ridentque omnes, tangique recusant,*
*Et metuunt sperantque simul: fugiuntque sequentem,*
*Et fugienti instant, & inania murmura fingunt,*
*Et metuo, inuitus ne cogar: & oscula sæpe,*
*Dulciaque auerso despexi gaudia vultu.*
*Aurea Nisa, tua pulcherrima nata parentis.*
*Certe ego (nam memini) tenui lanugine malas*
*Vix dum pictus adhuc, gelido qua flumine Rhenus*
*Labitur, & glacie flauentem cingitur alueum,*
*Cum pastoribus hic sua præbent mollia Nymphæ*
*Gaudia, cum Batauis innixa molliter aluis*
*Percurrunt rapidas faciles Nordvuicides vndas.*
*Aurea Nisa tua pulcherrima nata parentis.*
*Certe ego bina tuli tibi basia: corque perussit*
*Lenior extemplo mihi motus, & altera fixi,*
*Et Lycida, nunquam, dixi, mihi talia mater*
*Quamuis sæpe thoro mecum cubitaris eodem,*
*Non genitor tulit ipse: paterque in fronde Palæmon*
*Risit, & obscura latuit circundatus alga.*
*Aurea Nisa tua pulcherrima nata parentis.*
*Scilicet ex illo mihi tempore mollior æstus*
*Pectus habet: nec me velut ante & gramen, & herba,*
*Nec iuuat, vt prius, inter oues, interque capellas*
*Cum Damales fusca choreas deducere nata:*
*Nec iuuat occulto sub gramine nocte latentem*
*Lugduno reduces furtim terrere puellas.*
*Aurea Nisa tua pulcherrima nata parentis.*
*Et quoties dulces genitor me misit ad agnas,*
*Et quoties molles genitrix me misit ad herbas,*
*Nescio quæ tepidos febris noua pascitur artus,*
*Nescio quis nouus ardor habet: consultaque nuper*
*Baucis, anus vicina, tui vicina Lycoræ,*
*Tityre, dixit, amas, & credere cogimur illi.*
*Aurea Nisa, tua pulcherrima nata parentis.*
*Sic pueri cecinere: leues in fronde capellæ,*
*Cumque suis blandæ saliերunt matribus agnæ.*

HVGO-

# HVGONIS GROTII MYRTILVS, SIVE IDYLLIVM NAVTICVM, AD DANIELEM HEINSIVM.

PRIMA mihi syluis, & amæno fonte relicto
Fistula ad Oceani fluctus, & ad æquora venit,
Æquora quæ Batauis potius cantanda Poëtis.
Nam neque me tantum saltus, aut pascua circum,
Aut Haga nemus omne meæ iuuat, inuia quantum
Littora, pendentesque domus, scopulique cauernæ:
Non audita cano: Labor hic tibi sumitur Heinsi;
Heinsi noster amor, si quid mea carmina possunt,
Te Libycus Garamas, te Iaua loquetur, & Indi,
Et puppes Austrina ferent ad sidera cœli
Dia Sophocleo tua pulpita quassa cothurno.
Dicite formosæ Nereides, inclyta Ponti
Numina, quas voces, quæ carmina Myrtilus inter
Aërias rupes, & respondentia saxa
Cochlidis insano iactarit saucius igni.
Iam defuncta malis pelagi ratis, acta per altum
Venit ad hos fines, vbi diuidit insula pontum
Cara mihi, & solo notißima Cochlidis antro.
Tiphy ratim serua: si nox collegerit Euros
Anchora demisso descendat in æquora ferro,
Aut littus prætexe, malus si sæuiet Auster:
Sed breuia, & rapidos æstus fuge: dextera multis
Est via cæca vadis: securius ire sinistra.
Cochli, quid exspectas? quin, vt prius ipsa solebas,
Prospicis intonsi specula de montis in vndas,
Meque procul reducem longo clamore salutas?
Heu, quis mutauit mihi te Deus? an tibi pectus
Transuersum nouus egit amor? ne fallite nautæ,
Sumne alius, quam nuper eram, cum candida Dorcas
Diceret, Hesperiis Dorcas prælata puellis;
Pulcher es: ipse tibi me iudice cedat Amyclas.
Illa quidem dixit: sed vix ego credulus illi.
Ipse tamen, tamen in placido me flumine vidi,
Hirsutasque genas, & latæ frontis honorem,
Et roseos crines, & cærula menta notaui,
Qualia vel Neptunus habet, vel qualia Nereus.
Testis anus Crotale, quæ ter mihi, Myrtile, dixit,
Despue: lingua tuos ne fascinet inuida vultus.
Hæc eadem canto, quæ cum cantaret Arion,
Mulceretq; Deos pelagi, circumstetit omnis
Delphinum chorus, & vatem seruauit in vndis:
Scilicet aut Boreæ veteres, & Erichthidos ignes,
Aut Phorci laudes, aut cæruleam Amphitriten.

*Aemulus at concha mihi perstrepit aequora Triton,*
*Miranturque sonum Panope, Panopesque sorores,*
*Et Proteus, & Glaucus, & Inoiis Melicerta.*
*Heu placeo Nymphis: at non tibi: sola marinos*
*Despicis amplexus crudelis, & oscula vitas.*
*Quem fugis ah demens? secuerunt Di quoque pontum,*
*Et magni Minyae Reges, & primus Iason*
*Per freta duxerunt abituram in sidera puppim.*
*Naufragis iactatus aquis incendit Vlysses*
*Sole satam Circen, Atlantiademq; Calypso,*
*Et sibi Nausicaë tales optauit amores.*
*Quid iuuat, illa suum si me fastidit Vlyssem,*
*Quae mihi Nausicaa, Circe prior, atque Calypso?*
*Saepe ego te vidi, meminisses improba Cochli,*
*Cum per arenarum tumulos, & littora, conchas*
*Oceani legeremus opes: nam tunc ego primũ*
*Cum patre tentaui raucũ mare, vetis adulti*
*Tempore, necdũ vlla pictus lanugine malas.*
*Saepe etiam, sera quoties sub nocte venirẽ,*
*Siccasti aequoreis manantes imbribus artus:*
*Nec te poeniteat. prius hoc quoque fecerat Hero,*
*Cuius ego & turrim Sestaeo in littore vidi,*
*Nataque collegi vicinis ostrea saxis.*
*En etiam tibi dona fero miser, en nucis Indae*
*Pôcla, quibus potauit Arabs, Sinũq; petitum*
*Fictile: non aliâs tremui propiore periclo,*
*Et nisi Leucotheen mea tunc in vota vocassem,*
*Infelix Stygias iuissem nauta sub vndas.*
*Quin & Teutonicis mecum fero condita testis*
*Smegmata, in Oceanum labentis munera Rheni.*
*His etenim Bataui, soli sulcare periti*
*Puppe salum Bataui, coeloq; indicere ventos,*
*Martia gens toto pelagi diuisa profundo,*
*Mense quater rutilans nodatos arte capillos:*
*Hoc ego pigmentum poscenti nuper Erinnae*
*( Nata fuit magni Barcemonis illa) negaui:*
*Quamuis multa diu per Dorida, per Galateam,*
*Per Thetin, erroresque meos quemcunque per orbem,*
*Luminibus patis, & blanda voce rogaret.*
*Et poteram donasse tamen: nam saxea non est.*
*At tu nil misereris: in hoc ego pactile sertum*
*Effundam rabido flagrantes corde dolores.*
*Ipse tibi Rubro praedatus in aequore filũam*
*Alternas lauros, & Medica mala iugaui.*
*Nunc labor ille perit: nam tu mea munera curas,*
*Quantum dura silex pontum, vel littora pontus.*
*Huc ades, vt casta velatus tempora quercu*
*Portuno ante alios, & Dis, quorum aequora curro,*
*Sacra feram, reddamq; reus solemnia vota,*
*Quae rerum Oceanus genitor, quae Tethys, & ipse*
*Nympharum accipiat Nereus pater. O mea Cochli,*
*Huc ades, vt cellis mecum deprompta Falernis*
*Musta bibas, casaq; canens epulere iuuenca:*
*Aut si forte iuuant thynni, mollesque platessae*
*Te magis, & solea, mecum piscabitur Olpis:*
*Est mihi nanq; domi non inuidiosa supellex,*
*Fiscellae virides, nodosaque texta plagarum,*
*Filaque, & haerentes maculis humentibus algae,*
*Cum Labyrintheo plexis errore sagenis.*
*Sunt iacula, & tumido fluitantes cortice fundae.*
*Pendet & aequoreo pecori lethalis arundo,*
*Setaque, & impliciti lumbricis pinguibus hami.*
*Quid loquor infelix? Cochlis nihil audit, & idem*
*Qui mea vela solent vẽti, mea verba tulerũt.*

*Si*

*Si tibi dulce mei nihil est, o ferrea, vere*
*Ferrea, dulce tamen mea mors erit: aspice tantum.*
*Ibo per has cautes, summoq; cacumine lapsus*
*Deferar in fluctus: nomẽ mihi debeat æquor,*
*Myrtöumq; nouum fiat mare: viuite rupes.*
*Fallor? an huc Cochlis respexit, & omnia circum*
*Flabra silent, blandique fauet pellacia Ponti?*
*Hic recubans cantabo: iubet locus, altaque subter*
*Saxa supercilio cohibent vmbracula rupes.*
*Cochli, quid in soliis consumere cautibus æuum*
*Te iuuat, & pensis viridem donare iuuentã,*
*Dum teneros multo digitos subtemine lassat*
*Mater anus? nostram potius conscende carinam.*
*Illic & vitrei fluctus & marmora Diuûm*
*Prona iacent, speculoq; sali stat solis imago,*
*Et picturato resplendet in æquore cælum;*
*Sacraq; Naturæ miracula, gurges aquarum*
*Insequitur Phœben, caudam Cynosurida magnes.*
*Quid mirum? sua quæque trahunt: te, Myrtile, Cochlis.*
*Illic falsa salo labentibus insula, cete,*
*Et validæ Pistres, & Physeteres anheli,*
*Phocarumq. natant examina: Pompilus illic*
*Per mare veliferũ puppim comitatur euntẽ.*
*Illic nata Venus, comitata Cupidine paruo,*
*Nunc etiã cõ. ha patriæ quæ nauigat vndas,*
*Nudatoque sinu pulcherrima Cymodocea*
*Captat in apricis vernantes fluctibus auras.*
*Nam neque semper aqua furit implacabilis æstus,*
*Ventorumque fremit laxato carcere vulgus.*
*Sunt etiam Ponto sua gaudia; sæpe per æstũ*
*Gurgite pacato ridet mare: sæpe remotis*
*Vulturno, & Borea, pluuiamque cientibus Austris*
*Oebalios tantũ Zephyrus suspirat amores.*
*Longa Ministeriis sunt otia, pace serena*
*Mitia cũ placidi requiescunt terga profundi,*
*Altaque languenti descendunt cornua velo.*
*Aut igitur tacito luctantur in æquore tonsæ,*
*Aut vbi iam ferrũ premit vnco dente carinã,*
*Nos genus irrequies, aliis, quorũ indiget vsus,*
*Buxea ligna damus rudibus tornata figuris:*
*Pars facilem oramus reditum, ventumque ferentem*
*Ingentes in puppe Deos: pars sidera cæli*
*Metimur radio, & totũ describimus Axem.*
*Sollertis labor ille Tyri: quæ prima meatus*
*Ætherios, & signa Polo labentia vidit.*
*Tunc nosci capere Feræ, custosque Ferarum*
*Arctophylax tarde pelagũ subiturus; & alter*
*Ille quis est, lucet trino cui baltheus igne?*
*Heu miser excludor, duraque in rupe relinquor*
*Imbribus: ipse parat radiis liuentibus atrum*
*Sol Tartesiacis immergere fluctibus orbem.*

---

## CAVTIO *De horum idylliorum versione.*

IDYLLIA nostra quæ e Theocrito vertimus, ex editione expressimus quæ Heidelbergæ prodiit; contenti eo, vt si quæ mendæ erant literarum, eas tolleremus. Postea e collatione Græci codicis inuenimus versum alibi vnum & alterum prætermissum. Quod etsi nemo animaduersurus sit, nisi qui ea cum Græco contulerit, lubuit hic eos addere: ne studiosi τ̃ μικρῶ φιλοπόνου χάριτος decipiantur. Ac primum in Thyrside circa finem, post versum, cuius initium est, *Carica: nam* &c. scribe ita:

*En sinum tibi munus habe: quo spirat odore!*
*Fontibus Horarum lotum iurabis in ipsis.*
*Huc age Cissæthe, hanc iam mulge:* &c.

In Bucoliastis post illum, *Altera pars calathis*, hunc inseras,

*Sic iterum Daphnis vocali concinit ore.*

In Bubulco post illum, *Quod cecini*, illum,

*Ne tibi post summa succrescat pustula lingua.*

In Hyla post illum, *In puerum rapitur*, adde,

*Infelix quem torquet amor! quot pertulit erro*
*Culminaque & saltus! animoque effluxit Iason.*

FINIS.

# ERRATA TYPOGRAPHICA

## *in his Dan. Heinsii.*

PAG. 294. *col.* 1. αἰσχρολογία. 309. 1. ὤνυξ. 321. 2. Τοῖ τοῖ. 323. 1. σάθη. 325. 1. Τίς ξίχας. 332. 1. *amplectuntur*. 333. 2. οἶδα. 334. 1. χρεία. 336. 2. *comma post* Ἰταλικὴ *non* Βύρινα. 340. 1. Διός. 2. ὥρη, *&* κατ᾽ ὥραν. 343. 1. Αὐταῖσιν. 359. 1. ἔλω. 360. 2. Δωρικώτερον. 362. 2. *comma post*, quisquis est. 363. 2. αὔτως. 365. 2. Ἕζεο. 366. 1. *punctum ante*, ἀπὸ κεστάφων. 375. 1. *Harum*. 2. Ἀλιεύς. 376. 1. δὲ τίς λῶ;. 2. φροντίς. 380. 1. montibus. 419. *Amphiclis*.

*Pleraque sunt leuiora: vt & quædam quæ prætermisimus. Cætera si quæ etiam grauiora, per te emendabis.*